

CORPUS

SCRIPTORUM HISTORIAE BYZANTINAE.

PARS I.

DEXIPPUS, EUNAPIUS, PETRUS PATRICIUS, PRISCUS, MALCHUS, MENANDER.

CORPUS SCRIPTORUM HISTORIAE BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI, G. ET L. DINDORFIORUM ALIORUMQUE PHILOLOGORUM PARATA.

PARS I.

DEXIPPI, EUNAPII, PETRI PATRICII, PRISCI, MALCHI, MENANDRI, OLYMPIODORI, CANDIDI, NONNOSI ET THEOPHANIS HISTORIARUM RELIQUIAE, PROCOPII ET PRISCIANI PANEGYRICI.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXIX.

DEXIPPI, EUNAPII, PETRI PATRICII, PRISCI, MALCHI, MENANDRI

HISTORIARUM

QUAE SUPERSUNT

E RECENSIONE

IMM. BEKKERI ET B. G. NIEBUHRII C. F.

CUM VERSIONE LATINA PER IO. CLASSENUM EMENDATA.

ACCEDUNT

ECLOGAE PHOTII

EX OLYMPIODORO, CANDIDO, NONNOSO ET THEOPHANE,

ET PROCOPII SOPHISTAE PANEGYRICUS,

GRAECE ET LATINE,

PRISCIANI PANEGYRICUS,

ANNOTATIONES HENR. VALESII, LABBEI ET VILLOISONIS,

ET INDICES CLASSENI.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXIX.

IULIO CAROLO HARIO

ET

CONNOPO THIRLWALLO

CANTABRIGIENSIS SS. TRINITATIS COLLEGII
SODALIBUS

QUORUM OPE HISTORIA MEA ROMANA A BRITANNIS PRORSUS

ITA UT EAM ANIMO CONCEPI PATRIOQUE SERMONE CONSCRIPSI

LEGITUR,

ΕΥΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΕΝΕΚΑ

B. G. NIEBUHRIUS.

c

Parisinam historicorum Byzantinorum editionem non eo animo ab initio institutam esse ut integrum scriptorum corpus complecteretur, inspectis voluminibus quae ante editum a Philippo Labbeo protrepticon prodierant, facile apparet. Labbeus autem, tam historiae cognitione quam ingenio iudiciique sanitate egregie instructus, simulac sese operi exsequendo dederat, corporis, quod deinceps paulatim crevit, imaginem sibi informavit, eiusque perficiendi animosam spem concepit; qua ductus indicem futuri syntagmatis proposuit; singulis, quae tunc cognita erant, scriptis in eo locum numerumque assignavit.

Primum in hoc indice volumen, servata serie rerum gestarum, ita componebat, ut eius fundum faceret eclogas de legationibus a Davide Hoeschelio editas; quippe quae, uno excepto Menandro, ad tempora Iustiniano imperante, Procopioque scriptore, antiquiora spectarent: Menandrum autem ab eo propter easdem rationes hoc loco retentum esse arbitror, quae mihi quoque ne eum inde dimoverem suaserunt: scilicet ut nimia voluminis exilitas vitaretur. Cui potius augendo quum curam adhiberet, factum esse censeo, ut non solum eclogas, quas Photius ex Olympiodoro Candidoque et Theophane conscripsit, subiungeret; verum excerpta quoque Constantiniana de legationibus ex Theophylacto, licet eodem tempore huius historia integra in eodem typographeo prelis subiecta esset; tum vero Hesychii opusculum de originibus Byzantii; denique e Suida collecta quae ad universam historiam Byzantinam, publicam pariter atque ecclesiasticam, pertinere viderentur. Quibus compositis, sub-

iecit diversissimae indolis annotationes in eclogas de legationibus: admirandas Henrici Valesii, viri paene singularis, et stolidas Cantoclari: tum ad ea quae ex Photio descripta sunt, suas ipsius commentationes; prolixiores illas quidem quam satis esset, sed admodum utiles et bonae frugis plenas: universae autem collectioni praemisit, quod *Protrepticon* inscripsit, valde festinatum opusculum; quo, praeter conspectum operis, de quo superius mentionem feci, catalogus Imperatorum, Patriarcharumque continetur; addito indice ad litterarum ordinem disposito, quo cuncti enumerantur quorum ad hanc historiae partem spectantia scripta, aut saltem eorum memoria exstabat.

Ego vero, quum in eo res esset ut editio Bonnensis eclogas de legationibus exhiberet, quomodo in ceteris, quae Labbeus iis adiunxit, versarer non parum haesitavi. Neque enim immemor sum promissionis, qua Weberus sese obstrinxit: nihil prorsus ex his, quae in editione Parisina continentur, omissum iri: — quod quidem minime obstabat, ne Hesychii opusculum aptiori, imo proprio suo, loco reservaretur; ac ne omittendis quidem excerptis ex Theophylacto, quarum nulla omnino utilitas est, nisi ut inde variae lectiones ad crisin integri operis petantur. De reliquis in utramque partem disputari poterat. Attamen in Suida perlustrando sive Labbeus sive alius, cui hunc laborem demandavit, negligentissime versatus est; ut, si revera quae ibi ad historiam Byzantinam reposita exstant collecta dare velis, labor adhibendus esset, cui impertiendo hoc quidem tempore neque mihi otium est neque amicis, qui mea causa etiam ingratum suscipere parati sunt. Ex his autem quae apud Labbeum collecta leguntur, non pauca ad ecclesiasticam historiam pertinent; e reliquis quaecunque maioris momenti sunt aut diserte sub alicuius e Seviris, quorum reliquias cummaxime edimus, nomine afferuntur, aut ad unum ex iis iam diu, praesertim Valesii acumine, relata sunt: cetera levia fere videntur ac parvi pretii. Quae quum ita sint, illa, quorum primo loco mentionem feci, prorsus omittam, ne, dum historiam ecclesiasticam attingo, in immensum excrescat opus iam per se nimis amplum; — ea vero quae Suidam ex aliis Constantinianarum eclogarum titulis sumpsisse apparet, saepe emendatiora, adiectis non adeo paucis eiusdem generis, subiunxi reliquiis uniuscuiusque scriptoris: cetera nunc quidem non exhibeo, non tamen ut illa in perpetuum excludam, sed eo consilio

ut, si aliquando otium fuerit Suidae accurate excutiendi, tunc amplo incremento locupletata omnia simul proponam. — Cantoclari annotationes, quae versionem latinam spectant, aliquando errores corrigunt, quos Classenus sustulit; nonnunquam novis illos cumulant: quae ad graeca referuntur, plerumque cum incredibili ignorantia coniunctam stoliditatem exhibent; cuiusmodi flagitia pro mea parte propagare nefas habeo. Aliquando quidem in hoc sterquilinio res non contemnendas invenias; ubi vitia textus Hoescheliani coniiciendo sanata aut certe probabiliter tentata sunt: quae hominem absurdi ingenii excogitasse nemo sibi persuadebit: verum, cuicunque auctori ista debentur, eorum rationem in scholiis criticis ita habui ut Cantoclaro pro iis honorem exhiberem. — Labbeum equidem minime sperno: sed qui eius protrepticon iamdiu oblivioni traditum iterum in hominum notitiam proferet, is gloriae viri male consulet: adeo manca, persaepe autem errorum plena, sunt quae de scriptoribus huius historiae tradit; ita ut vix illo aevo ferri potuerint, post Fabricium nemo ferat. Imperatorum chronologiam nunc vel pueri e libris ubique obviis petere poterunt, saltem non minus accuratam: de patriarchis, si cui quaerere libet, apud Bandurium, cuius syntagma in hoc corpore exhibere non negligemus, pleniora accuratioraque inveniet.

Haec omittendo emptoribus eo magis consulendum erat quod editio nostra amplis accessionibus aucta est. Etenim ad Dexippum, Eunapium et Menandrum excerpta de sententiis addebam, quae e palimpsesto Vaticano edidit ill. Maius: tum fragmenta, e Suida fere, aut iam collecta aut saltem indicata: deinde, ut Fabricius fieri iussit, eclogas e Nonnoso; porro panegyricos Anastasii a Procopio et Prisciano dictos; denique indicem, ex instituto quod in Agathia edendo secutus sum, duplicem.

Iam vero quam praeclara sint quae in horum Sevirorum reliquiis ad historiae cognitionem pertinent, norunt lectores Gibboni: neque vero quisquam sani iudicii vir adeo unice Atticis delectabitur ut, verbi gratia, Prisci narrationem de legatione ad Attilam fastidiat. Itaque scriptorum honoris causa, simul autem ornandi operis, cui nomen meum praescripsi, quaerebam, si cui illustri in re critica artifici persuadere possem, ut huius primae partis recensendae susciperet officium. Tunc subito menti occurrebat Bekkerus, non minus

propter amicitiam qua tenemur, quam propter unicam vim atque celeritatem, quam in recensendis Graecorum libris cum eruditionis ingeniique lumine coniunctam exhibet. Ac certe ei laudi qua Politianus Iottum pictorem ornat: „plus neminem potuisse pingere, nec melius" parem omnino in nostro litterarum genere Bekkero tribuendam esse, nemo, credo, ambiget. Rogavi eum igitur, sed timide; quippe non nescius eum hactenus nonnisi collatis codicibus iunixum libros recensendos suscepisse; at in his legationum excerptis codicum subsidium aderat nullum: nam Monacensem ab Hoeschelio accuratissime exscriptum esse constat, Vaticani autem variae lectiones ab ill. *Maio* prolatae paene absolutum eum illo consensum probant: neque ullus praeter hos, sublato ex hominum notitia Schottano, superesse videtur. Sed, quod quidem speraveram, deflexit Bekkerus mea causa de more suo; acceptisque Hoeschelianae Maianaeque editionum exemplis, quorum margini coniecturas mihi natas, Valesiique emendationes adscripseram, ipse universis hisce reliquiis emendandis se dedit. Et quod ad illas quidem attinet, Parisiensis editionis exemplar, Maianaeque eclogarum de sententiis, plurimis locis correcta, remisit; verum ita ut arbitrio meo relinqueret si quid addere aut mutare vellem. Quo equidem ita usus sum, ut plurimas praesertim Bekkeri emendationes quae certissimae viderentur in ordinem sermonis inferrem; adderem etiam subinde quae iterato examine in mentem mihi venirent: ex his autem quae a me proposita Bekkero, cuius auctoritati in sermonis cognitione omnia, mihi nihil fere tribuo, displicuisse videbam, nihil reduxi, praeter perquam pauca quae ex historia diiudicanda essent. Usque adeo autem Bekkero obsequi mearum partium esse duxi, ut, etiamsi subinde suspicabar scriptorum potius vitia, quorum sermo saeculi sui labe contactus esset, quam scribarum sphalmata tolli, impudens tamen mihi visus essem, si contra quam ille statuisset, deciderem. Ad hoc genus illud pertinet, ut exempla proferam, quod saepe pro aoristo primo futurum reponit, aut, ubi apud Priscum, Malchum, Menandrum, articulus desideratur, quem certe non minus rationis quam sanae consuetudinis leges flagitant, cum inserit, vel casus obliquos pronominum ὅδε et οὗτος cum iisdem qui a τοιόσδε et τοιοῦτος formantur, mutat. Chronographiam, quam editio nostra in margine exhibet, ad excerpta de legationibus non levi labore stabiliveram.

His peractis typothetae opus tradi poterat, nisi exosum versionis latinae onus incumberet. Quod quum depellere non liceret, Cantoclaranam, qua peiorem nullam in universo hoc litterarum genere inveniri in vulgus notum est, sine operis dedecore intactam servari non posse apparebat: verum qui se ingrato corrigendi labori daret, inveniebam neminem; nisi Classeno, quamquam continuis occupationibus implicito, pietas, qua me parentis loco colit, persuasisset. In quo negotio quantum taedii exhauriendum fuerit, nemo nisi expertus animo concipiet: illud autem molestissimum erat, quod sublatis innumeris vitiis tamen id solum perfici poterat ut a foedissimis sordibus liberaretur oratio: id minime, ut pulcra fieret, grataque legentibus. Idem Classenus meus complures praeclare excogitatas emendationes suppeditavit; singulorum scriptorum reliquiis argumenta addidit, chronographiam excerptis de sententiis ex Eunapio et Menandro: indicesque, in quos utilissimum laborem insumpsit, confecit; ut leviora alia omittam, quae in hoc volumen contulit. Quae consideranti apparebit longe operosissimum eius in eo ornando fuisse laborem.

Superest ut de panegyricis Anastasio dictis, quos postremo loco adieci, quae huc pertinent doceam. Oratione Procopii Gazaei reliquis monumentis quae hic collecta exstant adiungenda, eruditorum gratiam me meruisse certe scio, qui eam semel tantum in Villoisonis anecdotorum collectione editam esse norunt: quotus enim quisque in Germania illam possidet? Mea opera in illius repetitione non longius processit quam ut subinde codicis lectionem a viro egregio Villoisone immutatam revocarem: versione latina, argumentoque eam instruxit a me rogatus Franc. Ritterus, Phil. D. qui nuperrime operam suam ad explicandas in hac litterarum universitate disciplinas philologicas profiteri statuit. Editoris annotationes quae ad explicandas res Anastasii tantum conferunt, ut vel ad latinum Panegyricum interpretandum quodammodo sufficere possint, fere integras repetii: quo consilio honos habetur manibus Villoisonis: neque ei aliunde ulla obstabat ratio, extinctis dudum et scriptore et bibliopolarum, quorum sumptibus Anecdota edita sunt, negotio. Contra autem minime licere visum est in meae editionis ornamentum convertere, quae ill. Maius ad eclogas, aut Endlicher, v. cl. ad panegyricum Prisciani, quem, diu a philologis expetitum quibus cum in

bibliotheca Caesarea Vindoboneusi superesse innotuisset, anno praeterito edidit, ita annotavit ut nihil quod addi possit aliis relinqueret. Ipsum grammatici carmen Bobiensibus membranis erudite et diligenter scriptum, ab editore adeo accurate expressum est, ut vix ullus emendationibus in eo locus sit.

Parisiensis editio circa operarum errores eadem flagitiosa negligentia curata est qua reliquae post Cantacuzenum, antequam Cangius operis curam in se susciperet; inutili et fallaci typorum splendore ornatae. Sphalmata huius generis ope Hoeschelianae sustulimus plurima; restituto, ut de minoribus taceam, versu integro qui exciderat; sed de his singulatim monere Bekkerus vetuit. Ubicunque igitur eiusmodi mentio invenietur, id propter peculiarem quandam rationem factum est, quae tamen fortasse non semper apparebit. Sed quamlibet multis correctis, editione iam fere absoluta, vidi quaedam non fuisse animadversa: quamobrem, iterata collatione universi eclogarum de legationibus operis, ista inter addenda et corrigenda proposui.

Quae Suidas servavit non attigit Bekkerus; in his quoque nonnulla correxi. Photium dedi, ut a Bekkero editus est; nisi quod in rebus quae ex historia pendent, varias Labbei, semel autem vel bis meas ipsius emendationes receperim: plures fortasse locos tentaturus, nisi mihi constaret Photium in scribendis nomiuibus saepe errasse; a quibus corrigendis editori abstinendum est. Versiones, Porti non saepe, Schotti nunquam correxi.

Ex his cognita editorum opera, vix opus est explicare, quaecunque in scholiis criticis litteris *B.* et *N.* distinguuntur, emendationes esse quae Bekkerum, meque habeant auctores: Classenum quibus duae litterae *Cl.* additae sunt. Vulgatam (*vulg.*) eam dixi lectionem quae ab Hoescheliana editione per Parisinam atque Venetam propagata est. Quoties nihil praeter illud *vulg.* ad reiectam lectionem adscribitur, hoc significamus: emendationem, sive Bekkerus eam a me invenisset propositam, sive eam concipere, ut saepe fit, oblitus essem, ita manifestam videri ut ab unoquoque non admodum incurioso aut indocto inveniri deberet. Signa † et *, antiquo more reducto, apposui quo iudicarem locum corruptum, cui medendo probabilem coniecturam viderem nullam, non typothetae vitio laborare, sed plane ita ab Hoeschelio editum esse. Ac sunt certe plura quam vellem

loca etiam in his eclogis, quae editor a licentia mutandi alienus ut sunt mendosa relinquere cogitur: illud tamen vere praedicare possum hac editione perfectum esse ut utilissimae, magnaque ex parte egregiorum scriptorum reliquiae, quae antehac in singulis paginis innumera vitiorum multitudine legentes impediebant, iam longe maxima ex parte faciles evaserint atque apertae ad intelligendum. Quum igitur, quae haetenus neglecta iacebant, sine dubio multo pluribus quam antea innotescent, oblata est occasio, praeclaris ingeniis haud indigna, ubi vis divinandi se exerceat et bene coepta longius producat. Ex emendationibus quas recepimus, multae Hoeschelium habent auctorem, in margine editionis eius propositae: quas, sive nobis probarentur sive minus, designavi sigla *H.* Idem Hoeschelius ubi geminum codicem adhibebat, et Schotti et Bavaricum, quoties hi inter se variarent, diversitatem itidem in margine indicavit, praefixa sigla *al.* Has varietates *mg. H.* designavi: pro quo *var. H.* scribere certe praestitisset; verum in re tam levi reprehensionem vix metuo. Gravius est quod aliquando ubi plagulas inspicere domesticis curis impeditus fueram *mg. H.* ponitur, quum tamen coniectura designanda esset: hoc in addendis correxi.

Scrib. Bonnae postr. Non. Oct. MDCCCXXIX.

DE HISTORICIS

QUORUM RELIQUIAE HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

PUBLIUS HERENNIUS DEXIPPUS [1]), Ptolemaei f. [2]), Atheniensis, Pago Hermensis,, e Cerycum gente [3]), summos in civitate honores adeptus est, rex creatus atque archon eponymus; splendideque agonothetae munere Panathenaeis functus; clarus orator atque historiarum scriptor; propter quas fortunae simul atque industriae dotes statuae honore ornatus est, cuius basis cum titulo exstat. Sed longe praeclariorem saeculorumque memoria dignum honorem sibi comparavit quo tempore, effusis in Graeciam per Propontidis claustra Herulis, captisque Athenis, cives secum in saltus invios ex urbis clade profugos confirmavit; bellique ab iis dux constitutus, advectae in Atticae oram romanae classi, cui Cleodamus praeerat, coniunctus, ultionem de barbaris aliquam sumsit, tribus millibus ex ipsorum numero per occasionem interfectis [4]). Quo facto vir eximius post quingentos annos Athenienses armis desuetos ad rem gloriamque militarem revocavit: Mithridatico enim bello non sua neque sponte arma moverat infelix civitas. Quum igitur de hac Dexippi gloria titulus statuae sileat, creditum est prius positam esse quam illam adipisceretur: cui opinioni facile accederem, si historia aevi, „quam partim ex libris, partim e vita hauserit," ut epigramma praedicat, diversa esse posset ab illa omnis aevi, cuius notitiam ex Eunapio et Photio habemus. Ea in primo Claudii Gothici

1) Nomen integrum exhibet inscr. 380. corp. inscr. graec. 2) Sic inscriptio: nam Suidas s. v. Δέξιππος, Dexippum patrem illi tribuit. 3) vid. Boeckh. ad Inscr. 4) Hanc rei gestae seriem, paululum ab illa diversam, quam Gibbonus, nunquam sine honoris praefatione nominandus, excogitavit, nunc demum, editis ab ill. Maio excerptis de sententiis (p. 26 — 28. ed. Bonn.) constituere licet.

Aug anno desinebat; Athenarum autem cladem Syncellus, qui hoc Dexippi opus legebat, sub Gallieno contigisse refert: neque si eam cum continuatore Dionis [5], quem Zonaras sequitur, biennio serius accidisse statuamus, ut illo ipso Claudii anno primo, 269, acciderit, difficultas expediretur. Ita aut fingendum erit priorem exstitisse editionem, de qua nemo quicquam tradidit, aut concedendum, laevam hominum in honoribus aestimandis mentem eum, quo ad maiorum gloriam elatus est, propterea neglexisse, quia, tumultuarie a congregata multitudine collatus, nullum in fastis urbanis locum haberet: librorum famam extulisse, res fortiter gestas silentio transmisisse: — rem, propter eius aevi pravitatem, plane non incredibilem.

Vitam usque ad Probi principatum perduxit, quum iam sub Valeriano claruisset [6].

Dexippi opera, quae ad historiam pertinebant, tria legit Photius [7]: de quibus singulis agendum est.

I. *Τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον*, libris quatuor comprehensa; ex quibus notissimam satrapiarum divisionem recitat Photius; scriptoremque in universum cum Arriano consentire docet. Ad hanc Macedonicam historiam referenda esse quae ill. Maius inventa in codicis palimpsesti paginis 81. 82. 100. 101. edidit, uno verbo monuisse ad probandum sufficit: siquidem oratio Hyperidis, sive adsumpta sive ficta, belli Lamiaci tempus spectat. Dicet fortasse aliquis, a Romana, non dicam Byzantina historia, aliena non debuisse collectioni nostrae inseri: quod quidem factum primum mole exigua horum fragmentorum defendam, quae perparvum sibi locum postulant; quum tamen vel ideo quod Hyperidis nomen prae se ferunt philologorum notitiam merentur; denique, si aliter facerem reprehensionem non effugissem; quum in editione Romana ceteris quae e Dexippo supersunt adhaerent. Quo enim modo iis, qui eam non vidissent, constare posset me non temere iudicasse?

II. *Χρονικὴν ἱστορίαν*, sive annales [8], quam Photius *σύντομον ἱστορικὸν* vocat, per Olympiadas, archontumque et consulum fastos ab historiae initiis, omissis tamen fabu-

5) In eclogis quas ill. Maius edidit: coll. Vat. II. p. 240. 6) Eunapius vita Porphyrii in f. 7) Cod. 82. 8) Eunapius p. 58. l. 5. Idem, vita Porph. l. l.

losis primordiis, usque ad Claudii Gothici annum primum deducti, praecipua circa temporum rationem cura adhibita. Horum duodecimus liber a Stephano ethnicographo citatur 9); ubi Herulorum mentio certissime comprobat locum de quo agitur non multum ab operis fine afuisse: constat igitur scriptorem his duodecim „chartis omne aevum explicuisse." Ex hisce annalibus Syncellum quaecunque e Dexippo habet petiisse arbitror: at Constantiniana excerpta illis prorsus aliena sunt: neque enim prolixas orationes capere potuisset breviloquens annalium ratio, qui fere singulis libris saeculum comprehendebant; unde Trebellius Pollio 10) Dexippum *omnia breviter persequutum esse*, scripsit.

III. Has igitur eclogas de legationibus ad Σκυθικὰ pertinere iam Vossius perspexit 11): eademque earum ratio est quas ex titulo de sententiis edidit ill. Maius. Σκυθικὰ, *de bello Scythico* vertere debebam; quoniam illud intelligitur, quod, coeptum sub Decio, usque ad Aureliani pacem duravit. Atque hic quidem leviter circa verba lapsus sum; in eo vereor ne gravius erraverim, quod quae a p. 22. l. 20. ad p. 26. l. 4. habentur, Dexippo ipsi tribuerem, quasi orationem ad cives suos habitam, qui temerario consilio muris egredi et cum hostibus confligere cuperent. Non attenderam ill. Maii opinionem 12), epistolam esse: cui ut aliquid de meo adiiciam, dicam, a magistratu Romano missam videri: imo ab ipso fortasse Imperatore: eum se cum copiis mox affuturum nunciare (p. 25. l. 17. seqq.): lectamque esse in concione (p. 22. l. 18.) De his, si forte aliquando codicis pagina 324. plenius e litura erui potuerit, liquido constabit: ac tunc fortasse expedietur de quo tandem oppido quibusque civibus sermo sit. Nunc in id sententia inclinat ut haec ad primum Gothorum adventum sub Decio pertinere credam, cuius nomen in oblitterata illa pagina conspicitur; id quod eo confirmari videtur quod de rebus ad Nicopolim Moesiae gestis mentio iniicitur (p. 25. l. 22. cf. Syncellum p. 705. l. 12.). Quod si ita sit, Philippopolitani fuerint oppidani a barbaris circumsessi. Non tamen silendum est etiam sub Claudio Aug. ad Nicopolim prospere adversus bar-

9) s. v. Ἔλουροι. 10) Gordian. 2. 11) De histor. Graec. p. 242. 12) Praef. ad coll. Vatic. II. p. XXVIII.

baros pugnatum esse[13]); quo tempore, quantum in tanta narrationum perturbatione colligi potest, Thessalonica eorum impetum fortiter sustinuit.

Orationem Dexippi, scribendique genus, ingenti laude effert Photius, eo usque ut *Thucydidem perspicue loquentem* dicat; quae mira est viri prudentis a vero aberratio. Nemo enim in eo quicquam praeter inanem degeneris aevi rhetorem agnoscet, ut mirum sit qui tam puerilia sectetur, inter res arduas positum, magna gessisse.

Quae de Dexippo exstant testimonia sequentia fere sunt:

Inscriptio *in corpore Boeckhii* n. 380.

Κατὰ τὸ ἐπερώτημα τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς καὶ τῆς βουλῆς τῶν ΨΝ καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, τὸν ἄρξαντα τὴν τοῦ βασιλέως ἐν Θεσμοθέταις ἀρχὴν, καὶ ἄρξαντα τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν, καὶ πανηγυριαρχήσαντα καὶ ἀγωνοθετήσαντα τῶν μεγάλων Παναθηναίων, οἴκοθεν ἱερέα παναγῆ, Πόπλιον Ἑρέννιον Δέξιππον Πτολεμαίου Ἕρμειον, τὸν ῥήτορα καὶ συγγραφέα, ἀρετῆς ἕνεκα οἱ παῖδες.

Ἀλκῇ καὶ μύθοισι καὶ ἐν βουλαῖσι κρατίστους
Ἄνδρας ἀγακλειτοὺς γείνατο Κεκροπίη·
Ὧν ἕνα καὶ Δέξιππον, ὃς ἱστορίην ἐσαθρήσας
Αἰῶνος δολιχὴν ἀτρεκέως ἔφρασεν.
Καὶ τὰ μὲν αὐτὸς ἐπεῖδε, τὰ δ' ἐκ βίβλων ἀναλέξας
Εὕρατο παντοίην ἱστορίης ἀτραπόν.
Ἦ μέγα κλεινὸς ἀνὴρ, ὃς νοῦ ἄπο μυρίον ὄμμα
Ἐκτείνας, χρονίους πρήξιας ἐξέμαθεν.
Φήμη μὲν περίβωτος ἀν' Ἑλλάδα, τὴν ὁ νεανθὴς
Αἶνος Δεξίππῳ δῶκεν ἐφ' ἱστορίῃ.
Τοὔνεκα δὴ καὶ παῖδες ἀγακλειτὸν γενετῆρα
Μορφήεντα λίθον θῆκαν ἀμειβόμενοι.

Photius cod. 82.: *Ἀνεγνώσθη Δεξίππου τὰ μετὰ Ἀλέξανδρον, ἐν λόγοις τέσσαρσιν. ἀνεγνώσθη δὲ αὐτοῦ καὶ ἕτερον σύντομον ἱστορικόν, μέχρι τῆς Κλαυδίου ἐπιτρέχον τὰς κεφαλαιώδεις πράξεις βασιλείας. ἀνεγνώσθη δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ Σκυθικά, ἐν οἷς αἱ Ῥωμαίων αὐτῷ καὶ Σκυθῶν ἀναγράφονται πρὸς ἀλλήλους μάχαι τε καὶ ἀξιόλογοι πράξεις. ἔστι δὲ τὴν φράσιν ἀπέριττός τε καὶ ὄγκῳ καὶ ἀξιώματι χαίρων,*

13) Trebell. Pollio, Claud. 12.

καὶ (ὡς ἄν τις εἴποι) ἄλλος μετά τινος σαφηνείας Θουκυδίδης, μάλιστά γε ἐν ταῖς Σκυθικαῖς ἱστορίαις.

Eunapius quae de Chronicis Dexippi docet, quaere infra p. 56. seqq.

Idem, in vita Porphyrii sub finem: *τοὺς χρόνους (τοῦ Πορφυρίου βίου) ἐς Γαλλιηνὸν καὶ Κλαύδιον εἰκάζειν συνέβαινεν, Τάκιτόν τε καὶ Αὐρηλιανὸν καὶ Πρόβον· καθ' οὓς ἦν καὶ Δέξιππος ὁ τὴν χρονικὴν ἱστορίαν συγγράψας, ἀνὴρ ἁπάσης παιδείας τε καὶ δυνάμεως λογικῆς ἀνάπλεως.*

Evagrius hist. eccl. V. 24.: *καὶ Δεξίππῳ δὲ πλεῖστα περὶ τούτων πεπόνηται, ἀπὸ μυθικῶν ἀρξαμένῳ, καὶ λήξαντι ἐς τὴν Κλαυδίου τοῦ μετὰ Γαλλιηνὸν βασιλείαν· ᾧ συναπείληπται περὶ ὧν Κάρποι καὶ ἕτερα βάρβαρα ἔθνη κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ Θρᾴκην καὶ Ἰωνίαν διαπολεμοῦντες ἔπραξαν.* (Scythica hic innuere videtur, non Chronicorum partem.)

Suidas s. v. *Δέξιππος, Δεξίππου, ὁ Ἑρέννιος χρηματίσας, Ἀθηναῖος ῥήτωρ, γεγονὼς ἐπὶ Βαλεριανοῦ, καὶ Γαλλιηνοῦ, καὶ Κλαυδίου δευτέρου, καὶ Αὐρηλιανοῦ, τῶν βασιλέων Ῥωμαίων.*

Trebellius Pollio, in Gallieno, 14.: Gothi Cyzicum et Asiam, deinceps Achaiam omnem, vastaverunt, et ab Atheniensibus, duce Dexippo, scriptore horum temporum, victi sunt.

EUNAPIUS, Sophistarum vitis clarus, natus Sardibus a. 347, Dexippi historiam ita continuavit, ut opus suum *μετὰ Δέξιππον χρονικὴν ἱστορίαν* inscriberet [14]). Id XIV libros continebat, quorum primo res ab excessu Claudii Gothici ad Iulianum Imp. gestas complexus, ceteris huius, quem ipse, utpote pro veteri religione vehementissime animatus, tanquam Deum aliquem, humano generi commodatum, colebat, historiam, quaeque deinceps subsecuta sunt, copiose narravit [15]). Finem operis in illo tempore fecisse quo S. Iohannes Chrysostomus in exilium pulsus est, a. Chr. 404, Photius docet [16]). Cui repugnare quidem videntur eclogae, in quibus (p. 96. n. 70.) de Pulcheriae Augustae avaritia sermo est, quae mulier demum a. 414. imperium capessivit: minime tamen inde colligere

14) Teste Photio, et inscriptione eclogarum de sententiis. 15) Eunapius, infra, p. 61. 16) V. infr. in testimoniis.

licet Eunapium continenti narratione decem annorum, qui medii sunt, historiam exposuisse: quin potius illuc degressum esse apparet, ut referendo quomodo Hierax, aemulo qui vel ipsum nequitia superaret per Augustae avaritiam traditus, pro nece Fravittae seras poenas, verumtamen poenas dederit, se solaretur. Accedit, quod deinde de Stilichone loquitur, qui diu ante Pulcheriae imperium occisus est.

Quum duplicem editionem historiae Photius vidisset, Constantinianae eclogae, ut inscriptio docet, e secunda sumptae sunt, ubi loci plurimi, in quibus scriptor rabido adversus Christianos odio effrenate indulserat, ita recisi essent, ut, Photio iudice, hiantes lacunae apparereut, et sequentia plurima laborarent obscuritate. Cuius vitii culpam Photius in Eunapium ipsum confert: coniecturane ductus an testimonio, non constat. Scriptorem mutilatum opus ita reliquisse ut in his quae manebant sensus laboraret, sane non probabile est. Ac fieri certe potest, ut non ipse scriptor, sed bibliopola, indocti amanuensis opera, libros ab iis locis qui vendentibus periculum crearent liberare animum induxerit: qualia sunt expurgata, quae vocant, exemplaria, quae in regionibus ubi decreta concilii Tridentini recepta fuerunt non raro occurrunt.

Eunapii vita, ab Hadr. Iunio conscripta, in editione cl. Boissonadi legitur. Insanum hominis in rem Christianam odium, cuius in his quae ill. Maius edidit iniquum de magno Theodosio iudicium novum exhibet specimen, delirausque superstitio in somniis religionis quam sectae cui addictus erat asseclae sibi finxerant, notissima sunt: notum etiam dictionis genus molestum et salebrosum, de quo nimis clementer iudicat Photius; quem de Eunapii historia disserentem iam audiamus (cod. 77).

Ἀνεγνώσθη Εὐναπίου χρονικῆς ἱστορίας τῆς μετὰ Δέξιππον, νέας ἐκδόσεως, ἐν βιβλίοις τεσσαρεσκαίδεκα. ἄρχεται μὲν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Κλαυδίου βασιλείας, ἐς ὃν Δεξίππῳ ἡ ἱστορία καταλήγει, ἀποτελευτᾷ δὲ εἰς τὴν Ὁνωρίου καὶ Ἀρκαδίου τῶν Θεοδοσίου παίδων βασιλείαν, ἐκεῖνον τὸν χρόνον τέλος τῆς ἱστορίας ποιησάμενος, ὃν Ἀρσάκιος μὲν τοῦ χρυσοῦ τῆς ἐκκλησίας στόματος Ἰωάννου ἀπελαθέντος εἰς τὸν ἀρχιερατικὸν θρόνον ἀνηγμένος ἱεράτευεν, ἡ δὲ τοῦ βασιλεύοντος Ἀρκαδίου γυνὴ κατὰ γαστρὸς ἔχουσα καὶ ἀμβλώσασα τὸν βίον ἀπέλιπεν. οὗτος ὁ Εὐνάπιος Σαρδιανὸς μὲν γένος

ἐστί (τὰς γὰρ ἐν Λυδίᾳ Σάρδεις ἔσχε πατρίδα). δυσσεβὴς δὲ τὴν θρησκείαν ὢν (τὰ Ἑλλήνων γὰρ ἐτίμα) τοὺς μὲν εὐσεβείᾳ τὴν βασιλείαν κοσμήσαντας παντὶ τρόπῳ καὶ ἀνέδην κακίζων διασύρει, καὶ μάλιστά γε τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον, ἐξαίρει δὲ τοὺς δυσσεβεῖς, καὶ τῶν ἄλλων πλέον Ἰουλιανὸν τὸν παραβάτην, καὶ σχεδόν τι τὸ τῆς ἱστορίας αὐτῷ εἰς τὸ ἐκείνου ἐγκώμιον συντεθὲν ἐξεπονήθη. ἔστι δὲ καλλιεπὴς τὴν φράσιν, εἰ περιέλοι τις αὐτῷ τῶν λόγων τὸ ἀλεκτρυονῶδες καὶ ἐλαφωδέστερον, καὶ συωδέστερον, καὶ δέκα (l. καὶ δὴ καὶ N.) τοὺς ἱερακώδεις, καὶ κορακώδεις, καὶ πιθηκώδεις, καὶ τὸ ποταμῶδες δάκρυον, καὶ τὰ ὅμοια· τούτοις γὰρ καὶ τὴν ἄλλην τῶν ὀνομάτων περιλυμαίνεται καὶ διανοθεύει εὐγένειαν. καὶ τροπαῖς μὲν κέχρηται παραβόλως, ὅπερ ὁ τῆς ἱστορίας οὐκ ἐθέλει νόμος, ἀφαιρεῖται δὲ τὸ λυποῦν ἡ τῆς λέξεως ἔμφασις τὰ πολλὰ καὶ ἀστειότης. τῇ συνθήκῃ δὲ καὶ τῷ σαφεῖ πρὸς ἱστορίαν καὶ ταῖς περιόδοις συμμέτρως καὶ οἰκείως ἔχει· πλὴν ἐνιαχοῦ δικανικώτερον μᾶλλον ἢ ἱστορικώτερον μεστοῖ καὶ περιβάλλει τὸν λόγον. νεωτερίζει δ' οὐκ ὀλίγα καὶ περὶ τὰς συντάξεις, πλὴν οὐκ εἰς τὸ ἄχαρι, οὐδ' εἰς τὸ ταῖς μεθόδοις λαβὴν ἐπιδοῦναι.

Δύο δὲ πραγματείας τὴν αὐτὴν περιεχούσας ἱστορίαν συνεγράψατο, πρώτην καὶ δευτέραν. καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πολλὴν κατὰ τῆς καθαρᾶς ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως κατασπείρει βλασφημίαν, καὶ τὴν ἑλληνικὴν ἀποσεμνύνει δεισιδαιμονίαν, πολλὰ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων καθαπτόμενος· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἣν καὶ νέαν ἔκδοσιν ἐπιγράφει, τὴν μὲν πολλὴν ὕβριν καὶ ἀσέλγειαν, ἣν κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐοκέδαζεν, ὑποτέμνεται, τὸ δὲ λοιπὸν τῆς συγγραφῆς σῶμα συνείρας, νέαν ἔκδοσιν, ὡς ἔφημεν, ἐπιγράφει, ἔτι πολλὰ τῆς ἐκεῖσε λύσσης ὑποφαίνουσαν. ἀμφοῖν δὲ ταῖς ἐκδόσεσιν ἐν παλαιοῖς ἐνετύχομεν βιβλίοις, ἰδίως ἑκατέραν ἐν ἑτέρῳ τεύχει καὶ ἑτέρῳ συντεταγμένην· ἐξ ὧν αὐτῶν καὶ τὴν διαφορὰν ἀναλεξάμενοι ἔγνωμεν. συμβαίνει οὖν ἐν τῇ νέᾳ ἐκδόσει πολλὰ τῶν χωρίων διὰ τὰς γεγενημένας τῶν ῥητῶν περικοπὰς ἀσαφῶς ἐκκεῖσθαι, καίτοι φροντιστὴς ἐστι τοῦ σαφοῦς· ἀλλ' ὅτῳ τρόπῳ λέγειν οὐκ ἔχω, μὴ καλῶς κατὰ τὰς περικοπὰς ἁρμόσας τοὺς λόγους ἐν τῇ δευτέρᾳ ἐκδόσει τὸν νοῦν λυμαίνεται τῶν ἀναγινωσκομένων. ἐν οἷς καὶ τὸ τέλος.

PETRUS, cui a dignitatibus magistri et Patricii cognomina haeserunt, Thessalonicae natus, a Procopio Illyrius dicitur [17]: non quod natione ad Illyricam gentem pertineret, (nam quis illo aevo veteres Illyrios ab aliis gentibus, qui istas regiones incolebant, distinxisset?); sed quia dioecesis Macedonia sub dispositione Praefecti Praetorio per Illyricum erat. Hic causis agendis Constantinopoli occupatus, quum propter singularem eloquentiam persuasionisque vim celebraretur [18], a Iustiniano Imp. a. 534. legatus ad Amalasuntham destinatus, quia interim Theodahadus regnum arripuerat, Aulonae substitit, et anno demum sequente cum Imperatoris mandatis Ravennam pervenit: tunc vero, ignavia et timore hominis callide usus, Theodahado persuasit ut se Augusti fidei permitteret, Italiaque universa concederet [19]. Quae quum ipse Constantinopolim renuntiasset, iterum cum Athanasio Ravennam missus est, ut illis agentibus quae rex Gothus promiserat ad exitum perducerentur: verum is, Mundo interim cum exercitu in Dalmatis caeso, spretis quae convenissent, violataque legationum sanctitate, illos in custodiam dedit [20], neque prius redeundi facultas concessa est quam a Vitige fere post tres annos, circa finem anni 538. Sed hoc incommodum Petro insigni honore repensatum est, collata dignitate magistri officiorum [21]. Postea, anno fere 550, iam ad patriciatum evectus [22], legatus in orientem missus est ad inducias cum Chosroë componendas [23], unde tamen re infecta rediit: mox, a. 552 [24], delectus est ut

17) Goth. I. 3. p. 316. ed. Par. 18) Ibid. — Menander, infra, p. 429. 19. 20. 19) Procop. Goth. I. 6. p. 322. 20) Ibid. I. 7. p. 325. 21) De magisterio officiorum legendi sunt Iohannes Lydus de magistr. II. 10. 25. 26., III. 40. et Valesius ad Amm. Marc. XXVI. 5. Ex diversissimorum negotiorum procuratione, pro nostra opinione ridicule coagmentata, conflatum, complectebatur, ut nostro sermone potius quam Pannonica latinitate utar: *das Ministerium der auswärtigen Angelegenheiten, die Aemter des Hofmarschalls, Ceremonienmeisters und Generalpostmeisters, und die Direction der Gewehrfabriken.* 22) Patricius a Constantini M. aetate eum locum in aula obtinebat ut Britannorum lingua apposite *a privy Counsellor* diceretur. Hic dignitatis gradus coniungebatur cum eo officio in quo aliquis alias constitutus erat: ac Petrum quidem nostrum usque ad mortem in magisterio permansisse constat. 23) Procopius Goth. IV. 12. p. 591. 24) De anno quo nuncii Imperatoris cum Vigilio egerunt, cl. Gieslerus a me consultus respondit se plane Mansio assentiri qui illud a. 552. contigisse statuat,

cum Vigilio Papa, qui Chalcedone detinebatur, de negotio trium capitulorum ageret. Vigilius ubi, quae tunc acta sunt, narrat, Petrum exconsulem, patricium et magistrum vocat: mox magnificum virum et referendarium: qui tunc exconsul dicebatur, erat quem Imperator consulatus codicillis ornaverat; eum postea in Byzantino imperio, rei dignitate paulatim imminuta, consulem et hypatum dixerunt. Decem deinde annis interiectis, a. 562., pacis negotium cum Persis iterum, ac feliciore quidem exitu, suscepit, ignominiosa quidem, sed pro exhaustis imperii viribus necessaria, pace in quinquaginta annos composita [25]). Ubi quum a legato Persico super Suania, quam Petrus repetebat, fallaci spe proposita, ad regem Chosroëm reiectus esset, anno proximo hunc adiit: verum frustra. Ex qua legatione Byzantium reversus, haud multo post obiit [26]), 28 fere annis post primam legationem Italicam; relicto filio Theodoro, qui iam a. 565. dignitatem patris obtinebat; mox comes largitionum factus, atque a. 576. ad Persas missus est [27]). Christianum fuisse Petrum dubio caret: quippe qui in legatione Persica ut natalem Christi Domini, Epiphaniamque celebraret, substiterit [28]), atque cum Vigilio Papa de rebus quae ad dogmata pertinent egerit.

Hic Petrus inter coaevos incredibili quadam floruit laude et gloria: cuius rei testimonia infra posui. Praeter eloquentiam, atque unicam in persuadendo vim, summam in rebus tractandis sollertiam, diligentiam indefessam, legum cognitionem accuratissimam, eruditionem omnigenam, ei tribuunt; tum vero amoenum ingenium, mitemque animum: in quo cum unico cuius verba ad nos pervenerunt obtrectatore [29]) ita consentit Petri cliens Iohannes Lydus, ut hoc certe constet, benevolum fuisse, liberumque ab omni arrogantia. Etiam

corrigendumque in subscriptione epistolae encyclicae censeat: P. C. Basilii XI.

25) Menander, p. 346. sqq. ed. B. 26) Ibid. p. 373. 17. 27) Vide Valesium ad p. 319, 8. ed. B. 28) Ibid. p. 364. 21. seq., qui locus, ab ill. Maio animadversus, Fabricii diligentiam fugerat. Sed nomen Petri ad rem probandam parum efficeret: Iohannes enim Lydus vix nomine tenus Christianus fuit; neque eo magis Iohannes Stobaeus: Iacobum medicum, natione Achivum, paganum religione fuisse, diserte narrat Marcellinus in Chron. sub a. 462.
29) Procopius Anecdot. 24. p. 70.: πρᾷος ἦν καὶ ὡς ἥκιστα ὑβρίζειν εἰδώς.

post mortem a Corippo *boni* cognomine insignitur [30]), ut olim Rex Ancus. Quae tamen virtutes non obstant quominus vere Procopius ei exprobrare potuerit furacissimum fuisse, atque inexplebili divitiarum cupiditate incensum [31]): avaritia enim apud orientis populos, ad servitutem prolapsos, persaepe etiam virorum minime malorum animos invadit: quorum bonitas eo tantum elucet, quod neque crudeliter agunt numorum causa, neque ius violant: quales sunt fere si qui inter Turcas viri boni dicuntur. In quo genere illustre exemplum erat memoria mea Mohammedes senex, Algeriae satrapa. Nihil hoc viro mitius, eiusque fide data nihil sanctius: at idem non solum nisi pacem ab eo redemisses, piraticam exercebat; violataque, sine sua culpa, pace, gavisum esse credo; verum etiam quotidie per vesperam aureis numerandis se delectabat. Praedivitem certe fuisse Petrum inde colligimus, quod insula Aconitis, in qua cotis fodinae exercebantur, integra pro fundo ad eum pertinebat [32]). Eadem servitutis miseria viros quamvis bonos immanissima principis iussa pro numinis oraculis exsequi cogit, quasi nihil arbitrio suo relictum sit: itaque asseverare non auderem calumniam esse Procopii narrantis Theodahadum a Petro ad Amalasunthae necem incitatum esse [33]): nisi causa quam affert cur Theodora exitium infelicis reginae machinata esset tam parum credibilis foret, ut hoc quoque crimen maledictis vesanae impudentiae accenseri posse confidam.

Petro Patricio Suidas ἱστορίας tribuit: unde petitae eclogae in utroque titulo de legationibus exstant: quarum prima ad imperium Tiberii, ultima ad res a Iuliano, adhuc Caesare, sub auspiciis Constantii in Gallia gestas pertinet. Quod si ulterius progressus esset, is qui eclogas confecit non magis in Petro quam in ceteris ultimam operis partem neglexisset: itaque eum finem fecisse ubi Eunapius res plene narrare incipiebat non dubito. Verum in quo tempore historiae suae initium constituerit, ea quaestio non aeque certe expediri potest: regum tamen liberique populi Romani tempora tractasse non crediderim; quum propter eclogarum ex universo hoc tempore defectum, tum quia non video quid hominem Byzantinum

30) Corippus de laud. Iust. I. 24. 31) Procop. l. l. 32) Hermolaus in ethnicis Stephani s. v. Ἀκόναι. 33) Anecd. 16. p. 47.

impellere potuerit ad scribenda quae, ut quisque prolixius aut brevius narrata quaereret, vulgo inveniebantur. Non tamen a Tiberio incepisse, — id quod per se omni careret probabilitate, — sed iam de Augusto, Triumviratusque tempore egisse, probant fragmenta quae in libello Seguieriano de syntaxi inveni [34]). Ex his alterum apud Dionem Cassium iisdem prope verbis legitur [35]), quod de fr. 4. 5. p. 123. ed. B., collata legat. LII. p. 401. Ursini, observavit Valesius: unde coniectura certa oritur Petrum nihil aliud quam Dionis breviarium confecisse quatenus huius historia pateret. Iam vero quum continuator Dionis, cuius eclogas ill. Maius in titulo de sententiis invenit, quantum spatia metiri licet, non multum infra Constantinum M. descenderit, non temeraria hariolatione mihi persuasi eum non diversum a Petro esse: ad quam firmandam nonnihil accederet, si exploratum esset imperatorum nomina quibus ista apud Maium pro lemmatis distinguuntur in codice sic posita esse: nam eadem ratione grammaticus ille qui de syntaxi scripsit, Petri opus in partes distinctum invenit: certe non librorum numeris; quos, ut semper alias, posuisset.

Praeterea idem Suidas Petro opus *περὶ πολιτικῆς καταστάσεως* adscribit: quod ill. Maius illos anonymi scriptoris de re publica dialogos esse coniicit quorum Photius cod. 37. meminit, ipse autem e palimpsesto Vaticano ampla edidit fragmenta *περὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης* inscripta. Equidem inscriptionis diversitatem omittam, neque negabo Petro placere potuisse ut libros sine nomine ederet: attamen vix credibile videtur rem Suidae compertam docto curiosoque Photio non innotuisse; aut contra, Suidam silentio transiisse illud opus quo Petrus Lydo teste de magisterio officiorum exposuit [36]): quum id tamen in hominum manibus versaretur decimo saeculo.

34) Ea posita sunt infra p. 136. 35) Petrus: *ἀπεῖπε τοῖς βουλευταῖς ἐκδημεῖν ἔξω Ἰταλίας.* Dio LII. 41. p. 693. 34. ed. R. *καὶ προσαπεῖπε* (l. *καὶ πρὸς ἀπεῖπε*) *πᾶσι τοῖς βουλεύουσι μὴ ἐκδημεῖν ἔξω τῆς Ἰταλίας.* Hunc locum adiumento indicis Reimariani indagare potui; is qui alteri fragmento respondet, nisi casu oblatus, haud facile invenietur. Quotus enim quisque adeo indefessus, otioque instructus est, ut quatuor vocabula per tot libros quaerere sustineat? quum ne illud quidem constet certum esse Antonii nomen, non errore positum pro Antonini. Verbo quidem *θωπεύειν* saepe utitur Dio. 36) Infra in test.

Etenim manifesto huius partes sunt quaecunque e Petro magistro exstant inserta caeremoniali Constantini Porphyrogeniti: habent autem eum auctorem non solum capita primi libri 84. et 85., quibus eius nomen praefixum diserte legitur, verum etiam decem quae continuo sequuntur, usque ad 95.; ubi saepe, v. gr. 86. 87. 95. de Iustiniano tanquam imperante quum ista scriberentur, sermo est. Petita autem esse haec omnia e libro de officio magistri satis inde colligitur quod auctor praecipue id agit, ut doceat quae partes magistri sint in rebus quas tractat; magistrorumque nomina ponit, qui in ea dignitate fuerint quo tempore Leones, avus et nepos, Anastasiusque et Iustinus imperium susceperunt.

Utrum hoc in volumine an alibi Petrus exposuerit quae cum Chosroë de pace componenda locutus esset [37]), pro incomperto relinquo. Sermonis rusticitatem in eo reprehendit Menander, quam se verbis Atticis mutasse ait quum colloquia ista referret: iustamque esse reprehensionem ei facile credimus: nam in capitulis quae in caeremoniali exstant graecitas ad barbariem, vulgaremque sermonem manifesto inclinata, imo iam in hunc conversa, conspicitur; neque eclogae ex historia ab ista labe immunes sunt. At, quae e libris περὶ πολιτικῆς ἐπιστήμης in luminis oras reduxit Maius, summa elegantia, et paene intemerato Attico sermone scripta sunt. Quum autem Petrus sui aevi hominibus, qui ea fere lingua utebantur quae nunc apud Graecos obtinet, loqueretur, non veteribus Atticis, sermo eius, pro grammaticorum sententia vitiosus, non impediebat quo minus, si vis persuadendi ei inesset, hominum mentes oratione flecteret. De qua viri eloquentia, ceterisque dotibus, testimonia quae hic subiungo loquuntur.

Ioannes Lydus *de magistratibus* II. 25. 26.: τοῖς δὲ ἱμειρομένοις τοὺς ἐφεξῆς μὴ ἀγνοῆσαι μαγίστρους ἄχρις ἡμῶν, ἀρκέσει πρὸς διδασκαλίαν Πέτρος ὁ πάντα μεγαλόφρων, καὶ τῆς καθόλου ἱστορίας ἀσφαλὴς διδάσκαλος, δι' ὧν αὐτὸς ἐπὶ τοῦ λεγομένου μαγιστηρίου ἀνεγράψατο. προῆλθεν οὖν ἡ δύναμις ἐπὶ πλέον τῆς ἀρχῆς· οὐ μόνον γὰρ τὰς τῶν ἐθνῶν πρεσβείας ὑφ' ἑαυτῷ τελούσας ὁ μάγιστρος ἔχειν πιστεύεται, τόν τε δημόσιον δρόμον, καὶ πλῆθος ἐμ-

37) Menander, p. 429.

βριθὲς τῶν πάλαι μὲν φρουμενταρίων νῦν δὲ μαγιστριανῶν, τήν τε τῶν ὅπλων κατασκευὴν καὶ ἐξουσίαν, ἀλλ' ἔτι καὶ τὴν τῶν πολιτικῶν πραγμάτων· καὶ διαφερόντως Πέτρος οὗτος, ὁ πολὺς, ὁ μηδενὶ ταῖς ἀρεταῖς κατὰ μηδὲν δεύτερος. διασώζει μὲν γὰρ καὶ φρουρεῖ τὴν αὐλὴν, καὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν οὐκ ἀποπτύει μεγαλειότητα, ἣν ἐγγὺς ἀπολομένην ἀβελτερίᾳ τῶν πρὸ αὐτοῦ, οἷα σοφὸς καὶ διὰ παντὸς τοῖς βιβλίοις προσανέχων, ἀποκαθίστησι. τοὺς δὲ νόμους εἰδὼς, εἴπερ τις ἄλλος, οἷς ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων ἀνετράφη (l. ἐνετρ. N.) *συνηγορῶν τοῖς δεομένοις, ἄρχων τε μέγιστος, καὶ ἀξίαν ὀφρὺν τῆς ἐξουσίας ἀνατείνων ἐδείχθη, καὶ δικαστὴς ὀξὺς, καὶ τὸ δίκαιον κρίνειν εἰλικρινῶς ἐπιστάμενος, κατὰ μηδὲν αὐτὸν ὑπτιαζούσης τῆς τύχης. πρᾷος μὲν γάρ ἐστι καὶ μειλίχιος· ἀλλ' οὐκ εὐχερὴς, οὐδὲ πρὸς τὰς αἰτήσεις ἔξω τοῦ νόμου καμπτόμενος· ἀσφαλὴς δὲ ὁμοῦ, καὶ προβλέπων τὰς ὁρμὰς τῶν προσιόντων· μηδένα καιρὸν ταῖς ῥαθυμίαις παραχωρῶν· τὴν μὲν νύκτα τοῖς βιβλίοις, τὴν δὲ ἡμέραν τοῖς πράγμασι ἐγκείμενος, μηδὲ αὐτὴν τὴν μέχρι τῆς αὐλῆς ἐκ τῆς οἰκίας ἐν ὁμιλίαις διασυρίζων ἁπλῶς, ζητήμασι δὲ λογικοῖς, καὶ ἀφηγήσεσι πραγμάτων ἀρχαιοτέρων μετὰ τῶν περὶ ταῦτα σχολαζόντων εἰλούμενος. καὶ καιρὸς οὐδεὶς αὐτῷ διδαγμάτων ἐστὶν ἀμέριμνος· ὡς τοὺς τῶν λόγων ἐξηγητὰς δεδιέναι τὴν πρὸς αὐτὸν ἐντυχίαν· πράγμασι γὰρ αὐτοὺς καὶ στροφαῖς περιβάλλει, μετρίως ὑπελέγχων, ὡς λέγοιντο μόνον, οὐκ εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι ὁποίους αὐτοὺς ἡ φήμη διαθρυλλεῖ. ἐμοὶ δὲ μάλιστα σκοτοδινίας οὐ μικρὰς ἀνακινεῖ ἡ πρὸς αὐτὸν συνήθεια· χαίρω γὰρ αὐτῷ ὅτι καλὸς ἅμα καὶ ἐλεύθερος, καὶ τύφου καὶ κορύζης ἐκτὸς, ἀστεῖός τε καὶ κοινός· ἀλλ' ἐπισείει μοι ὡς εἴρηται, φροντίδας οὐ μικρὰς, μηδὲν ὧν ἐπίστασθαι δοκῶ προτείνων εἰς ζήτησιν, τὰ δὲ παντελῶς ἠγνοημένα παρεισάγων· ὥστε με τὰς πασῶν ἰσχυροτάτας εὐχὰς μελετᾷν, μηδεμίαν αὐτὸν ἄβατον ἐμοὶ, ὥσπερ εἴωθεν, ἐπιρροιζῆσαι θεωρίαν.*

Procopius, *Goth.* I. 3. in f.: *Ὁ βασιλεὺς Πέτρον, Ἰλλυριὸν τὸ γένος, ἐκ Θεσσαλονίκης ὁρμώμενον, ἐς τὴν Ἰταλίαν εὐθὺς ἔστελλεν, ἕνα μὲν ὄντα τῶν ἐν Βυζαντίῳ ῥητόρων, ἄλλως δὲ ξυνετόν τε καὶ πρᾷον καὶ ἐς τὸ πείθειν ἱκανὸν πεφυκότα.*

Idem, Anecdot. 24.: *Πέτρος τὸν ἅπαντα χρόνον ἡνίκα*

τὴν τοῦ μαγίστρου καλουμένην εἶχεν ἀρχὴν, ἀεὶ καθημέραν αὐτοὺς (τοὺς σχολαρίους) κλοπαῖς ἀμυθήτοις ἀπέκναιε. πρᾷος μὲν γὰρ ἦν, καὶ ὡς ἥκιστα ὑβρίζειν εἰδὼς, κλεπτίστατος δὲ ἀνθρώπων ἁπάντων, καὶ ῥόπου αἰσχροῦ ἀτεχνῶς ἔμπλεως.

Suidas s. v. Πέτρος ὁ ῥήτωρ, ὁ καὶ μάγιστρος καὶ ἱστορικὸς, πρεσβευτὴς ὡς Χοσρόην σταλεὶς „μάλα ἐμβριθής τε ἦν καὶ ἀνάλωτος ἐν τῷ ῥητορεύειν, τῷ καταμαλάξαι φρονήματα βαρβαρικὰ, σκληρά τε καὶ ὀγκώδη." ἔγραψεν ἱστορίας, καὶ περὶ πολιτικῆς καταστάσεως. (Quae signis inclusi Menandri verba sunt, servata in eclogis de sententiis, pag. 429. 19—21. ed. B.)

Menander, p. 346, 22. ed. B.: Πέτρος — ἀποχρώντως ἔχων τῆς τε ἄλλης παιδείας, καὶ τῆς τῶν νόμων.

Idem p. 368. 1. Chosroës ad Petrum: οὐδὲ αὐτός σε, ὦ Ῥωμαίων πρεσβευτὰ, ὥσπερ εἰκὸς ἐν τοσαύτῃ φιλοσοφίᾳ τεθραμμένον, ᾗ περιεῖναι τοῖς ῥήμασι μεμάθηκας, μεμφθείην — μὴ πείθειν μαθών.

Idem p. 376. 12. Iohannes legatus: Πέτρος — ἐμπειρίᾳ λόγων καὶ δεινότητι πειθοῦς — οἷος ἐγένετο παραχρούσασθαι.

Idem p. 428. 20.: τὸ χθαμαλώτερόν πως ἐστιν ἢ τῶν λόγων — μετέφρασα ἐς τὸ ἀττικώτερον.

Cassiodorius *Variarum* X. 19. *nomine Theodahadi regis:* vir eloquentissimus Petrus legatus serenitatis vestrae, et doctrina summus, et conscientiae claritate praecipuus.

Ibid. X. 22. *eiusdem nomine:* per virum disertissimum Petrum.

Ibid. X. 24. *nomine Gundelinae reginae:* veniente viro sapientissimo Petro.

Hermolaus, *epitomator Stephani de urbibus*, s. v. Ἀκόναι: Ἀκονῖτις — νῆσος διαφέρουσα τῷ πανευφήμῳ πατρικίῳ καὶ τῷ (l. τὰ N.) πάντα σοφωτάτῳ μαγίστρῳ Πέτρῳ, κειμένη καταντικρὺ — Χαλκηδόνος. ἐπικέκληται δὲ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐν αὐτῇ πρὸς ἀκόνας πεποιημένων λίθων.

Corippus de laudibus Iustini I. 24. 25.:

Successorque boni, redivivaque gloria Petri
Hic Theodorus adest, patria gravitate magister.

Panium, unde PRISCUS, quem alii minus definite Thracem vocant[38]), Panita dicitur, oppidum erat Europae, unius e sex provinciis dioeceseos Thraciae, quae Chersonesum continebat, atque in Propontidis ora inter Heracleam, olim Perinthum, provinciae metropolim, et Selymbriam terminabatur[39]): incertis, ubi in mediterranea porrigebatur, finibus; Aenum, quaeque ab illa versus occidentem iacent oppida, ad Rhodopam provinciam pertinuisse compertum est. Panium ipsum in littore (Propontidis) prope Heracleam (Perinthum), itaque inter illam et Rhaedestum situm fuisse, Suidas docet[40]): apud Geographos veteres, ipsumque Ptolemaeum, eius mentionem frustra quaesivi.

Priscus, teste Suida[41]), de historia Byzantina, rebusque Attilae[42]) (*ἱστορίαν Βυζαντικὴν καὶ (τὰ) κατὰ Ἀττήλαν*) octo libros scripsit; quae verba quaestionem moverunt geminumne an simplex fuerit opus; equidem non dubito unum fuisse. Verum etsi duo fuerint, ad utrumque certe pertinerent eclogae de legationibus, quorum inscriptionem *historiae Gothicae* retinere debui: nemo enim dubitabit eclogarii codicem ita inscriptum fuisse. Suspicor autem, ut Procopianae historiae, ita huius partibus diversos titulos fuisse inditos: aliam inscriptam fuisse *τὰ κατὰ Ἀττήλαν*, aliam *Γοτθικὴν*, idque ab imperito homine ad universum opus translatum esse. A quo tempore historiam inceperit Priscus, expediri non potest: sed nullius rei quae ante annum 433. gesta sit mentio ex eo affertur. Asparis, filiorumque caedem, quae a. 471. Leonis Imp. 15. patrata est, a Prisco narratam esse, Evagrius docet[43]): unde colligimus, quum Malchus annum 474. Leonis 17. historiae suae initium fecerit, Priscum ad eum substitisse. Unde patet quam absurde Suidas eum sub Theodosio iuniore scripsisse tradat.

Longe optimus omnium sequioris aevi historicorum; ingenio, fide, sapientia, nulli vel optimorum temporum posthabendus; elegans quoque et sermone satis puro usus, laudem atque gloriam quum apud coaevos tum inter posteros merito adeptus

38) v. Fabricii bibl. gr. VII. p. 539. y. 39) cf. Constantinum de caeremoniis II. 54. p. 795. ed. B. et Ammian. Marcell. XXVII. 4. 40) s. v. *Πάνιον*. 41) s. v. *Πρίσκος*. 42) Vitium in Suidae et Eudociae libris *κατὰ Ἄτταλον* pro *Ἀττήλαν* iamdiu animadversum et corrigi iussum est. 43) Hist. Eccl. II. 16.

est; cui etiam a Valesio et Gibbono, summis viris, laudari contigit. Rhetor dicitur, at idem sophista[44]); unde colligimus non causidicum Constantinopoli egisse, sed oratoriam artem ibi docuisse. Ceterum de eius vita hoc tantum comperimus: receptum in amicitiam Maximini, viri illo aevo primarii, cum eo ad Attilam, et postea, Marciano imperante, in Arabiam Aegyptumque profectum esse[45]). Qui Maximinus quum absque dubio paganus esset, (Christianus enim nunquam animum induxisset ut Blemyis de sacris in Philarum insula celebrandis concedederet, foederisque tabulam in illo templo figeret) coniectura iam per se valde probabilis Priscum quoque antiquis sacris addictum fuisse, magis adhuc confirmatur.

Eidem Prisco Suidas praeterea tribuit Declamationes et Epistolas.

Testimonia de Prisco:

Suidas s. v.: *Πρίσκος Πανίτης, σοφιστής, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ· ἔγραψεν ἱστορίαν Βυζαντικὴν καὶ* (ins. *τὰ*) *κατὰ Ἄτταλον* (*Ἀττήλαν*) *ἐν βιβλίοις ὀκτώ, μελέτας τε ῥητορικὰς καὶ ἐπιστολάς.*

Evagrius *hist. eccl.* I. 17.: *ἐν τούτοις τοῖς χρόνοις ὁ πολὺς τῷ λόγῳ πόλεμος ἐκεκίνητο Ἀττίλα τοῦ τῶν Σκυθῶν βασιλέως, ὃν περιέργως καὶ ἐς τὰ μάλιστα λογίως Πρίσκος ὁ ῥήτωρ γράφει, μετὰ πολλῆς τῆς κομψείας διηγούμενος ὅπως τε κατὰ τῶν ἑῴων καὶ ἑσπερίων ἐπεστράτευε μερῶν, οἵας τε καὶ ὅσας πόλεις ἑλὼν κατήγαγε, καὶ ὅσα πεπραχὼς τῶν ἐντεῦθεν μετέστη.*

Idem V. 16.: *ἐκ πρεσβείας δὲ τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων Ἀνθέμιος βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων ἐκπέμπεται, ᾧ Μαρκιανὸς ὁ πρώην βεβασιλευκὼς τὴν οἰκείαν κατηγγύησε παῖδα. ἐκπέμπεται δὲ στρατηγὸς κατὰ Γιζερίχου Βασιλίσκος, ὁ τῆς Λέοντος γυναικὸς Βηρίνης ἀδελφός, μετὰ στρατεύματος ἀριστίνδην συνειλεγμένου. ἅπερ ἀκριβέστατα Πρίσκῳ τῷ ῥήτορι πεπόνηται· ὅπως τε δόλῳ περιελθὼν ὁ Λέων, μισθὸν ὥσπερ ἀποδιδοὺς τῆς ἐς αὐτὸν προαγωγῆς, ἀναιρεῖ Ἄσπαρα τὴν ἀρχὴν αὐτῷ περιθέντα, παῖδάς τε αὐτοῦ Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον, ὃν καίσαρα πεποίητο πρότερον ἵνα τὴν Ἄσπαρος εὔνοιαν κτήσηται.*

44) Suidas et Evagrius, infra. 45) Priscus p. 153. 14. ed. B.

MALCHUS, Philadelphiensis, ex illa Philadelphia quae in Palaestina est, ut recte e nomine viri Syriaco, quum plura ita vocarentur oppida, infert Fabricius, sophistam Constantinopoli egit [46]). Eius historiam, qua Priscum continuavit, ab a. 474., decimoseptimo Leonis Imp., usque ad mortem Nepotis [47]), qui a. 480. occisus est, septem annorum res totidem libris, quos *Βυζαντιακὰ* inscripsit, persecutam Photius legit: atque intra hoc temporis spatium eclogae de legationibus, quasque ex aliis titulis Suidas servavit, comprehenduntur: ut certum sit litteratas Constantini Porphyrogeniti operas nihil amplius habuisse. Monet tamen Photius, his libris opus ad terminum quem auctor sibi proposuisset perductum non esse: ipsum innuere plura se additurum si vita suppetat: quum igitur Suidas Malchi historiam usque ad Anastasium deductam esse scribat, non contradicam, si quis sibi persuaserit ultima parte truncatam ad Photium Constantinumque pervenisse; integram ei innotuisse qui paulo post Iustinianum Imp. lexicon de scriptoribus composuit quod Suidas compilavit. Edidit certe Malchus mortuo demum Zenone, cuius ignaviam probraque mansurae infamiae tradidit: ac tanta quidem cum libertate ut etiam sub miti Anastasii imperio mirandum sit maiestatis poenam evasisse qui talia contra decessorem Principis, praesertim qui Augustae maritus fuerat, auderet. Verum non unicum hoc est sub imperatoribus Byzantinis mirandae in scribendo libertatis exemplum, fortasse a contemptu litterarum ortum: nam Tiberius, valde in iis versatus, quaecunque edebantur anxie scrutabatur, crudeliterque vindicabat. Magis etiam miramur Eunapium non morte poenas dedisse pro his quae quemvis Christianum non minus quam Principes laederent. Malchum non maledicentiae sed veritati studuisse cernimus. Difficilior ad expediendum inde oritur quaestio quod Malchus historiam a Constantino M. inchoasse a Suida dicitur: in quod tam disertum testimonium suspicio erroris eo minus cadit quod Photius e primi libri initio constare docet, alios eiusdem auctoris atque argumenti praecessisse. Casus autem efficere non potuit ut pars superstes operis initio ac fine truncati inciperet ubi Priscus substiterat: itaque necesse est

46) Suidas s. v. *Μάλχος*. 47) Photius cod. 78.

aut partem quae praecederet ab aliquo qui catenam historiae conficiebat, cuiusmodi plures exstitisse constat, recisam; aut res a Constantino M. usque ad Prisci finem diverso opere comprehensas fuisse.

Ingenio et eloquentia infra Priscum, a Photio quidem, qui eum canonis historiae instar esse ait, ultra veritatem laudibus elatus, tamen inter valde bonos historiae auctores numerandus est. A Christiana religione non alienum fuisse, Photius perhibet: quod per se parum est; verum id ipsum, ut a Classeno inter confabulationem mihi observatum fuit, plus quam in illum cadere videtur qui Pamprepio tam aperte faveat.

Suidas s. v.: *Μάλχος Βυζάντιος σοφιστής· ἔγραψεν ἱστορίαν ἀπὸ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, καὶ ἕως Ἀναστασίου, ἐν ᾗ τὰ κατὰ Ζήνωνα καὶ Βασιλίσκον, καὶ τὸν ἐμπρησμὸν τῆς δημοσίας βιβλιοθήκης, καὶ τῶν ἀγαλμάτων τοῦ Αὐγουστείου, καὶ ἄλλά τινα διεξέρχεται μάλα σεμνῶς, καὶ τραγῳδίας δίκην ἀποθρηνῶν αὐτά.*

Photius cod. 78.: *Ἀνεγνώσθη Μάλχου σοφιστοῦ Βυζαντιακὰ, ἐν βιβλίοις ἑπτά. ἄρχεται μὲν ἐξ οὗ Λέοντα τὸν βασιλέα ἡ νόσος ἐπίεζε, τούτῳ δὲ τῆς βασιλείας ἔτος ἑπτακαιδέκατον παρετείνετο· διέρχεται δὲ τήν τε Ζήνωνος ἀνάῤῥησιν, καὶ τὴν ὑπερόριον τῆς βασιλείου δόξης διατριβὴν, καὶ τὴν Βασιλίσκου ἀνάῤῥησιν, καὶ τὴν τῆς ἁλουργίδος ἀπόθεσιν, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ πάλιν κάθοδον Ζήνωνος, τήν τε τοῦ προειρημένου Βασιλίσκου διὰ ξίφους ἀναίρεσιν, ἧς καὶ γυνὴ καὶ τέκνα παρανόμῳ κρίσει ἐκοινώνησαν. καὶ ὅτι Ἁρμάτος ὁ Ζήνωνα κατάγων τοιαύτης ἀντιμισθίας ἀπώνατο, διὰ Ὀνούλφου δεξάμενος τὴν σφαγήν. διαλαμβάνει δὲ καὶ τὴν Θευδερίχου τοῦ Ὀτριαρίου (Τρ.) στάσιν, καὶ τὴν Θευδερίχου τοῦ Μαλαμείρου (Βαλ.) φιλίαν, καὶ τὸν πρὸς τὸν τοῦ Ὀτριαρίου (Τρ.) Θευδέριχον πόλεμον, καὶ τὴν κατὰ Ζήνωνος πάλιν στάσιν, καὶ τὴν Μαρκιανοῦ ἐπανάστασιν, καὶ πρό γε τούτου τὴν τῆς πενθερᾶς Βηρίνης ἐπιβουλὴν, καὶ τὴν διὰ τοῦτο φυγαδείαν τὴν ἀΐδιον, καὶ τὴν κατὰ Ἴλλου πρότερον ἐπιβουλὴν Βηρίνῃ συσκευασθεῖσαν, καὶ τὴν Ἐπιδάμνου ὑπὸ Θευδερίχου τοῦ Μαλαμείρου (Βαλ.) ἐν δόλῳ κατάσχεσιν. ταῦτα διεξιὼν διέξεισι καὶ τὰ ἐπὶ Ῥώμης, καὶ τέλος τοῦ ἑβδόμου λόγου ποιεῖται τὸν Νέπωτος θάνατον, ὃς ἐκβαλὼν τῆς ἀρχῆς Γλυκέριον τήν τε Ῥωμαϊκὴν ἰσχὺν περιεβά-*

λετο, καὶ εἰς σχῆμα κείρας κληρικοῦ ἀντὶ βασιλέως ἀρχιερέα κατέστησεν· ὑφ' οὗ καὶ ἐπιβουλευθεὶς ἀνῄρηται. οὗτοι οἱ ἑπτὰ τῆς ἱστορίας λόγοι καὶ προηγουμένους ὑποφαίνουσιν αὐτῷ λόγους ἄλλους διαπεπονῆσθαι — καὶ ἡ ἀπαρχὴ δὲ τῶν ἑπτὰ τοῦ πρώτου λόγου τοῦτο παραδηλοῖ· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἑπομένους, εἰ τὸ ζῆν προσῆν τῷ συγγραφεῖ, ὡς τοῦ ἑβδόμου λόγου τὸ πέρας ἐνδείκνυσιν.

Ἔστι δ' ὁ συγγραφεὺς Φιλαδελφεὺς, εἴ τις ἄλλος κατὰ συγγραφὴν ἱστορίας ἄριστος· καθαρὸς, ἀπέριττος, εὐκρινὴς (num εἰλικρινὴς? N.), λέξεων ταῖς ἀνθηροτάταις καὶ εὐσήμοις καὶ εἰς ὄγκον τινὰ ἀνηγμέναις χρώμενος· καὶ οὐδὲ αἱ καινοπρεπεῖς αὐτῷ, ὅσαι τὸ ἐμφατικὸν καὶ εὔηχον καὶ μεγαλεῖον ἔχουσι, παραβλέπονται, ὥσπερ --- τὸ ----- καὶ τοιαῦτ' ἔνια· καὶ ὅλως κανών ἐστιν ἱστορικοῦ λόγου· σοφιστὴς δ' ἦν τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ ῥητορικῆς εἰς ἄκρον ἐληλακὼς, καὶ τὴν θρησκείαν οὐκ ἔξω τοῦ χριστιανικοῦ θιάσου.

MENANDER, Euphratae f., Constantinopolitanus, in iuventute legum studio sese dederat: sed quoniam a causidicorum munere animus abhorrebat, ad segnitiem delapsus, in circo factionumque furoribus patrimonium effudit; tandem vero, a necessitate ad meliora compulsus, quum a Mauricio Imperatore litteratos homines splendidis praemiis ornari videret, se in hoc genere experiri statuit. Itaque historiam Agathiae continuare sibi proposuit: quod ab adventu Cotrigurorum Hunnorum in Thraciam, quos Belisarius repressit, annoque 558., usque ad excessum Tiberii Imp., a. 582., perfecit. De rebus anni 575. [48]) agebat libro VIII. Protectoris cognomen, quo ab illustri poëta Attico discriminatur, indicat eum cohortibus praetoriis Imperàtoris adscriptum fuisse [49]): quae tamen illo aevo aeque ac Scholarii fictam tantummodo exercebant militiam [50]). In scribendi genere prorsus simia Agathiae est; ridendus quoties sententiarum acumine aut verborum elegantia se ostentare cupit: verumtamen in rebus gestis referendis bonus auctor; circa populorum mores, terrarumque longinquarum situm, et peregrinantium itinera admodum curiosus et fide dignus. Eiusdem Agathiae imitatione, etiam epigram-

48) Menand. p. 397. 20. in eius ed. Brissonii. 49) v. Heineccium s. v. *Protectores* 50) Procop. Anecd. 24. p. 71.

mata componere tentavit. Quae supra de eius origine atque iuventute dixi, ea omnia ipse in prooemio historiae tradiderat, quod, apud Suidam servatum, posui primo loco inter fragmenta, p. 438. ed. B.

De OLYMPIODORO, CANDIDO, NONNOSO et THEOPHANE nihil prorsus ad nos pervenit praeter ea quae apud Photium leguntur, in nostra editione p. 447. seq., et fragmentum apud Suidam s. v. χειρίζω servatum (p. 477. ed. B.) de sumptibus expeditionis adversus Vandalos, quod tamen ipsum neque ex integro codice Candidi, neque ex eclogis inde petitis a Suida assumptum est, sed ex alio, nescio quo, scriptore. Etenim nullus horum historicorum ad eclogas Constantinianas adhibitus fuit, unde omnia in hoc genere ille hausit.

PROCOPIUS sophista, cuius orationem, a Villoisone in tomo altero Anecdotorum Graecorum ex codice Marciano Veneto editam [51]) huic collectioni intuli, affecto saeculo p. Chr. V. Gazae natus est, quod oppidum, licet in remotis barbariae finibus positum, illo aevo elegantium ingeniorum mire ferax fuit, quum praeter hunc Procopium, Aeneam ferret, et Iohannem (qui ἔκφρασιν τοῦ κοσμικοῦ πίνακος versibus conscripsit), ac Timotheum quendam, variosque Anacreonticorum carminum poetas [52]), quibus fortasse non exigua pars illorum tribuenda est quae per tot aetates pro Teii vatis canticis mirati sunt homines minime mali. Speciem autem quae Fabricium induxit, ut hunc Procopium gemino nomine Iohannem Procopium dictum, auctoremque ἐκφράσεως illius, amoena vena conditae, fuisse, sibi persuaderet, vanam esse, positaque in Scholio codicis Palatini inter utrumque nomen distinctione dissolvendam, mihi paene exploratum est. Fungebatur ille, quum Anastasium Imp. publice laudabat, oratoris munere in oppido ubi natus erat, stipendio conductus [53]): quo tempore paganum adhuc religione fuisse, nemo dubitabit qui genus Anastasii ab illo ad Iovem referri attenderit [54]); quo nihil magis abominandum fuisset eius aevi viro Christiano. Postea autem fidem

51) V. eius annotatt. p 601. ed. B. 52) Fabricii Bibl. Gr. T. IX. p. 760. ed. H. 53) Hinc σοφιστὴς Γάζης dicitur in orationis inscriptione. 54) p. 492, 14.

Evangelii adeo sincere amplexus est, ut ad libros Veteris Testamenti commentarios conscriberet, a peritis iudicibus non mediocriter laudatos. Summam vitae sanctimoniam, moresque mitissimos, praedicavit eius discipulus Choricius, qui defunctum laudavit; longe ipse inferior magistro: suum, eum amoris affectu, vocat Aeneas, a quo laudari plus erat. Ad ultimam senectutem vixisse perspicuum est, quum, qui ipso saeculi VI. initio Anastasii laudes dixerat, idem monodia aedem S. Sophiae terrae motu collapsam defleverit [55]), quae ruina a. 557. accidit. Epistolas scripsit plurimas, quarum nonnisi pars edita est.

De PRISCIANO, viro grata saeculorum memoria colendo, cuius panegyrico locum inter Graecos assignare non dubitavi, omnino silere quam paucis agere fortasse praestaret. Verumtamen, praebita occasione, a me impetrare nequeo quin rem et novam, ut opinor, et veram indicem: scilicet Caesaream, unde illi ex origine cognomen additum est, Africae oppidum esse videri, a quo Mauritania Caesariensis dicta est; non unum ex illis, claris certe, quae in Asia exstabant. Novi equidem Ammiani et Claudiani exempla, hominum Graecorum qui litteras Latinas splendide illustrarunt; neque negare sustineam fieri potuisse ut tertius aliquis Graecus se totum ad Latini sermonis artem conferret: apparet tamen longe aliam fuisse rerum vim sub Theodosio M. eiusque filiis, florente adhuc vetere Roma, atque centum annis post, Italia in barbarorum servitutem redacta, nulloque ibi litterarum studiis proposito praemio, quum in Orientis regionibus iis qui Graeca lingua ingenii specimina exhiberent, gloria et commoda cederent. Priscianum in Grammatico opere quotiescunque Latinos Graecis opponit, ponere *illi sic* — *nos* (Latini) *sic*, ubique videmus: in panegyrico praecipuas Anastasio laudes inde tribuit quod se adversus occidentalis Imperii cives e patria profugos munificum praebeat: id quod sophistae Graeco vix placuisset; iam vero potius de sua ipsius sorte cogitasse scriptorem, censeo. — Quum Anastasium laudaverit,

55) Eam, ab Iriarte editam, memoratamque Harlesio ad Fabr. T. VII. p. 564., a nobis aliquando cum ecphrasi Pauli Silentiarii coniungendam, nondum vidi.

male a Paulo Diacono sub Iustiniano principe poni apparet: absolutumque fuisse magnum grammaticae corpus ante Cos. Mavortium, a. 527.: quippe quo consule codex unde nostri derivati sunt, subscriptione teste, scriptus sit, per litteras me monuit cl. Lindemannus.

De carmine, eiusque codice unico Bobiensi Viennam allato, ex quo Claudium Sacerdotem, aliosque de Grammatica libros, a viris egregiis doctissimisque flagitamus, penes quos eorum edendorum ius est, et ornandi splendida facultas, — cur post cl. Endlicherum nihil afferam, iam supra expositum est.

Excerptorum de legationibus, quae grammaticis, quibus rei cura a Constantino Porphyrogenito mandata est, *περὶ πρέσβεων*, non *περὶ πρεσβειῶν*, inscribere placuit, rationem explicare, neque alienum erit a prooemio huius voluminis, cuius pars longe maxima ex illis constat: neque otiosum; quum, nescio quo casu, a nemine, quantum mihi quidem innotuit, plene perspecta sit.

Ista excerpta edidit Hoeschelius e duobus codicibus: Schotti, quem nunc nullibi comparere dixi supra; et Bavarico, quem Boicum vocat, qui in Monacensi bibliotheca regia exstat, a Schweighaeusero, v. cl., ad Appianum Polybiumque adhibitus: eorum autem haec invicem ratio erat, ut Schottanus quidem omnia complecteretur, a Bavarico praefatio, atque illa abessent quae editor tantum e Schotti codice se dare, in elencho quem post dedicationem posuit, profitetur. Sunt autem illa non additamentorum loco, ut codicem Bavaricum librarii desidia tot capitulis mutilatum fuisse credere possis, verum ab his quae ille habet separata, eodemque ordine a libri initio ad eius finem progrediuntur; atque hoc inter se differunt quod, quae in Bavarico exstant, de legationibus ad Romanos missis agunt, quae ab illo absunt, de iis quas Romani ad Barbaros miserunt. Quapropter codex ille *περὶ πρέσβεων ἐθνῶν* (vel *ἐθνικῶν*) *πρὸς Ῥωμαίους* inscribitur [56], praefatio autem quae illa respicit quae Schotti codex solus praebuit, titulum XXVII., eiusque rubricam *περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς* exhibet:

56) Schweigh. praef. ad T. II. Polybii p. XVI.

atque in elencho, qui ei subiicitur, de Seviris e quorum libris eclogas de legationibus Hoeschelius edidit, omittit Dexippum et Eunapium. Scilicet ex his nihil in tomum eclogarum de legationibus Romanorum ad gentes illatum erat.

His expositis non opus erit pluribus verbis probare, geminum fuisse eclogarum de legationibus titulum, quorum alter, XXVII. e numerorum ordine, integer cum praefatione exstat, alterius praefatio abest, qua amissa eius numerus ignoratur; quem tamen aut XXVI. aut XXVIII. fuisse ratio rei cogit: denique, quae ex utroque supersunt in Schottano codice coniuncta exstitisse. Iam vero perspicitur qua ratione evenerit ut etiam in Polybianis plurimae eclogae ex earum numero quas Ursinus edidit a Bavarico absint [57]): agitur enim ibi de legationibus quas Romani miserant: idemque, si quis de Dionis Appianique eclogis quaeret, inveniat necesse est. Itaque a reprehensione liberatur summus Casaubonus, qui, quum in bibliotheca Thuani primum harum eclogarum tomum exstare scriberet, quo tamen earum quae e Polybio petitae sint nonnisi pars contineretur [58]), minime errabat. Ac fieri potest ut quum alii Theodosium τὸν μικρὸν, Ursinus autem Ioannem Constantinopolitanum, hanc collectionem concinnasse tradiderint, illius labori legationes ad Romanos, huius titulus XXVII. in codicibus tributus sit. Vereor tamen ne de Theodosio illo error sit, quum Θεοδόσιος ὁ μικρὸς Graecis Byzantinis Theodosium Minorem Imperatorem significet.

Ut omnis in posterum errandi occasio tollatur, utramque collectionem, per singulos auctores divisam, suo inscripto titulo, distinxi: velut p. 121. et 153., 159. et 166.

Itaque non tres, sed quatuor e collectaneis Constantini Porphyrogeniti habemus titulos, postquam ill. Maius, in lucem prolata maxima tituli de sententiis parte, immortalibus suis de re litteraria publica meritis cumulum adiecit.

57) Earum recensum praebet Schweigh. ibid. p. XXVII. 58) Ibid. p. XXII.

DEDICATIO HOESCHELII.

NOBILISSIMO AMPLISSIMOQUE VIRO

IOANNI MATTHAEO

WACKERO, A WACKENFELSA, EQUITI,

S. CAES. MAIEST. A CONSILIIS IMP. AULICIS,

DOMINO ET PATRONO IN PRIMIS HONORANDO,

S. P. D. DAVID HOESCHELIUS AUG.

Constantinus Porphyrogenneta, ut a Theodosio proditum invenio, non contentus ex omnibus terrarum orbis partibus libros quosque optimos cura summa conquirere, id etiam operae publice utilis navari voluit, ut pro rerum discrimine auctorum quorumque scripta in certas classes, quae LIII. fuerunt, tributa congererentur: ut quaqua de re, si tempus postularet, exemplorum hypotheses in promtu essent. Illarum prima *περὶ βασιλέων ἀναγορεύσεως* erat, vicesima septima *περὶ πρέσβεων.* Ceterarum, neque nisi paucarum, praeter *τὸ ἐπώνυμον* scitur nihil, idque ex margine libri legationum calamo exarati, ubi lector argumentum, quod alias aliud attingitur obiter, *ζητεῖν* iubetur *ἐν τῷ περὶ ἐπιβοῶν, ἐν τῷ περὶ κυνηγεσίας, ἐν τῷ περὶ στρατηγημάτων, τῶν στρατῶν, ἐν τῷ περὶ νίκης, περὶ δημηγοριῶν, ἐπιστολῶν, ἐθῶν.* Hae igitur, iniuriane temporis sint amissae, an alicubi serventur, nondum liquet. Eius vero, quae de legatis agit, partem Fulvius Ursinus, vir praeclarissime de omni antiquitate meritus, magno eruditorum applausu ante annos aliquot quammultos edidit; partem ex Serenissimi Maximiliani, Boiorum Ducis, et cl. viri Andreae Schotti bibliotheca, quae nemini rem publicam iuvare cupienti non patet, nos iam evulgamus; hancque eo nobiliorem, quod

eorum historicorum fragmenta suppeditat, quorum nihil fere hactenus praeter nomen exstitit. His corollarium addidimus, eclogas librorum Diodori Siculi amissorum, quas e codice Ludovici Alemanni Florentini doctiss. R. Thomson Anglus mecum amice communicavit. Haec veterum monumenta, Vir amplissime, tibi, tantae dignitatis tantaeque eruditionis, dicare non fuissem ausus, nisi nobiliss. Marcus Velserus, Duumvir noster, amicus tuus, me confirmasset; cuius liberalitati editio haec debetur. Ac sane iucundam fore horum tibi lectionem arbitramur, cognituro cum alia observatu perquam digna, tum exempla (quae potior operis pars) eius muneris, quod singulari fide, cura et prudentia, de gravissimis rebus, qua per Germaniam et Sarmatiam, qua per Italiam, a maximo Caesare ad summos Principes missus, obiisti; iucundiorem, quia lingua Graeca isthaec prodeunt: cuius is est amor tuus, ea peritia, ut locos scias auctorum restituere illos, ad quos ab aliis conclamatum est. Nihil dicam de beneficio, quo me in Reip. literariae commodum ornasti maximo. Pro quo grati et memoris animi testimonium hoc esse aliquod patiaris, neque porro commendatum habere digneris, etiam atque etiam oro. Bene vale, praesidium ac decus Musarum.

Augustae Vindelic. postridie Non. Aprilis, A. S. N.MDCIII.

RECENSIO AUCTORUM,

QUI HOC OPERE CONTINENTUR.

(EX EDITIONE HOESCHELII.)

Prooemium in volumen legationum, Theodosii cuiusdam, *ex Cod. M. S.* Andreae Schotti.

De munere legatos mittentium et legationem obeuntium, ἀδέσποτον, *ex Augustano Codice.*

DEXIPPUS Atheniensis, *ex Cod. M. S.* Boico *et* Andreae Schotti.

EUNAPIUS Sardianus, *ex Cod. iisdem.*

PETRUS Patricius et Magister, *ex iisdem.*

Aliud eiusdem fragmentum, *ex Cod.* And. Schotti.

PRISCUS Rhetor, *ex Cod.* B. *et* A. S.

Alia ex eiusdem Historia Gothica, *ex Cod.* A. S.

MALCHUS Philadelphiensis, *ex Cod.* A. S.

Eiusdem alia, *ex Cod.* B. *et* A. S.

MENANDER Protector, *ex Cod.* B. *et* A. S.

Alia eiusdem, *ex Cod.* A. S.

CANTOCLARUS
PATER
RENATO ET PETRO
FILIIS S.

Franciscus rex, qui Gallia barbariem profligavit, et inde Magni cognomen reportavit, patrem meum, avum vestrum, nihil minus quam hoc cogitantem, non pretio, non ambitu, ob eximiam tum probitatem, tum doctrinam Turonibus iuri dicundo primum praefecit, deinde etiam in Senatum Parisiensem allegit. Henricus Secundus, Francisci filius, fratrem meum natu maiorem patri Senatoriae dignitati successorem designavit. Id meritis patris tribuit, neque quicquam pretii, quamvis tempora ferebant, eo nomine numerari voluit. Et illi quidem per quinquaginta annos magistratus summa cum integritate gesserunt, ad quos triginta duos addidimus, quibus iam apud Christianissimos reges libellos agimus. Est sane ea dignitas Senatoria maior: sed cuius nos iamdudum satias capit; taedet morum, taedet hominum. Iam animus meus

— securus honorum,
Fallacis regum quos defert aura favoris
Indignis aeque ac dignis discrimine nullo,

nihil istarum rerum curat:

Vanaque propter opes hominum certamina felix,
Et quae mirantur mortalia pectora ridet,
Atque viam sola virtute affectat Olympo.

Licet enim meis vos versibus affari. Itaque ad veteres meos amicos me recipio et vobis cursu lampada trado. At

vos quibus integer aevi
Sanguis — *una cum isto vestro fratre, recens adnato, quem ad vos mitto, et vobis, o filii dulcissimi, do dedicoque, nostri nominis memoriam propagare, et nos aliquando vixisse, neque honorum luce caruisse notum testatumque posteris relinquere pergite. Et valete.*

DEDICATIO EDITIONIS PARISINAE.

EMINENTISSIMO

S. R. E. CARDINALI

IULIO MAZARINO.

Quintus annus agitur, eminentissime Cardinalis, ex quo Ludovicus Princeps fortissimus de rebus abiit, maiore Galliae damno quam suo. Eius enim excessus universam Galliam perculit, et pene dixerim, exanimavit, quasi unius extincti spiritu pridem tota vixisset, et omnium animas idem secum traxisset. Hostes autem externos tot pugnis adversis fractos in spem erexit, et refovit. Quis enim tam intrepidus, tamque securus casuum fuit, ut erepto rebus humanis Rege, et in novo principatu res durius casuras non metueret? Princeps iuvenis admodum, nec armorum peritus, quique flagrante bello nondum exercitum in praelium posset educere, nec Principem per aetatem exercere, multorum iniuriis obnoxius videbatur. Hostilis autem exercitus etiam adversum casum recens expertus altiores spiritus gerebat, novas res in dies exspectantibus his, quibus semper studium fuit cunctando et diem ex die prolatando pacem eludere, et Gallos magis ad civile bellum impellere, turbare omnia ac permiscere, quam bello aggredi, et palam manum conserere. Verum nunquam certius approbatum est, iustum piumque, et favente Deo bellum susceptum: ut inconcusso manente regni statu, et tot prosperis confluentibus

regiae maiestati devoti metu soluti sint, et hostes Gallici nominis spe vana tumentes statim animos, quos sustulerant, demiserint; nuntio malae pugnae ad Rocrovium consternati. O diem nobis albo notandum lapillo! o diem infaustum hostibus tam foeda clade! quidquid enim Hispanis in Flandria virium fuerat, illa dimicatioue prostratum est. Hac Gallus pugna edita posteri temporis securitatem concepit: Hispanus autem pridem fiduciae ac spei pleuus animum posuit praeferocem, tanti dedecoris indignitate perculsus. Hoc autem omnium regnator Deus perfecit: cuius etiam providentia Princeps sagacissimus cum ad finem mortalitatis accederet, et virum Richelio, qui rerum gestarum gloria et animi magnitudine humanum fastigium excesserat, similem non proximum, in partibus reipublicae gubernandis quaereret, Tibi, Cardinalis eminentissime, summam rerum permisit: ex quo enim curam imperii Gallici summa principum consensione sustinuisti, palam factum est, Deum bellorum rem Gallicam tueri ac regere: et Te non modo de regni finibus tutandis, sed etiam de proferendo plura aut maiora in dies destinare. Sed neque belli cura terra marique animum invictum obruit, nec cogitatiouibus tuis de litteris propagandis obstat. Haec pacis ornamenta colunt etiam qui se belli gloriae devoverunt. Licet enim fama prospera laudibus eos in coelum efferat, diuturna tamen esse non potest, nisi sint qui nomen eorum posteritati commendent. Hinc spem certissimam conceperunt qui Principum indulgentiam ingenio merentur, Te Maecenate non defuturos eximiae doctrinae viros, quorum studio non senescet claritudo operum tuorum. Esse autem plures publice quoque interest: nec enim virtutibus tuis enarrandis nisi plures suffecerint. Equidem hoc unum dicam, nullum hactenus maiore fide, constantia et prudentia regni ministrum egisse; ut omnes gloria vel aequasse, vel excessisse videaris: et ut epistolae compendium faciam, natura quid efficere posset experiri cupiens, in Te, Cardinalis eminentissime, gloriae materiam, quam quaerebat, invenit. Deum veneror, ut prospere semper res Tibi cedant, seramque immortalitatem precor, ut tam felix, quam diuturna vita sit; quam si ex bonorum omnium voto tibi Deus indulserit, pacem, quam pertinax odium in Gallos moratur, vel optimis conditionibus pa-

rabis, vel saluberrimis consiliis tuis efficies, ut hostium internecione iustae irae parentetur. Da veniam quod laboriosis occupationibus tuis abuti videar. Non possum tamen mihi temperare, quin gratias heic Tibi agam, quod offerenti Cedrenum et Nicetam tam benignum Te mihi exhibueris, ut magnitudinem tuam vinceres: et quoniam aliter referre non possum, in testimonium devotae Tibi mentis hoc opus qualecunque est, nomini Tuo dedico consecroque.

EMINENTIAE TUAE

devotissimus

CAROLU ANNIBAL FABROTUS.

LABBEI PRAEFATIO.

HISTORIAE CONSTANTINOPOLITANAE CURIOSIS INDAGATORIBUS

S. P.

Byzantinam Historiam multitudine rerum mirabilem, varietate iucundam, diuturnitate temporis spectabilem ac veteri Romanae tantum non parem; ut amant coluntque studiosi omnes, ita libros, quibus illa continetur, avide ambiunt exoptantque. Sed frustra iamdudum illos vacui fere omnes bibliothecarum foruli expectant. Cum enim maxima pars nobilium illorum historicorum cum blattis adhuc tineisque luctetur in pulvere et situ manuscriptorum codicum; qui vero hactenus publicati sunt, vel Latine tantum, vel Graece tantum apparuerint, et si qui Graece simul ac Latine excusi sunt, dispari admodum forma, charactere dissimili, diversis dissitisque a se invicem locis temporibusque prodierint; inde factum est magno litterarum incommodo, dicam et litteratorum damno, in tanta penuria, quaeque indidem orta est, talium mercium caritate maxima, ut beatus ille merito censendus sit, non qui omnes, sed qui quam plurimos, eosque deformes ac mancos, quovis pretio summaque diligentia potuerit sibi comparare. Eum ob causam

pluresque alias, quas quivis facile coniicere poterit, cum regiis typis eademque omnino voluminis forma omnes, quotquot uspiam gentium hactenus editi sunt, et in bibliothecis Vaticana, Regia, Barberina, Mazarina, Seguieriana, Memmiana, Thuana, Puteana, Petaviana, Collegii Parisiensis Societatis Iesu, aliisque quam plurimis privatis publicisque nostro doctorumque virorum studio reperiri potuerunt, publicam in lucem emittere decreverimus, nobisque quaedam etiamnum desint ad perfectam omnique ex parte absolutam Byzantinae historiae editionem, operae pretium visum fuit brevem consilii nostri; atque apparatus indiculum texere, neque tantum Excerptis legationum, veterum historicorum Eclogis, Theophylacti Simocattae historiarum libris octo, ac Nicephori, Constantinopolitani patriarchae, breviario Chronico, (quae omnia uno simul volumine compacta, ac variis eruditorum virorum annotationibus observationibusque de novo illustrata, modo prodeunt in publicum,) veluti galeatum quemdam Prologum praefigere, sed etiam seorsim vulgare, ac undequaque per universam maxime Europam orbemque Christianum dispergere, ut qui in dissitis a Gallia regnis remotisque provinciis habitant, neque facile res nostras conatusque rescire possunt, hoc veluti dato signo intelligant, quos ad hanc usque diem Constantinopolitanae historiae scriptores Luparaeis characteribus ediderimus, quos sub praelo habeamus, quosque propitio Numine, et aspirantibus favore suo atque humanitate bonis omnibus, emissuri deinceps simus. Agitedum, viri per orbem universum litterati litterarumque amantes ac gloriae, expromite quidquid apud vos latet ἐν κειμηλίοις, excutite pluteos bibliothecarum, angulos scrutamini, musea circumspicite, amicos familiaresque vestros monete, urgete, impellite: et si forte quid ad institutum nostrum accommodatum nacti estis, aut mittite illico, si tam propensa in vobis efflorescit humanitas ac de litteris bene merendi voluntas, aut saltem scriptis in hanc urbem litteris ad Sebastianum Cramoisy, architypographum regium et typographiae regiae curatorem, aliosve vobis notos ac familiares, consilii vestri liberalitatisque rationem significate. Hoc enim possumus polliceri, tanti beneficii benefactique memoriam, regiis typis expressam, toto orbe vulgandam, et apud posteros omnes quovis

marmore atque aere perennius duraturam. Neque enim permittemus unquam, ut ullius nomen oblivioni detur, qui laudabiles conatus nostros, totique reipublicae litterariae perhonorificos iuxta ac salutares promovere vel leviter tentaverit. Valete.

Lutetiae Parisiorum, e collegio Claromontano Societatis Iesu, Calendis Ianuariis anni aerae Christianae MDCXLVIII.

Omnium servus in Christo obsequentissimus

PHILIPPUS LABBE Soc. Iesu.

DEDICATIO EDITIONIS VENETAE

TYPOGRAPHI NOMINE CONSCRIPTA

A

IACOBO FACCIOLATO.

(Vid. I. Facciol. orat. p. 332. sq. ed Lips.)

PHILIPPO V.

HISPANIARUM REGI

CATHOLICAE RELIGIONIS ADSERTORI.

*Si quod opus litterarium est, **PHILIPPE** rex maxime, quod regiis auspiciis dignum videatur, una est historia Byzantina, quae magnitudine molis et rerum praestantia non liber, sed bibliotheca dici potest. Itaque nemo mirabitur, me, qui rem tantam aggredior, quantam ne ipsae quidem ad hunc diem typographorum societates longe ditissimae ausae sunt, conatui parem quaesisse auspicem. Sentio enimvero Regiae Maiestatis celsitudinem; sed non tam me illa deterret, quam indulgentia allicit, quae magnos reges semper comitata est. Quicumque autem ego sim, non me quidem, sed magnam hanc Scriptorum nobilissimorum catervam spectare debes; quae olim, cum primum prodiret, Ludovici Magni, avi tui, praesidio feliciter usa, nunc eo sublato, qui supra mortalitatem positus videbatur, ad Nepotem, tantarum virtutum haeredem, sua vota convertit. A Gallo porro ad Hispanum transit fortunam amplificatura, non mutatura. Tu enim is es, qui duas has florentissimas nationes gloriae contentione iamdiu certantes, et, quod consequitur, ingeniis studiisque dispares, incredibili quadam ac prope divina prudentia conciliasti; et in tot tantisque longissimi ac periculosissimi belli vicissitudinibus*

effecisti, ut nec Galli nisi de Hispanis, nec Hispani nisi de Gallis solliciti essent. Nunc rebus vel compositis, vel paene compositis, et immutabili pace firmatis, quid est reliquum, nisi ut artes ac disciplinas ad populorum tuorum felicitatem promoveas? Regno tam longe lateque fuso nunquam deerunt opes: sed, quod opes ipsas regere potest et ad humani generis usum accommodare, rectum de rebus omnibus iudicium, a litterarum studiis proficisci debet, litterarum studia a librorum et librariorum tutela. Debes hoc divinae providentiae, quae Domum Tuam supra reliquos Europae Principes pulcherrima prole fortunare voluit; ut iam non modo Hispano regno in seram posteritatem suffectura videatur, sed aliarum quoque provinciarum spem et expectationem commoveat. Non potes ingenti huic Dei opt. max. beneficio aptius respondere, quam si tu quoque, exemplo eius, mortalibus benefacias; in eoque maxime benefacias, in quo appareat, quantopere privatorum tenuitati Regia amplitudo praecellat. Ars haec nostra, Philosophiae, Theologiae, sacri civilisque Iuris totiusque Sapientiae administra, privatis opibus et consiliis stare nequit: nec vero ego tam ingens opus movere ausus essem, si de me tantummodo cogitassem. In humanarum rerum fastigia oculos mentemque conieci; et quod inprimis mihi praefulgere visum est, eo tamquam sidere, quod faustum fortunatumque esset, moliri coepi. Ades igitur homini (ut veterum Hispanorum more loquar) devoto Numini Maiestatique Tuae; industriamque meam in re tam gravi occupatam regio nomine tege, auspicio fove, praesidio sustenta.

BARTHOLOMAEUS IAVARINA,
TYPOGRAPHUS VENETUS.

ΠΕΡΙ ΠΡΕΣΒΕΩΝ

ΡΩΜΑΙΩΝ ΚΑΙ ΕΘΝΙΚΩΝ

ΠΡΟΟΙΜΙΑ.

ΠΕΡΙ ΠΡΕΣΒΕΩΝ

ΡΩΜΑΙΩΝ

ΠΡΟΣ ΕΘΝΙΚΟΥΣ.

Ὅσους ἐδέξαντο πρέσβεις βασιλέων Ῥωμαίων ἐθνικοὶ, καὶ ποίῳ σχήματι τούτους ἐδέξαντο, καὶ μεθ' ὁποίας δοχῆς.

DE LEGATIS ROMANORUM

AD GENTES.

Quos legatos Imperatorum Romanorum gentes admiserint, qua forma eos exceperint, et quae in illis admittendis observarint.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ὅσοι τῶν πάλαι ποτὲ βασιλέων τε καὶ ἰδιωτῶν μη τον νοῦν Ed. Par. 1
παρεσύρησαν ἡδοναῖς ἢ κατεμαλακίσθησαν, ἀλλὰ τὸ τῆς ψυ- Ed. Ven. 1
χῆς εὐγενὲς ἀκηλίδωτον ἀρετῇ συνετήρησαν, οὗτοι δὴ οὗτοι
καὶ πόνοις ἐνεκαρτέρησαν καὶ λόγοις ἐνησχολήθησαν, καὶ ἄλ-
λος ἄλλο τι, τῶν ὅσοι λογικώτερον ἐπεβίωσαν, παιδείας ἐρα- B
σταὶ γεγονότες σπουδαιότερόν τινα συνεγράψαντο, τοῦτο μὲν

6. λογιώτερον coni. Cantocl.

PROOEMIUM.

Quicumque olim reges aut privati mentem voluptatibus non depravarunt aut emolliverunt, sed innatam ingenii vim, nulla labe aspersam, integram virtuti reservarunt, illi, illi inquam, labores pertulerunt et arti dicendi studium et operam navaverunt, et eorum, qui litteris reliquam vitam impendebant, cum doctrinae cupidi et amantes exstitissent, accuratius quaedam alius alia conscripserunt, partim

τῆς σφῶν αὐτῶν πολυμαθίας δεῖγμα ἐναργὲς τοῖς μετέπειτα
καταλιπεῖν ἱμειρόμενοι, τοῦτο δὲ καὶ εὔκλειαν ἀείμνηστον
ἐκ τῶν ἐντυγχανόντων καρπώσασθαι μνώμενοι. ἐπεὶ δὲ ἐκ
C τῆς τῶν τοσούτων ἐτῶν περιδρομῆς ἄπλετόν τι χρῆμα καὶ
πραγμάτων ἐγίγνετο καὶ λόγων ἐπλέκετο, ἐπ᾽ ἄπειρόν τε καὶ
ἀμήχανον ἡ τῆς ἱστορίας εὐρύνετο συμπλοκή, ἔδει δὲ ἐπιῤ-
ῥεπέστερον πρὸς τὰ χείρω τὴν τῶν ἀνθρώπων προαίρεσιν
μετατίθεσθαι χρόνοις ὕστερον, καὶ ὀλιγώρως ἔχειν πρὸς τὰ
P. 2 καλά, καὶ ῥαθυμότερον διακεῖσθαι πρὸς τὴν τῶν φθασάντων
γενέσθαι κατάληψιν, κατόπιν γινομένης τῆς ἀληθοῦς ἐπιτεύ-
ξεως, ὡς ἐντεῦθεν ἀδηλίᾳ σκιάζεσθαι τὴν τῆς ἱστορίας ἐφεύ-
ρεσιν, πῇ μὲν σπάνει βίβλων ἐπωφελῶν, πῇ δὲ πρὸς τὴν ἐκ-
τάδην πολυλογίαν δειμαινόντων καὶ κατοῤῥωδούντων· ὁ τῆς
πορφύρας ἀπόγονος Κωνσταντῖνος, ὁ ὀρθοδοξότατος καὶ χρι-
B στιανικώτατος τῶν πώποτε βεβασιλευκότων, ὀξυωπέστερον
πρὸς τὴν τῶν καλῶν κατανόησιν διακείμενος καὶ δραστήριον
ἐσχηκὼς νοῦν, ἔκρινε βέλτιστον εἶναι καὶ κοινωφελές, τῷ τε
βίῳ ὀνησιφόρον, πρότερον μὲν ζητητικῇ διεγέρσει βίβλους
ἄλλοθεν ἄλλας ἐξ ἁπάσης ἑκασταχοῦ οἰκουμένης συλλέξασθαι,
C παντοδαπῆς καὶ πολυειδοῦς ἐπιστήμης ἐγκύμονας· ἔπειτα τὸ
τῆς πλατυεπείας μέγεθος καὶ ἀκοὰς ἀποκναῖον, ἄλλως τε καὶ
ὀχληρὸν καὶ φορτικὸν φαινόμενον τοῖς πολλοῖς, δεῖν ῥῆθη

18. διηγήσει Par.

suae variae et multiplicis eruditionis illustre monumentum posteris relinquere cupientes, partim ut inter suos aequales nominis celebritatem adepti, immortali gloria fruerentur. Postquam vero in tam longo annorum decursu infinitae res et evenerunt et litteris sunt comprehensae, in immensum quoque historiae textura, ut minime comprehendi posset, est extensa et dilatata. Sed posterioribus saeculis in peius hominum naturam proclivius mutari necesse erat. Itaque cum honestum nihili ducerent, postposita veritatis commentatione, negligentiores fuisse oportuit, quam ut res praeclare gestas scriptis comprehenderent. Unde factum est modo librorum utilium penuria, modo propterea quod prolixam et ingentem scriptorum molem homines horrerent et aversarentur, ut historiae investigatio, quoniam vaga et incerta erat, in tenebris iaceret. Quamobrem Constantinus Porphyrogenitus, princeps omnium, qui ante se imperium tenuerunt, Christianissimus et maxime orthodoxus, cum accuratius in rerum honestarum cognitionem incumberet, vir prompto et acri ingenio, optimum esse iudicavit et ex utilitate publica, vitae etiam humanae fructuosum et commodum, primum quidem diligenti perquisitione alios aliunde libros omnis generis scientia refertos per universum terrarum orbem colligere. Deinde cum immensa et confusa verborum congeries, quae auditum fatigabat, multis gravis et

κατμερίσαι τοῦτο εἰς λεπτομέρειαν, ἀνεπιφθόνως τε προθεῖναι κοινῇ τὴν ἐκ τούτων ἀναφυομένην ὠφέλειαν· ὡς ἐκ μὲν τῆς ἐκλογῆς προσεκτικωτέρως καὶ ἐνδελεχέστερον κατεντυγχάνειν εἰς τοὺς τροφίμους τῶν λόγων, καὶ μονιμώτερον D *ἐντυπωῦσθαι τούτοις τὴν τῶν λόγων εὐφράδειαν· μεγαλο-* V.2 *φυῶς τε καὶ εὐεπηβόλως πρὸς [ἐπὶ] τούτοις καταμερίσαι εἰς ὑποθέσεις διαφόρους, τρεῖς ἐπὶ τοῖς πεντήκοντα τὸν ἀριθμὸν οὔσας· ἐν αἷς καὶ ὑφ' αἷς ἅπασα ἱστορικὴ μεγαλουργία συγκλείεται, κοὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐγκειμένων, ὃ διαφεύ-* P.3 *ξεται τὴν τοιαύτην τῶν ὑποθέσεων ἀπαρίθμησιν, οὐδὲν τὸ παράπαν ἀφαιρουμένης τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίας τῇ διαιρέσει τῶν ἐννοιῶν, ἀλλὰ σύστωμον σωζούσης καὶ ἑκάστῃ ὑποθέσει προσαρμοζομένης τῆς τηλικαύτης οὐ συνόψεως, ἀληθέστερον δ' εἰπεῖν οἰκειώσεως. ὧν κεφαλαιωδῶν ὑποθέσεων ἡ προκειμένη αὕτη καὶ ἐπιγραφομένη „περὶ πρέσβεων Ῥω-* B *μαίων πρὸς Ἐθνικοὺς" τυγχάνει οὖσα ἑβδόμη ἐπὶ τοῖς εἴκοσι, τῆς πρώτης τὸ ἐπώνυμον λαχούσης „περὶ βασιλέων ἀναγορεύσεως." ἐμφαίνει δὲ τουτὶ τὸ προοίμιον, τίνας οἱ λόγοι πατέρας κέκτηνται καὶ ὅθεν ἀποκυΐσκονται, ὡς ἂν μὴ ὦσιν αἱ κεφαλαιώδεις ὑποθέσεις ἀκατονόμαστοι καὶ μὴ γνήσιοι, ἀλλὰ νόθοι* C *τε καὶ ψευδώνυμοι. εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν. α', Πέτρου πατρικίου καὶ μαγίστρου. β', Γεωργίου Μοναχοῦ*

6. *ἐπὶ* incl. H. 16. *ἐθνῶν πρὸς Ῥωμαίους* Hoeschelii mg.

molesta videretur, existimavit oportere historiae commentarios in breviores partes contrahere, et sine ulla invidia in commune percipiendam eam, quae ex his libris oritur, utilitatem proponere. Ad haec, ut ex hac collectione attentius et facilius praestantissimi loci inveniri iisque elegantia orationis subtilius excoli posset, ingeniose et sollerter eos in varia argumenta digerenda esse censebat, in quinquaginta nempe et tria, quibus tota historiae moles continetur. Neque ulla materia est, quae effugiat harum classium et hypotheseon dispositionem. Neque omnino ista per communes notiones et locos facta distinctio quicquam de perpetuo operis tenore et continuatione detrahit: sed integram eam conservat et suo quodque argumento attribuit haec non tam dividendi, quam in propriam sedem redigendi ratio. Inter istorum locorum communium et hypotheseon capitula caput inscriptum „de legatis Romanorum ad ethnicos" erat ordine vicesimum septimum; primum vero de Imperatorum proclamatione. Declarat autem hoc prooemium, quos patres et auctores hi sermones habeant et laudent, et unde isti partus editi in lucem prodierint, ne sint ulla capita istarum hypothesium, nullo citato auctore, non genuina, sed fictitia et supposititia. Sunt vero desumpta ex his chronicis, quae subiiciuntur. I. ex Petro Pa-

χρονικῆς. γ', Ἰωάννου Ἀντιοχέως. δ', Διονυσίου Ἁλικαρνασσέως Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. ε', ς', Πολυβίου Μεγαλοπολίτου καὶ Ἀππιανοῦ. ζ', Ζωσίμου Ἀσκαλωνίτου. η', Ἰωσήπου Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας. θ', Διοδώρου Σικελιώτου. ι', Δίωνος Κοκ-
D κιανοῦ. ια', Προκοπίου Καισαρέως. ιβ', Πρίσκου ῥήτορος. ιγ', Μάλχου σοφιστοῦ. ιδ', Μενάνδρου προτίκτορος. ιε', Θεοφυλάκτου ἀπ' ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφέως τοῦ Σιμοκάττου.

ΠΩΣ ΔΕΙ ΠΡΕΣΒΕΥΕΣΘΑΙ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΕΥΕΙΝ.

P. 4 Πρέσβεις ἢ παρ' ἡμῶν ἢ πρὸς ἡμᾶς ἀποστέλλονται. ἐὰν
V. 3 μὲν οὖν πρὸς ἡμᾶς ἀποστέλλωνται, χρὴ φιλοτίμως τε καὶ δαψιλῶς τούτους ὑποδέχεσθαι, (καὶ γὰρ τιμῶσι πάντες αὐτούς,) τοὺς δὲ ὑπηρετοῦντας αὐτοῖς δι' ἀσφαλείας ἔχειν εἰς τὸ μηδενότι διδάσκειν ἐπερωτωμένους αὐτούς. κἂν μὲν τῶν λίαν ἀφεστηκότων οἱ πρέσβεις εἶεν, ὥστε μεταξὺ ἐκείνων τε καὶ ἡμῶν εἶναί τινα τῶν ἐθνῶν, ἐμφανίζειν αὐτοῖς τῶν ἡμε-
B τέρων ὁπόσα καὶ οἷα βουλόμεθα. ὁμοίως δὲ εἰ καὶ πλησιό-

13. μηδενότι N., μηδενί τι vulg.

tricio et magistro; II. ex chronico Georgii monachi; III. ex Ioanne Antiocheno; IV. ex Dionysio Halicarnassensi de Antiquitatibus Romanis; V. et VI. ex Polybio Megalopolitano et Appiano; VII. ex Zosimo Ascalonita; VIII. ex Iosepho de Antiquitate Iudaica; IX. ex Diodoro Siculo; X. ex Dione Cocceiano; XI. ex Procopio Caesariensi; XII. ex Prisco Rhetore; XIII. ex Malcho Sophista; XIV. ex Menandro Protectore; XV. ex Theophylacto Exconsule et contrascriba Simocatta.

QUOMODO OPORTET LEGATOS ADMITTERE AUT LEGATOS MITTERE.

Legati aut a nobis, aut ad nos mittuntur. Quando igitur ad nos mittuntur, oportet eos honorifice et liberaliter excipere. Omnes enim ipsos honorant. Cum eorum ministris tute cauteque agere, ne quid ab ullo interrogantes discant. Et si gentium longo a nobis intervallo distantium legati sint, ita ut inter nos et ipsos sint aliae gentes, his nostrorum quae et qualia videbitur, ostendere licet. Idem quoque de his, qui uobis vicini sunt, modo viribus et potentia sint inferiores. Sin autem longe nobis praestant sive multitudine homi-

χωροι μὲν ἡμῶν καθεστήκεσαν, ἐνδεῶς δὲ πρὸς τὴν ἡμετέραν ἔχουσι δύναμιν. εἰ δὲ κατὰ πολὺ ἡμῶν διενηνόχασιν, εἴτε πλήθει στρατοῦ, εἴτε ἀνδρείᾳ, χρὴ μήτε πλοῦτον, μήτε γυναικῶν κάλλη ἐμφανίζειν αὐτοῖς, πλήθη δὲ ἀνδρῶν καὶ ὅπλων εὐκοσμίαν καὶ τειχῶν ὑψώματα. εἰ δὲ παρ' ἡμῶν πρέσβεις ἀποστέλλονται, χρὴ τούτους πρῶτον μὲν εὐσεβείᾳ γνωρίζεσθαι, καὶ μὴ ἐπ' ἐγκλήμασι κατηγορηθέντας ποτὲ δημοσίᾳ κατακριθῆναι, εἶναι δὲ φρονίμους τὴν φύσιν, εὔνους τὰ C κοινά, ὥς καὶ προκινδυνεύειν τῶν ἰδίων, καθάπερ Ῥήγουλος, καὶ τὴν ἀποστολὴν προθύμους, ἀλλ' οὐ βεβιασμένους, καθάπερ ὁ Αἰγύπτιος ἰατρός. ὧν ὁ μὲν παρὰ Καρχηδονίοις δέσμιος ὢν καὶ πρὸς Ῥωμαίους περὶ εἰρήνης πρεσβεύσων ἀπεσταλμένος, ὄμνυσιν ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτούς, τῶν Ῥωμαίων τὴν εἰρήνην οὐ καταδεχομένων· ἐπεὶ δὲ εἰς Ῥωμαίους ἀφίκετο, ἀπαγορεύει μὲν Ῥωμαίοις τὴν εἰρήνην ἀσύμφορον αὐτοῖς οὖσαν, πείθει δὲ αὐτοὺς ἐπανελθεῖν αὐτὸν πρὸς Καρχη- D δονίους, τῷ ὅρκῳ φειδόμενος· ὁ δὲ κατὰ τοῦ βασιλέως τῆς Αἰγύπτου τὸν Πέρσην κινήσας τὰ Αἰγυπτίων διόλωλε. χρὴ δὲ τοὺς πρέσβεις παραγενομένους πρὸς οὓς ἀποστέλλονται, φαίνεσθαι ἐπιχαρεῖς, μεγαλοψύχους, εὐεργετικοὺς τὰ εἰς δύναμιν, ἄμφω, τά τε οἰκεῖα, τά τε τῶν πολεμίων, ἐν ἐπαίνῳ ποιουμένους, ἀλλὰ μὴ τὰ ἐκείνων ἐνδιαβάλλοντας. οἰκονομεῖν δὲ δεῖ τοὺς πρέσβεις, καὶ τοῖς καιροῖς ἐπακολουθεῖν,

9. Ῥήγουλος H., Ῥιβοῦλος cod. 18. Fort. διολώλεκεν.

num, sive virtute: non oportet illis ostentare, neque opes, neque nostrarum mulierum pulcritudinem: sed hominum abundantiam et armorum pulcre constitutum apparatum et murorum propugnacula. Si a nobis legati mittuntur, oportet viros esse probos, pietate insignes, neque publicorum iudiciorum crimine damnatos, prudentes indole, qui caram remp. habeant, ut pro ea capitis fortunarumqne suarum periculum adire non recusent, sicut Regulus: qui prompto animo legationem obeant, non inviti, sicut Aegyptius medicus. Horum primus apud Carthaginienses captivus et ad Romanos legatus pro pace missus, iuravit se reversurum, si Romani pacem nollent. Ubi ad Romanos venit, pacem dehortatur tanquam eorum commodis contrariam, et iuramento servato suadet, ut se ad Carthaginienses remittant. Alter vero cum Persarum regem in Aegypti regem concitaret, res Aegyptiorum pessumdedit. Oportet autem legatos, ubi ad eos, ad quos mittuntur, venerint, sese humanos et benignos exhibere, magnanimos et liberales, quantum eorum facultates ferre possunt, aeque sua et hostium laudare, neque eorum, apud quos legati sunt, res parvi pendere. Oportet etiam legatos res cum summa moderatione administrare et temporibus servire, neque vi imperata

ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης πράττειν τὰ κελευόμενα, εἰ μή τι πρᾶ-
ξαι πᾶσι τρόποις παρεκελεύσθησαν. οἷον ἀπεστάλη τις ὡς φί-
P 5 λοις δῶρα τοῖς γείτοσιν ἐπικομιζόμενος· ὁ δὲ τούτους κατα-
λαβὼν τὰ τῶν ἐχθρῶν πράττοντας τὰ μὲν δῶρα σὺν τῷ
γράμματι παρακατέσχε, λόγους δὲ φιλίας ἀντὶ δώρων ἐπε-
κομίσατο. ἐρεῖ γάρ τις εἰκότως, ὡς ἐχρῆν μᾶλλον ἐπιδοῦναι
τὰ δῶρα, καθημεροῦντα τῶν πολεμίων τὸ ἄγριον· ἢ τὰ
μὲν τιμιώτερα παρακατασχεῖν, τὰ δὲ ἄλλα ἐπιδοῦναι, ἀλλὰ
μὴ πάντα κρατεῖν, ὡς μήτε τοὺς ἐχθροὺς πλουτεῖν ἐθέλειν,
καὶ τὸ πολὺ τῆς ἔχθρας ὑποτέμνειν τῶν πολεμίων. δοκιμά-
ζεται δὲ πρέσβυς καὶ πρὸ τῆς ἀποστολῆς, ὑποτιθεμένων αὐ-
τῷ τῶν κεφαλαίων, καὶ ἐρωτώμενος, ὅπως περὶ ἑκάστου αὐ-
τῶν οἰκονομήσειεν, οὕτως ἢ ἑτέρως αὐτῷ τῶν πραγμάτων
ἐπισυμβαινόντων.

perficere, nisi forte quibusvis modis ad finem pervenire iussi sint. Ut videlicet, est aliquis missus ad dona ferenda vicinis, tanquam amicis, et eos deprehendit hostilia facientes: munera cum litteris retinuit, sermones benevolos pro donis protulit. Dicet aliquis, neque id immerito, oportuisse legatum magis dona tradere, quibus inimicorum hostilem animum placaret et leniret: vel pretiosiora quidem retinere, alia vero dare, sed non omnia in sua potestate penes se retinere debuisse, eum hoc temperamento, ut velit quidem hostium malevolentiam compescere et resecare, sed non eos auctiores et validiores opibus reddere. Probatur vero legatus, antequam mittatur, si illi proponantur capita legationis et interrogetur, quomodo singula sit gesturus, an ita, an aliter, prout res illi acciderint.

ΔΕΞΙΠΠΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

ΔΕΞΙΠΠΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ
ΕΚ ΤΩΝ ΣΚΥΘΙΚΩΝ.
ΕΚΛΟΓΑΙ ΠΕΡΙ ΠΡΕΣΒΕΩΝ ΕΘΝΩΝ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ.

E LIBRIS

DEXIPPI ATHENIENSIS
DE BELLIS SCYTHICIS.
EXCERPTA DE LEGATIONIBUS GENTIUM AD ROMANOS.

ARGUMENTUM.

Legati Iuthungorum Scytharum ab Aureliano Imperatore foedus et tributum petentes infecta re revertuntur (1). *Pax et foedus cum Vandalis componitur* (2).

α΄. Ὅτι Αὐρηλιανὸς κατὰ κράτος νικήσας τοὺς Ἰου- A. C. 270
θούγγους Σκύθας, καὶ κατὰ τὴν τοῦ Ἴστρου περαίωσιν ἐς Aurel. I. 1
τὴν ἀποφυγὴν πολλοὺς τούτων ἀνελὼν, οἱ λειπόμενοι ἐς σπον- P. 7 V. 5
δὰς ἦχον καὶ πρεσβείαν ἐστείλαντο. τὴν δὲ αἴτησιν τῆς εἰρήνης ἐδόκει μὴ σὺν τῷ ἄγαν περιδεεῖ καὶ καταπεπληγότι ἐκ τῆς ἥττης ποιεῖσθαι, ὡς ἂν ὑπάρχοι σφισὶ καὶ τῶν πρόσθεν φοιτώντων χρημάτων παρὰ Ῥωμαίων ἡ ἀποδοχὴ, μὴ ἐς τὸ ἀδεὲς πάντῃ τῶν ἐναντίων καθισταμένων. ὁ δὲ Ῥωμαίων

2. περαίωσιν N., περαιώσας vulg. 3. ἀνελὼν H., ἀνελθὼν vulg. 5. ἐδόκουν H.

1. Imperator Aurelianus, quum Iuthungos Scythas acie devicisset, et multos eorum in ipso Istri traiectu fugientes interemisset, reliqui bellum foedere finire voluerunt, et legatos miserunt. Neque tamen cum nimio timore nimiaque perturbatione, quasi clade sua perculsis pacem sibi petendam esse ducebant, ne tributo, quod antea Romani penderant, hostibus ab omni metu solutis, in posterum privarentur. Sed Romanorum Imperator Aurelianus, ut Iuthungo-

A. C. 270 βασιλεὺς Αὐρηλιανὸς ὡς ἐπύθετο ἀφιγμένην τὴν Ἰουθούγγων
Aurel. I. 1 πρεσβείαν, ἐς τὴν ὑστεραίαν φήσας χρηματιεῖν περὶ ὧν ἥ-
P. 8 κουσι, διέταττε τοὺς στρατιώτας ὡς ἐς μάχην, ἐκπλήξεως
εἵνεκα τῶν ἐναντίων. ἐπεὶ δὲ καλῶς εἶχεν αὐτῷ ἡ διακό-
σμησις, ἐπὶ ὑψηλοῦ βήματος μετέωρος βέβηκε, καὶ ἁλουργίδα
ἀμπέχων, τὴν πᾶσαν τάξιν ἐποίει ἀμφ' αὐτὸν μηνοειδῆ. πα-
ρεστήσαντο δὲ καὶ τῶν ἐν τέλει ὅσοι ἀρχάς τινας ἐπιτετραμ-
μένοι, σύμπαντες ἐφ' ἵππων. κατόπιν δὲ βασιλέως τὰ σή-
ματα ἦν τῆς ἐπιλέκτου στρατιᾶς. τὰ δέ εἰσιν ἀετοὶ χρυσοῖ
καὶ εἰκόνες βασίλειοι καὶ στρατοπέδων κατάλογοι γράμμασι
χρυσοῖς δηλούμενοι· ἃ δὴ σύμπαντα ἀνατεταμένα προὐφαίνε-
B το ἐπὶ ξυστῶν ἠργυρωμένων. ἐπὶ δὲ τούτοις ὧδε διακοσμη-
θεῖσιν Ἰουθούγγους ἠξίου [παρελθεῖν]. τοὺς δὲ συνέβη θαμ-
βήσασθαι ἰδόντας καὶ ἐπὶ πολὺ σιγῇ ἔχειν. ἐπεὶ δέ σφισιν
ἐκ τοῦ βασιλέως ἀπεδόθη λέγειν, διά τινος ἑρμηνέως ἔλεξαν
V. 6 τοιάδε· „οὔτε τῇ ἐπὶ καιροῦ συμβάσῃ κακοπραγίᾳ ἡμῶν πα-
ρὰ τὸ εἰκὸς καταπεπληγότες, οὔτε δυνάμεως ἐνδεῶς ἔχοντες
ἢ καὶ πολέμων ἄπειροι καθεστηκότες, ἀσθενείας εὐπρεπείᾳ
κατὰ τὸ ἡμῖν αὐτοῖς μόνοις συμφέρον ἐς τὴν εἰρήνην σπεύ-
δομεν· ἀλλὰ περίεστι μὲν ἡμῖν τοσοῦτον τῆς ἐν τοῖς πολέ-

1. ἐπύθετο] ἐπείθετο vulg. 4. τῶν N., τούτων vulg. 6. ἀμφ' αὐτὸν H., ἄμφαυσον ed. H., ἄμφαυσιον ed. Par. 8. ἀφ' cod. Vat. 13. παρελθεῖν add. N. θαμβήσασθαι N., θαμβήσεσθαι vulg. 16. τῇ — συμβάσῃ κακοπραγίᾳ Vat., τῆς — συμβάσης κακοπραγίας vulg. 19. ἡμῖν ed. Par., ὑμῖν ed. H. σπεύδομεν Vat., κατασπεύδομεν vulg.

rum legatos advenisse intellexit, cum dixisset, se cum his postridie acturum de his, quorum causa legati venerant, huiusmodi hostibus terroris iniciendi gratia militum aciem condicta die tanquam ad pugnam instruxit. Ut illi recte se habere visa est exercitus dispositio, altum suggestum sublimis, purpura indutus, ascendit, et omnem exercitum, qui ipsum circumstabat, in formam lunae disposuit. Aderant et ex his, qui in exercitu imperia habuerant, omnes ab equis. A tergo Imperatoris erant signa coadunati exercitus. Haec vero erant aquilae aureae et imagines Imperatorum, et eorum, qui militiae nomina dederant, catalogi et enumerationes, aureis litteris perscriptae. Quae omnia explicata et illustri loco posita in hastis argenteis conspiciena erant. His ita praeparatis Iuthungos iussit adesse. Ut haec viderunt, obstupefacti longo tempore silentium tenuerunt. Postquam ab Imperatore illis dicendi facultas data est, ita per interpretem locuti sunt: „Neque quia adversa fortuna, quae nobis hoc tempore contigit, ultra modum animos nostros abiecit et perculit, aut quia destituti copiis et viribus sumus, aut rei militaris imperiti, infirmitatem nostram honesto praetexto tegentes neque quidquam nisi utilitatem nostram spectantes, ad pacem festinamus. Sed

μοις περιουσίας πλήθους εἵνεκα καὶ ἰσχύος, ὥστε μέρει ἐλα- A. C. 270 χίστῳ τὰς πρὸς Ἴστρῳ πόλεις ἐπελθόντες Ἰταλίαν μικροῦ Aurel. I. 1 C πᾶσαν κατειλήφαμεν, ἱππικῷ μὲν στρατεύσαντες ἐς μυριάδας δ', καὶ τούτων οὐ μιγάδων οὐδὲ ἀσθενῶν, ἀλλὰ Ἰουθούγγων καθαρῶς, ὧν πολὺς ἐφ' ἱππομαχίᾳ λόγος. ἀσπίδα δὲ ἄγομεν διπλασίαν δυνάμεως τῆς ἱππικῆς, οὐδ' ἐν τούτοις ταῖς ἑτέρων ἐπιμιξίαις ἐπισκιάζοντες τοῦ σφετέρου στρατοῦ τὸ ἀνανταγώνιστον. ἔχοντες δὲ καὶ οὕτω παρασκευῆς διακρίνεσθαι, οὐ διαγινώσκομεν ἐς ἀντιλογίαν ἥκειν τῆς συμφορᾶς πέρι. οὐ διὰ τὸ μὴ κατὰ κράτος νενικῆσθαι, κατὰ δὲ τὸ ἄδηλον τοῦ ἐκβησομένου εἰρήνην πολέμου προτιμῶμεν, εἰ- D κάζοντες καὶ ὑμῖν ὡς γένοιτ' ἂν διὰ γνώμης πρὸς Ἰουθούγγους εὖ παρασχὸν τῆς πρόσθεν διαφορᾶς συμβῆναι, οἷα δὴ ὑπούσης καὶ παλαιᾶς ἀμφοῖν τοῖν γενοῖν πρὸς ἄλληλα πίστεως ἐς τὸ ἡσυχάζειν, δι' ἣν χρὴ τὴν ἐπὶ καιροῦ διαφορὰν ἀπερίσκεπτον ἐν τῷ παρόντι καταλύσαντας πρὸς τὸ παλαίτερον καὶ λυσιτελοῦν μετατίθεσθαι ἑκατέροις. ἔν τε τῷ πολέμῳ οὐκ ἐπὶ πλεῖστον ταῖς καταδρομαῖς ληϊζόμενοι, ἀλλ' ὅσον ἐς ἀφορμὴν τῶν ἐπιτηδείων ἀγαπῶντες τὴν ἄθροισιν, μέχρι τῆς γενομένης μάχης ἡσυχίᾳ τὸν καιρὸν διετρίβομεν, ὡς τοῖς P. 9 ἐπιοῦσιν ὑμῖν σὺν τῇ ὑμετέρᾳ δυνάμει τὸ καθ' αὐτοὺς ἀντιτάξαντες. ὃ δὴ καὶ νῦν ποιεῖν παρεσκευάσμεθα· καὶ τό,

1. πλήθους H. mg., πλείθη edd. 5. ἱππομαχίῳ Vat. 7. ἀνανταγώνιστον] ἀνταγώνιστον vulg. 21. F. ἀντιτάξοντες. N.

ι'. Ὅτι ἐν τοῖς . . πολέμοις τὸ μὲν χρηστὸν ἑτέρων, R. 323 τὸ δὲ δυσχερὲς ἴδιον . . διακινδυνεύοι . . γίνεται. ἄμεινον δὴ . . ὑπερφρονήσαντας ἐκδέξασθαι . . πεῖραν. εἰ δέ τις θράσει ἀλογίστῳ . . ναι πρὸς πόλεμον ἡγεῖται, εἰ τὴν Ἀλεξάνδρου . . φορὰν . . σκεψάσθω τὸ . . πεῖραν φοβερόν. καὶ τὴν . . παρασκευάζει . . δοκεῖ καὶ ὁ ἐπι . . το διαφερόντως . . κινδύνους εὔτολμος . . τι προμηθὲς μαλακίαν ἡγοῦντο · τὸ δὲ . . ὄντος καὶ ἡ δόξα . . πρὸς μὴ βουλόμενον ἐκ . . καὶ τὸν τοῦ ἐπικινδυν . . καὶ ἐκ τοῦ δὲ . . διότι οὗτος . . ῥώμη καὶ παρασκευῇ . . τῆς αὐτῶν ἐλευθερώσεως μείζονα ἀνθρωπίνης ἐλπίδος ἐννοήσαντες πρᾶξαι ἐπεχείρησαν. ἀρετῇ γὰρ καὶ παρασκευῇ τῆς Μακεδόνων δυνάμεως ἀναμφιλόγως πάντας ἀνθρώπους ὑπερβαλλούσης, οἱ δὲ, καίπερ ἀῤῥωστίᾳ τῇ οἰκείᾳ οὐδὲ τῶν πολεμίων τοῖς προσοίκοις ἀξιόμαχοι νομιζόμενοι, προθυμίᾳ τῇ σφετέρᾳ καὶ πόθῳ τῆς παλαιᾶς εὐπραξίας ἐς τὸ ἀν τοῖς Μακεδόσι κατὰ παρασκευὴν ὡρμήθησαν . . χρὴ δὲ . . μὲν προπαθόντας καὶ ὡς ἀπὸ τῆς ὁμοίου ἀ . . τοῖς . . νήσους καὶ δωρεὰς ἐοικυίας ἀντιδι-

2 ἔνεγκαν ed. 3. τὴν B., τὸ ed. 5. κἂν N., καὶ ed. 11. τοῖς [πλείστοις] πολέμοις B. 12. ἴδιον [τῶν] διακινδυνευόν[των] γ. B. 14. . . ναι] ἰέναι B. εἰ] εἰς B. 15. φορὰν] συμφορὰν B. 20. [ὑπὲρ] τῆς N. 24. ἀῤῥωστίᾳ τῇ οἰκείᾳ et infra ἀξιόμαχοι cod. iterum inspectus, ἀργῶς τισι τῇ οἰκεῖον et ἄξιον ἄχρι ed. 26. ἀν τοῖς] ἀντιστῆναι coni. N.

sit utile, ratiocinando cognoscit, contrarium autem praevisum vitat. Subitanea atque inconsiderata incepta celerem poenitentiam provocant. Eloquentiae vis, si spei alicui vel cupiditati sit obnoxia, e vestigio quidem persuadere videtur, re vero ipsa non prodest. Pax bono consilio eget, multo vero magis bellum: in quo si quis verum providerit, rarissime aut numquam offendit: qui secus facit, contraria plerumque sorte utitur. Hortor autem . . . . . .

δόναι καὶ ὑπο . . αὖθις ζήλῳ τῶν προσγενομένων ἐφεδρεύειν ἐν τῷ εὖ ποιεῖν.

ια'. Ὅτι πιστοῦται εὔνοια συμμάχων, μάλιστα δὲ τοὺς προϋπάρξαντας χάριτος· ἧς κα . . τοὺς τὴν μετουσίαν ἥξειν . . τῶν ὁμοίων ἐπὶ τὰς εὐεργεσίας τρέπονται· χρεῶσται . . τοῖς ἐπαγγελθεῖσι παρ' ἡμῶν ἤδη τιθέμενοι . . μὴ συναινεῖν καὶ πρεσβευομένοις παρὰ τοὺς βασιλεῖς σπουδῇ πάσῃ συν . . ἡμῶν καὶ τῶν . . ελλει . . τὰ δὲ πλήθη ὡς τῶν τοῦτον . . πρέσβεων βουλομένοις τὴν εὐθὺς ἡκίστους ὄντες . . ἐφ' ἑαυτὸν . .

ιβ'. Ὅτι οἱ δει . . συγχωρήσεως οὐ δεῖται . . σφετερωθέντες εἶ δοξάζετε . . τὸ αὐτὸ πεῖραν . . ἑτοίμως . . σοὶ δὲ γνώριμον . . ὃς ἐπιτάττομεν . . ὡς αὐτῶν πραγμάτων συμφορ . . κάλλιστα . . καιροῦ τυχοῦσιν καὶ εἰ . . σὺν μὲν τῷ . . τούτου βλαβερᾶς . . ἐπ' ἀμφοτέροις καὶ σὺν τῷ δικαίῳ καὶ ἅμα συμφέροντι . . ἀσφάλειαν βεβαίως ὄντες· πολέμου δὲ παρασκευὴ φυλακὴ εἰρήνης βεβαιοτάτη· τὰ γὰρ . . μέχρι τούτου οὐκ ἂν . . δὲν πράξειν.

ιγ'. Ὅτι . . οἱ κρατήσαντες ἡττηθῆναι . . .

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ ΔΙΑΦΟΡΑ.

R. 322 Δέξιππος· τῶν δέ τινων τοῖς Ὑπερίδου λόγοις ἐπιμᾶλλον ἀχθέντων. *Suidas voc.* ἐπιμᾶλλον.

R. 340 Ὁ δὲ ἵππος αὐτῷ ἤσκητο ἄρα καὶ ἄνευ ἡνίας ἐλαυνόμενός τε ὠκύτατα φέρεσθαι, καὶ βάδην προϊόντος πρᾳότατα ἵστασθαι, καὶ ἐκκλίνοντος, ὅπως περιοίσεται καὶ κυκλώσεται, εὐκαμπέστατα ἐπιστρέφειν. *Idem voc.* ἵππος.

Παραπολὺ ἀπελείποντο τοῦ πείθεσθαι τοῖς εἰσηγουμένοις ἡσυχίαν αἱρεῖσθαι. *Idem voc.* παραπολύ.

4. χάριτος N., χάρις ed. 7. βασιλεῖς] Intell. Aridaeum eum collega.

EIUSDEM FRAGMENTA VARIA.

Dexippus ait: Quum autem nonnulli Hyperidis verbis magis offensi fuissent.

Eius equus ita institutus erat, ut et sine habenis velocissime ferretur, et illo pedetemptim incedente, placidissime staret, et declinante ut locum aliquem circumiret, agillime se converteret.

Multum aberat, ut iis, qui pacem suadebant, obtemperarent.

Ἦν δὲ τοῦ καθηγουμένου πρὸς πᾶν τὸ ἀπαγγελλόμενον ἔκπληξις· ὑπὸ γὰρ ἐμφύτου δειλίας καὶ ἀπειρίας τῶν πολεμικῶν ἀναπεπταμένοις μὲν τοῖς ὠσί, τεθορυβημένοις δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς, πατασσούσῃ δὲ τῇ καρδίᾳ, ἀεί τι ἀκούσεσθαι ἐλπίζων, τοῖς ἀρχομένοις κατάδηλος ἦν ὡς φυγῇ χρήσεται. Idem voc. πατασσούσῃ.

Ἀπὸ δὴ τούτων πάντων ἀναπειθόμενος τῶν πλεονεκτημάτων, πάντα τὸν ἀνθιστάμενον τιθεὶς ἐν δευτέρῳ, εὐθαρσῶς ἐπῄει· συνηνεχθήτην δὴ ἄμφω ἀλλήλοιν. Idem voc. ἀπὸ δὴ et εὐθαρσῶς.

Καὶ ὡς ἐν τῷ παραχρῆμα ὥρμηντό τε ἐξιέναι καὶ ψηφίσματι τὴν στρατείαν ἐκύρωσαν, ὥρμητό τε πᾶς ἐς τὴν ἐπιχείρησιν. Idem voc. παραχρῆμα.

Δέξιππός φησιν, ὅτι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν αἴτιον αὐξηθῆναι τὸ φιλόμαχον ἐθνῶν καὶ τὸ εὐσύντακτον τῆς δυνάμεως. πάντες γὰρ οἱ πρὸς ἑσπέραν θυμικώτεροί εἰσι τῶν ἐπὶ θάτερα κατοικούντων. περιττεύει δὲ Ῥωμαίοις τὸ τεταγμένον ἐν τῷ ἔργῳ τεχνικόν, ᾧ καὶ Γαλατῶν ἐπεκράτουν, καὶ ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ὁμόρους πολέμοις τριβέντες καὶ περιόντες τῶν βαρβάρων τῇ συντάξει, τῶν Ἑλλήνων φύσει καὶ ἀνδρείᾳ [περιῆσαν]. Idem voc. Ῥωμαίων ἀρχή.

Σεμνὸν γὰρ αὐτὸν ἀπέφαινε τά τε ἄλλα καὶ ὅτι οἱ εὖ ὁ πατὴρ στρατηγήσειε. Idem voc. σεμνόν.

15. *ἐθνῶν*] *ἔθνους* coni. N. 20. *περιῆσαν* add. N.

Dux vero ad quemvis nuntium, qui afferebatur, animo expavescebat. Quum enim ob insitam timiditatem et rerum bellicarum imperitiam arrectis esset auribus oculisque attonitis et corde palpitante, quasi identidem novi aliquid auditurus; milites, quibus praeerat, manifeste inde coniiciebant, eum fugam animo meditari.

His igitur rebus omnibus, quibus inter ceteros praestare se sentiebat, adductus, omnesque adversarios impares sibi iudicans, fidenti animo eum adortus est. Ambo igitur in mutuum certamen ruerunt.

Quum autem subito impetum cepissent ad bellum proficiscendi, et expeditionem illam publice decrevissent, et quilibet ad rem aggrediendam cupide se compararet.

Dexippus ait, causam, quare imperium Romanorum adeo fuerit auctum, fuisse bellicam fortitudinem gentis et disciplinam militarem. Omnes enim occidentales sunt animosiores iis, qui ex altera parte habitant. Sed Romani et ordine et arte in bellis excellunt, qua etiam Gallos vicerunt; et in bellis contra finitimos exercitati, barbaros quidem sollertia, Graecos vero natura et fortitudine superarunt.

Auctoritatem ei conciliabant cum alia, tum etiam illud, quod pater eius laudabiliter exercitum duxisset.

R. 341 *Σουκχαῖοι ἔθνος Μαυρούσιον, ὡς Δέξιππος χρονικῶν δεκάτῳ. Stephanus Byz. voc. Σουκχαῖοι.*

Ἕλουροι Σκυθικὸν ἔθνος, περὶ ὧν Δέξιππος ἐν χρονικῶν ιβ΄. Idem voc. Ἕλουροι, nec non Etym. M.

Δέξιππος ἐν χρονικῷ δεκάτῳ γράφει οὕτω· καὶ Μακεδόνων Ἐπίδαμνον ἐς ὕστερον Δυῤῥάχιον μετονομασθεῖσαν, πόλιν τῆς Μακεδονίας μεγάλην καὶ εὐδαιμονοῦντα, κατὰ κράτος αἱροῦσιν. Porphyrogenitus them. II. 9.

8. *αἴρουσιν* ed.

Succhaei populus Maurus, ut Dexippus ait chronicorum libro decimo.
Heluri, gens Scythica, de quibus Dexippus duodecimo chronicorum libro.
Dexippus chronicorum libro decimo ita scribit: Et Macedonum Epidamnum, quae postea Dyrrachium nominata est, urbem Macedoniae magnam atque opulentam vi capiunt.

Dexippus dicit uxorem eum *(Alexandrum Severum)* cuiusdam Martiani filiam duxisse, eundemque ab eo Caesarem nuncupatum: verum quum vellet insidiis occidere Alexandrum Martianus, detecta factione, et ipsum interemtum et uxorem abiectam. Idem dicit fuisse patruum Antoninum Heliogabalum Alexandri, non sororis uxoris eiusdem filium. *Lampridius in Alexandro Severo cap. XLIX.*

Addit Dexippus, tantum odium fuisse Maximini, ut, interfectis Gordianis, viginti viros senatus creaverit, quos opponeret Maximino: e quibus fuerunt Balbinus et Maximus, quos contra eum principes fecerunt. Idem addit, in conspectu Maximini iam deserti a militibus Anolinum praefectum praetorio ipsius et filium eius occisum. *Capitolinus in Maximino iuniore cap. VI.*

Dexippus et Arrianus et multi alii Graeci scripserunt, Maximum et Balbinum imperatores contra Maximinum factos: Maximum autem cum exercitu missum et apud Ravennam bellum parasse, Aquileiam autem nisi victorem non vidisse. *Idem ibidem cap. VII.*

Gordiani non, ut quidam imperiti scriptores loquuntur, duo, sed tres fuerunt; idque docente Arriano, scriptore Grae-

cae historiae, docente item Dexippo, Graeco auctore, potuerunt addiscere: qui etiamsi breviter, ad fidem tamen omnia persequuti sunt. *Idem in Gordianis cap. II.*

Filius (Gordiani) legatus patris, exemplo Scipionum, ut Dexippus Graecae historiae auctor est, gladii potestate succinctus est. *Idem ibidem cap. IX.* R. 342

Dexippus putat, eius filium esse Gordianum tertium, qui post haec cum Balbino et Pupieno, sive Maximo, puerulus adeptus est imperium. *Idem ibid. cap. XIX.*

Dexippus asseverat, ex filio Gordiani tertium Gordianum esse natum. *Idem ibid. cap. XXIII.*

Dexippus et Arabianus Maximum et Balbinum dicunt electos contra Maximinum post Gordianos. *Idem in Max. et Balb. cap. I.*

Dexippus Graecorum scriptor Maximum et Balbinum imperatores dicit factos contra Maximinum post Gordianos duos et a Maximo victum Maximinum, non a Pupieno. *Idem ibid. cap. XV.*

Sub his pugnatum a Carpis contra Moesos fuit, et Scythici belli principium et Histriae excidium eo tempore; ut autem Dexippus dicit, Histricae civitatis. Dexippus Balbinum satis laudat, et dicit forti animo militibus occurrisse atque interfectum; ut mortem non timeret: quem in omnibus disciplinis instructum fuisse dicit. Maximinum vero negat eiusmodi virum fuisse, qualem Graeci plerique dixerunt. Addit praeterea, contra Maximum Aquileiensium tantum odium fuisse, ut de crinibus mulierum suarum arcubus nervos facerent, atque ita sagittas emitterent. Dexippus et Herodianus, qui horum principum historiam persequuti sunt, Maximum et Balbinum fuisse principes dicunt delectos a senatu contra Maximinum post interitum duorum Gordianorum in Africa, cum quibus etiam puer tertius Gordianus electus est. *Idem ibid. cap. XVI.*

Docet Dexippus, Titum tribunum Maurorum, qui a Maximino inter privatos relictus fuerat, timore violentae mortis, ut alii dicunt, invitum vero et a militibus coactum, ut plerique asserunt, imperasse, atque hunc intra paucos dies post vindicatam defectionem, quam consularis vir Magnus Maximino

paraverat, a suis militibus interemptum. Imperasse autem mensibus sex. *Trebellius in triginta tyrannis cap. XXXII.*

Dexippus Claudium non dicit occisum, sed tantum mortuum: nec tamen addidit morbo, ut dubium sentire videatur. *Idem in Claudio cap. XII.*

Geberichus primitias regni sui in Vandalica gente extendere cupiens contra Visumar eorum regem, Asdingorum e stirpe, quae inter eos eminet, genusque indicat bellicosissimum, Dexippo historico referente, qui eos ab oceano ad nostrum limitem vix in anni spatio pervenisse testatur prae nimia terrarum immensitate. *Iornandes de reb. Get. cap. XXII.*

Dexippi fragmenta, quae apud Syncellum servata leguntur, cuius nova editio in hoc corpore quum maxime paratur, hic repetere non placuit: indicis ope facile apud ipsum invenienda.

ΕΥΝΑΠΙΟΥ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΗΣ ΜΕΤΑ ΔΕΞΙΠΠΟΝ

ΝΕΑΣ ΕΚΔΟΣΕΩΣ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

ΕΥΝΑΠΙΟΥ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΗΣ ΜΕΤΑ ΔΕΞΙΠΠΟΝ
ΝΕΑΣ ΕΚΔΟΣΕΩΣ
ΕΚΛΟΓΑΙ ΠΕΡΙ ΠΡΕΣΒΕΩΝ ΕΘΝΩΝ
ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ.

E NOVA EDITIONE HISTORIAE
EUNAPII SARDIANI
QUA DEXIPPUM CONTINUAVIT
EXCERPTA DE LEGATIONIBUS GENTIUM
AD ROMANOS.

ARGUMENTUM.

Iulianus pacem init cum victis Chamavis, obside retento filio regis captivo (1). *Badomarius, Germanorum princeps, captivos Romanorum Iuliano restituere recusat* (2). *Eunapius rhetor, legatus Lydorum, benigne ab Imperatore exceptus* (3). *Valentinianus in Bithynia Imperator salutatus* (4). *Belli Gothici sub Valente initia* (5). *Gothi in fines Romanos Valentis iussu admissi, ruptis foederibus Thraciam late vastant* (6). *Coniuratio principum Gothorum, Theodosio regnante, a Fravitta suppressa* (7).

α΄. Ὅτι τοῦ Ἰουλιανοῦ ἐς τὴν πολεμίαν χωροῦντος, καὶ A. C. 358 Ind. 1
τῶν Χαμάβων ἱκετευόντων φείδεσθαι καὶ ταύτης ὡς οἰκείας, Const. I. 22
ὁ Ἰουλιανὸς συνεχώρει, καὶ τὸν βασιλέα σφῶν προελθεῖν κε- Iulian. C. 4 P. 15
λεύσας, ἐπειδὴ προῆλθε καὶ ἐπὶ τῆς ὄχθης εἶδεν ἑστηκότα, V. 11
ἐπιβὰς πλοίου, τὸ πλοῖον οὖν ἔχων τοξεύματος, ἑρμηνέα ἐ-

5. τὸ πλοῖον οὖν] καὶ τὸ πλοῖον ἐκτὸς N.

1. Cum Iulianus in terram hostilem irrupisset, et Chamavi supplicarent, ut genti, tanquam quae sua esset, parceret, assensus est, et eorum regem ad se venire iussit. Ut venit et eum ad ripam stantem vidit, navem adscendens, (erat autem navis extra teli iactum,) per interpretem cum barbaris disseruit: cum vero illi parati essent

A.C 358 χων διελέγετο τοῖς βαρβάροις. ἐκείνων δὲ παντα ποιεῖν ὄν-
Ind. 1 των ἑτοίμων, ὁρῶν εὐπρόσωπόν τε ἅμα καὶ ἀναγκαίαν αὐτῷ
Con. I. 22
Iul. C. 4 τὴν εἰρήνην· (Χαμάβων γὰρ μὴ βουλομένων ἀδύνατόν ἐστι
B τὴν τῆς Βρεττανικῆς νήσου σιτοπομπίαν ἐπὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ
φρούρια διαπέμπεσθαι·) καμπτόμενος ὑπὸ τῆς χρείας χαρί-
ζεται τὴν εἰρήνην, καὶ ὅμηρα ᾔτει λαβεῖν πίστεως ἕνεκεν. τῶν
δὲ ἱκανοὺς εἶναι αἰχμαλώτους λεγόντων, ἐκείνους ἔφη τὸν
πόλεμον αὐτῷ δεδωκέναι, καθ' ὁμολογίαν γὰρ μὴ λαβεῖν·
νυνὶ δὲ ζητεῖν παρ' αὐτῶν τοὺς ἀρίστους, εἰ μὴ τεχνάζουσι
περὶ τὴν εἰρήνην. τῶν δὲ ἱκετευόντων καὶ ἀξιούντων εἰπεῖν
οὓς βούλεται, μεταλαβὼν αὖθις τὸν τοῦ βασιλέως αὐτῶν αἰ-
τεῖται παῖδα, πλαττόμενος, ὃν εἶχεν αἰχμάλωτον, ὥσπερ οὐκ
ἔχων. ἐνταῦθα ὅ,τε βασιλεὺς αὐτῶν καὶ οἱ βάρβαροι πρη-
P. 16 νεῖς ἐκταθέντες, οἰμωγῇ τε ἀφθόνῳ καὶ ὀλοφύρσει προσεκέ-
χρηντο, δεόμενοι μηδὲν ἀδύνατον ἐπιτάττεσθαι· ἀδύνατον
δὲ αὐτοῖς εἶναι καὶ τοὺς πεσόντας ἀναστῆσαι καὶ ὁμήρους
δοῦναι τοὺς τετελευτηκότας. γενομένης δὲ σιωπῆς, ὁ τῶν
βαρβάρων βασιλεὺς ἀναβοήσας μέγιστον ὅσον, „εἴθε ἔζη μοι"
ἔφη „ὁ παῖς, ἵνα σοι δοθεὶς ὅμηρος, ὦ Καῖσαρ, δουλείαν
ηὐτύχει τῆς ἐμῆς βασιλείας εὐδαιμονεστέραν. ἀλλ' ὑπὸ σοῦ
τέθνηκεν, ἀτυχήσας ἴσως καὶ τὸ ἀγνοηθῆναι. πολέμῳ γὰρ ἐπί-
στευσε τὸ σῶμα νέος ὤν, ὃν σὺ μόνον ἀντάξιον εἰρήνης ὑπο-
B λαμβάνεις. καὶ νυν, ὦ βασιλεῦ, σὺ μὲν ἐξαιτεῖς ὡς ὄντα,

imperata facere, et videret, pacem peropportunam esse et necessariam, (etenim Chamavis invitis, e Britannia insula Romanis coloniis commeatus immitti nequeunt,) utilitate adductus, pacem indulsit, et fidei firmandae gratia obsides petiit. Cum dicerent, idoneos esse eos, qui in bello capti erant: hos bellum dixit sibi tradidisse, ex foedere minime sumsisse; nunc autem nobiliores postulare, nisi quid doli in pace convenienda excogitarent. Cum supplices orarent et eum obtestarentur, ut palam faceret, quos vellet: iterum cum his sermone congrediens, ipsorum regis filium petit, quem captivum in sua potestate habebat, fingens tanquam non haberet. Ad quae barbarorum rex et barbari, ad pedes iacentes, fletu largo et eiulatu usi, precibus contenderunt, ne quid imperaret, quod praestare nequirent. Nec enim se posse eos, qui periissent, in vitam revocare, et eos, qui mortui essent, obsides dare. Silentio facto, barbarorum rex voce quam maxima potuit exclamavit: „Utinam viveret filius meus, ut tibi traditus obses, o Caesar, feliciorem regno meo apud te servitutem serviret. Sed tuis armis cecidit, fortasse etiam a vobis non cognitus. Belli enim periculis suum corpus iuvenis obiecit, quem idoneum pacis vadem censes, et tu nunc eum, o Imperator, tanquam vivat, exposcis. Ego vero miser nunc

ἐγὼ δ' ἄρχομαι θρηνεῖν, συνορῶν τίνα οὐκ ἔχω. παῖδα γὰρ A. C. 358
ὀδυρόμενος ἕνα, καὶ κοινὴν εἰρήνην τῷ παιδὶ συναπολώλεκα. Ind. 1 Con. I. 22
κἂν μὲν πιστεύσῃς τοῖς ἐμοῖς ἀτυχήμασι, παραμυθίαν ἔχει Iul. C. 4
μοι τὸ πάθος ὡς ὑπὲρ ἁπάντων ἠτυχηκότι· ἂν δὲ ἀπιστή-
σῃς, καὶ πατὴρ ἀτυχὴς καὶ βασιλεὺς ὀφθήσομαι. τοῖς γὰρ
ἐμοῖς κακοῖς οὐκ ἀκολουθήσει μὲν ὁ παρὰ τῶν ἄλλων ἔλεος,
ὅσπερ ἅπασιν ὀφείλεται τοῖς ἐν τούτοις καθεστηκόσι, προσ-
κείσονται δὲ αἱ κοιναὶ συμφοραί. καὶ οὐ παραιτήσομαι τοὺς
ἄλλους ἀτυχιῶν, ἀλλὰ κοινωνεῖν ἐμοὶ τῶν δεινῶν ἀναγκάσω,
τοσοῦτον ἀπολαύων τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας ὅσον ἀτυχεῖν μό- C
νος μὴ δύνασθαι." τούτων ἀκούων ὁ βασιλεὺς τήν τε ψυ-
χὴν ἔπαθε, καὶ τοῖς λεγομένοις εὐπαθῶς ἐξεδάκρυσε. καὶ
καθάπερ ἐν τοῖς δράμασιν, ὅταν εἰς ἄπορον καὶ δύσλυτον αἱ
τῶν ὑποκειμένων ἔργων πλοκαὶ τελευτήσωσιν, ὁ καλούμενος
ἀπὸ μηχανῆς θεὸς ἐπεισόδιος εἰς μέσον ἕλκεται, πάντα συμ-
περαίνων καὶ καταστρέφων ἐπὶ τὸ σαφέστερον καὶ εὔκριτον, V. 12
οὕτω καὶ αὐτὸς ἐπὶ πράγμασιν ἀμηχάνοις καὶ δυσεξόδοις,
μετ' οἰμωγῆς ἁπάντων τὴν μὲν εἰρήνην αἰτούντων, τὸν δὲ
ἐπιζητούμενον ὅμηρον ἀπαγορευόντων μὴ ἔχειν, τόν τε νεανί-
σκον παραγαγὼν ἅπασιν ἔδειξε βασιλικῶς παρ' αὐτοῦ διαι- D

7. τοιούτοις coni. N. 8. τοὺς ἄλλους ἀτυχιῶν N., τοῖς ἄλλοις ἀτυχῶν vulg. 9. ἀναγκάσω N., ἀναγκάσαι vulg. 12. εὐπαθῶς Cantocl., ἀπαθῶς vulg. 18. ἁπάντων Boissonadus, ἀπαντῶν vulg.

primum lamentari incipio, quandoquidem qualem non habeam, nunc demum intelligo. Filium enim unicum lugens, et pacem communem una cum filio perdidi. Si meas miserias tantas esse, quantae sunt, credideris, id consolationis habebit dolor, quod pro omnium salute hunc casum sublerim: sin fidem abrogaris, et pater infelix, et rex conspiciar. Nam non solum aliis mea mala commiserationem non movebunt, quae omnibus debetur eiusmodi doloribus afflictis; sed accedent etiam publicae calamitates; neque ceteros a miseriis defendam, sed communicabo meas cum multis, in hoc tantum regia potestate fruens, quod mihi soli non licet infelicem esse." Haec ubi Imperator audivit, apud animum suum summo moerore est affectus, et eorum, quae dicta erant, commiseratione punctus tenere illacrimavit. Et quemadmodum in comoediis, quando res involutae et perplexae, ad ambigua et explicatu difficilia vergunt, deus qui vocatur ex machina in medium trahitur, qui omnia componit et tristia laetis mutat: ita Iulianus, ubi res in magna difficultate versabantur, quum omnes cum fletu pacem peterent, neque obsidem, quem peteret, se habere testarentur; in medium adolescentem adductum omnium conspectui atque oculis subiecit, regie apud se educatum. Cumque eum disserere cum patre quae volebat iussisset,

A. C. 358 τώμενον, καὶ διαλεχθῆναι τῷ πατρὶ κελεύσας ὅσα ἐβούλετο,
Ind. 1 περιεσκόπει τὸ πραχθησόμενον. τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις ἦν ἄξια
Con. I. 21
Iul. C. 4 τούτων. οὐκ ἔτεκεν ὁ ἥλιος τοιαύτην ἡμέραν, οἵαν τότε ἐξῆν
τοῖς παροῦσιν ὁρᾶν καὶ ἱστορεῖν. οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ θορύβου
καὶ θρήνων ἐκπλήξει καὶ θάμβει συνδεθέντες ἐς τὸ ἀκίνητον
ἐπάγησαν, ὥσπερ Ἰουλιανοῦ δειξαντος αὐτοῖς οὐ τὸν νεανί-
σκον, ἀλλ' εἴδωλον. ὁ δὲ βασιλεύς, ἐπεὶ ἡσυχία μυστηρίων
ἁπάντων ἐγένετο σταθερωτέρα, βαρὺ φθεγξάμενος εἰς μέσον,
P. 17 „τοῦτον" εἶπεν „ὁ μὲν ὑμέτερος, ὡς ὑμεῖς ὑπολαμβάνετε, πό-
λεμος ἀπολώλεκε, Θεὸς δὲ ἴσως καὶ τὸ Ῥωμαίων σέσωκε φι-
λάνθρωπον. ἔξω δὲ αὐτὸν ὅμηρον, οὐ παρ' ὑμῶν καθ' ὁμο-
λογίαν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ πολέμου λαβὼν καὶ τῷ κρατεῖν ἀρ-
κούμενος. καὶ οὗτος μὲν οὐδενὸς ἀτυχήσει τῶν καλλίστων
ἐμοὶ ξυνών· ὑμεῖς δὲ πειρώμενοι παραβαίνειν τὰς συνθή-
κας ἀποτεύξεσθε πάντων. φημὶ δὲ οὐχ ὅτι κολάσομαι τὸν
ὅμηρον, ὃν οὔτε ἐνέχυρον παρ' ὑμῶν εἴληφα τῆς εἰρήνης,
ἀλλ' ἀνδρείας ἀπόδειξιν καθ' ὑμῶν ἔχω· ὃ καὶ ἄλλως ἀνι-
B σον καὶ θεομισές, τοὺς οὐδὲν ἀδικοῦντας ὑπὲρ τῶν ἀδικούν-
των δάκνειν καὶ σπαράττειν, ὥσπερ τὰ θηρία τοὺς ἀπαντῶν-
τας, ὅταν ὑφ' ἑτέρων διώκηται. ἀλλ' ὅτι πρῶτον μὲν ἄρξε-
τε χειρῶν ἀδίκων, οὗ μείζων ὄλεθρος οὐκ ἔστιν ἀνθρώποις,

6. δείξαντος Commelinus, πείξαντος cod., πορίζοντος vulg. 10. σέσωκε B., δέδωκε vulg. 17. ὃ] ὃν Boissonadus. 20. ἄρξετε Boissonadus, ἤρξατε vulg., ἄρξηται codd.

ad ea, quae deinceps agenda erant, advertit. Quae sunt consecuta, his consentanea fuerunt. Non protulit sol diem qualis illa fuit, quam tunc videre et intueri his, qui aderant, licuit. Barbari enim a moerore et lamentis stupore et admiratione correpti immobiles et fixi steterunt, tanquam Iulianus illis exhibuisset non adolescentem, sed falsam imaginem adolescentis. At Imperator, ubi silentium altius, quam in mysteriis solitum, factum erat, graviter in medio loquens: „Hunc quidem, inquit, ut vos existimatis, vestrum bellum perdiderat: sed deus fortasse et Romanorum benignitas restituit. Habebo ego ipsum obsidem, neque eum a vobis ex conventione, sed a bello ipso, contentus vicisse, et illum quidem amplissima quaeque non deficient, dum mea consuetudine fruetur. Quodsi conabimini a foedere discedere, omnium iacturam facietis. Hoc dico, non quod saeviam in obsidem, quem apud me habeo, non tanquam pignus pacis, sed meae erga vos virtutis documentum. Est enim impium et minime deo gratum, eos, qui nihil commeruerunt, pro his, qui deliquerunt, morsu appetere et laniare, ut ferae bestiae, quicquid occurrit et obvium est, si quis eos persequitur. Sed primum quia a vobis initium iniuriae faciendae orietur, qua re nulla est capitalior pestis perniciesque hominibus, etiam

A. C. 358 Ind. 1 Con. I. 22 Iul. C. 4

κἂν δοκῶσι πρὸς τὸ βραχὺ καὶ παρὸν ἐπιτυγχάνειν· δεύτερον δὲ ὅτι πρὸς Ῥωμαίους ὑμῖν ὁ λόγος ἔσται κἀμὲ τὸν ἄρχοντα τούτων, ὃν οὔτε πολεμοῦντες οὔτε εἰρήνην αἰτοῦντες ἐνικήσατε." προσεκύνησαν ἐπὶ τούτοις ἅπαντες καὶ ἀνευφήμουν, θεόν τινα ἐπὶ τοῖς λόγοις ἡγούμενοι. σπεισάμενος γοῦν καὶ τὴν τοῦ Νεβισγάστου μητέρα μόνον αἰτήσας, ἐκείνων ὁμολογούντων τε ἅμα καὶ δόντων, ἀνέζευξεν ἐπὶ τοιαύταις C πράξεσι, μετοπώρου τε ἑστηκότος καὶ χειμῶνος ἤδη συνισταμένου καὶ διαψύχοντος.

A. C. 359 Ind. 2 Con. I. 23 Iul. C. 5

β'. Ὅτι Βαδομάριός τις δυνάμει καὶ τόλμῃ προεῖχε Γερμανῶν, καὶ ἐς τοῦτο ὑπετύφετο μεγαλαυχίας, ὥστε ἐτύγχανε μὲν ὅμηρον τὸν ἑαυτοῦ δεδωκὼς υἱόν, ἕως ἂν ἀποδῷ τοὺς αἰχμαλώτους, οὓς ἐκ τῆς καταδρομῆς εἶχε συνηρπασμένους, τούτους δὲ οὐκ ἀποδιδοὺς ἀπῄτει τὸν ὅμηρον, πολλὰ ἀπειλῶν, εἰ μὴ λάβοι. ἀποπέμπει δὴ τοῦτον Ἰουλιανὸς αὐτῷ, τοσοῦτον ἐπιθείς, ὡς οὐκ ἔστιν ἀξιόπιστον ἓν μειράκιον ὑπὲρ πολλῶν εὐγενεστέρων ὁμηρεῦον παρ' αὐτῷ· ἀλλ' ἢ τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδιδόναι προσῆκον, ὄντας ὑπὲρ τρισχιλίους, D τοῖς αὐτίκα ἥξουσι πρέσβεσιν, ἢ ἀδικοῦντα εἰδέναι. ταῦτα ἔγραφέ τε καὶ τὴν πρεσβείαν ἔστελλε. καὶ αὐτὸς εἵπετο τῇ πρεσβείᾳ ἀπὸ Νεμέτων ἄρας ἐπὶ τὸν Ῥῆνον. ἤδη τε ἦν πρὸς τοῖς Ῥαυράκοις, ὅ ἐστι φρούριον.

10. προεῖχε Boisson., προσεῖχε vulg. 17. εὐγενεστέρων N., εὐγενέστερον vulg.

si videantur ad breve tempus, et quantum ad praesens attinet ad optata pervenire. Deinde, quia vobis res est cum Romanis et mecum, qui sum eorum Imperator, quem neque bellum gerentes, neque pacem facientes unquam superavistis." Procubuerunt his dictis omnes et post illos sermones deum aliquem esse existimantes, illi fausta feliciaque omnia sunt precati. Pacem igitur fecit, et solam Nebisgasti matrem petiit, quam barbari foedus approbantes statim dederunt. His confectis, autumno ad finem vergente, et hieme ineunte, (iam enim frigebat,) profectus est.

2. Badomarius inter Germanos potentia et auctoritate excelluit, quae res eum ad tantam superbiam extulit, ut, proprio filio, dum captivos redderet, quos per excursiones ceperat, obside dato, cum minime captivos restitueret, nihilominus obsidem sibi restitui postulavit, multa mala minatus, si non reciperet. Hunc vero Iulianus ad ipsum remisit, hoc adiiciens, unum adolescentem non esse idoneum apud se pro multis nobilioribus obsidem. Sed aut captivos, qui ad tria millia in eius potestate erant, eum restituere oportere, aut iniuriae poenas se soluturum esse sciret. Haec scripsit et legationem misit, quam non multo post ipse subsequutus est, a Nemetibus ad Rhenum movens; iam enim apud Rauracos erat, quae est Romanorum colonia.

A. C. 360 γ. Ὅτι μετὰ τὴν Ἰουλιανοῦ τῆς βασιλείας ἀναγόρευσιν
Ind. 3 πρεσβεῖαι πανταχόθεν συνέβαινον, καὶ στέφανοι πολλοὶ χρυ-
Con. I. 24
Iul. A. 1 σοῖ [οἳ] αὐτῷ παρὰ τῶν ἐθνῶν ἀνεκομίζοντο. ἐνταῦθα καὶ
οἱ τὴν Ἰωνίαν οἰκοῦντες ἔτυχον ὅσων ἐδεήθησαν, καὶ πλει-
P. 18 όνων καὶ ἐλασσόνων. Λυδοὶ δὲ καὶ εὐχῆς κρεῖττον ἔπραττον, Εὐναπίου μὲν τοῦ ῥήτορος ὑπὲρ αὐτῶν πρεσβεύοντος, εὐημερήσαντος δὲ οὕτω κατὰ τὴν πρεσβείαν ὥστε καὶ δίκῃ τινὶ περιμαχήτῳ συνειπεῖν, ἣ ὁ βασιλεὺς αὐτὸν ἐκέλευεν. ὁ δὲ ἐνίκα καὶ τὴν δίκην. καὶ ἐκ Κλαζομενῶν δὲ Πείσων εὐδοκίμει λέγων.

δ'. Ὅτι Βαλεντινιανοῦ ἀνάῤῥησις ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυ-
A. C. 364
Ind. 7 νίας γίνεται, πρεσβεῖαί τε, ὅσαι συνεπεφοιτήκεσαν ἐπὶ τοῦ-
Valen. I. 1 τον τοὺς χρυσοῦς ἔχουσαι στεφάνους, πρὸς ἐκεῖνον ἀνεφέ-
B ροντο. καὶ πρὸς πάσας ἀπεφαίνετο μὲν οὐδὲν, ἐπιτρέχων
V. 13 ῥᾳδίως οὑτωσὶ καὶ συντόμως, ἐπηγγέλλετο δὲ ἅπασιν ὡς ποιήσων αὐτίκα μάλα.

A. C. 366 ε'. Ὅτι τῷ βασιλεῖ Οὐάλεντι, ἡσυχίαν ἀπὸ τῶν οἰκείων
Ind. 9 καὶ τῶν ὀθνείων ἄγοντι, τὸ ἐπίλεκτον ἀγγέλλεται τῶν Σκυ-
Valent. et
Val. I. 3 θῶν στράτευμα πλησίον ἤδη που τυγχάνειν, οὓς ὁ Προκόπιος εἰς συμμαχίαν ἐξεκεκλήκει παρὰ τοῦ Σκυθῶν βασιλέως. γαύρους εἶναι τὰ φρονήματα ἔλεγον τοὺς προσιόντας καὶ περι-

5. καὶ aute ἐλασ. N., ἢ vulg. ἐλασσόνων H., ἐλάσσων vulg. 9. ἐκ Κλαζομενῶν δὲ Πείσων] ἐκκλαζόμενον δὲ πείσων ed. pr. et Par., ἐκκλησιαζομένων vel ἐκκλησιαζόμενον H. 15. ἐπηγγέλλετο N., ἐπήγγελλέ τε vulg.

3. Post Iuliani ad Imperium evectionem honorificae ad eum legationes convenerunt, et coronas aureas a barbaris attulerunt. Ioniam habitantes ab eo et magna et parva, quae petebant, sunt consecuti. Lydi quoque, Eunapio rhetore, eorum legato, pro his verba faciente, multo ampliora, quam precibus suis complexi fuerant, obtinuerunt. Quae legatio tam prospere legato successit, ut legatum quoque Imperator iuberet causam quandam valde intricatam agere. Qua in lite et ipse superior evasit, et Piso quidam Clazomenius magna cum laude verba fecit.

4. Valentinianus apud Nicaeam Bithyniae Imperator est appellatus: illuc multae legationes advenerunt, quae coronas aureas ad ipsum adferebant. In his recipiendis minime se praeposterum aut festinantem exhibuit, sed omnibus quamprimum se satisfacturum esse promisit.

5. Valenti, quum otium ageret ab externis et domesticis bellis, nuntiatum est, collectum Scytharum exercitum prope iam adesse. Hi vero erant, quos Procopius in suum auxilium a Scytharum rege impetraverat. Hos aiebant magno cum fastu et arrogan-

A. C. 366 Ind. 9 Valent. et Val. I. 3

φρονητικοὺς τῶν ὁρωμένων, ὀλιγώρους τε πρὸς τὸ ἀκόλαστον μεθ' ὕβρεως, καὶ πολὺ τὸ ἀγέρωχον καὶ θερμὸν ἐπὶ πᾶσιν ἔχοντας. ὁ δὲ βασιλεὺς συντόμως αὐτοὺς ἀποταμὼν τῆς ἐπὶ Σκύθας ὑποστροφῆς κατεῖχεν ἐντὸς ἀρκύων, καὶ τὰ ὅπλα C παραδοῦναι κελεύσας. οἱ δὲ ἔδοσαν, τὴν τῆς γνώμης ὑπεροψίαν μέχρι τοῦ κινῆσαι τὰς κόμας ἐπιδειξάμενοι. διασπείρας οὖν αὐτοὺς κατὰ τὰς πόλεις ἐν ἀδέσμῳ κατεῖχε φρουρᾷ, καὶ καταφρόνησιν ἐνεποιεῖτο τοῖς θεωμένοις αὐτῶν τὰ σώματα πρός τε μῆκος ἀχρεῖον ἐλαυνόμενα, καὶ βαρύτερα τοῖς ποσὶ, κατά τε τὸ μέσον διεσφιγμένα, ᾗπέρ φησιν Ἀριστοτέλης τὰ ἔντομα. δεχόμενοι δ' οὖν αὐτοὺς εἰς τὰς οἰκίας οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες καὶ πειρώμενοι τῆς ἀσθενείας, τὴν ἑαυ- D τῶν ἐξαπάτην γελᾶν ἠναγκάζοντο. τούτους ἀπῄτει τοὺς γενναίους ὁ Σκυθῶν βασιλεύς. καὶ ἦν τὸ πρᾶγμα δριμὺ καὶ πρὸς τὸν τοῦ δικαίου λόγον οὐκ εὐδιαίτητον. ὁ μὲν γὰρ ἔφασκε βασιλεῖ δεδωκέναι κατὰ συμμαχίαν καὶ ὅρκους· ὁ δὲ ἀπέφασκε βασιλέα μὴ τυγχάνειν καὶ αὐτὸν οὐκ ὀμωμοκέναι. ἐκείνου δὲ προστιθέντος τὸν Ἰουλιανὸν, καὶ ὅτι διὰ τὴν ἐκείνου δεδώκει συγγένειαν, καὶ τὰ τῶν πρέσβεων ἀξιώματα προστιθέντος, ὁ βασιλεὺς ἀντεφώνει, τούς τε πρέσβεις ἔχειν τὴν δίκην καὶ τοὺς παρόντας ὡς πολεμίους κατέχεσθαι, πολεμίῳ

1. ὁρωμένων] Ῥωμαίων B. 6. κινῆσαι] κομῆσαι coni. Cantocl. 11. δεχόμενοι δ' οὖν Valesius ap. Boisson. p. 192., δεχόμενα δοῦναι vulg. 18. προστεθέντος vulg.

tia incedere et omnia, quae se eorum conspectui obtulissent, despicere, propterea quod quicquid iniuriae inferebant, id impune faciebant, et arroganter et superbe se cum omnibus gerebant. Hos Imperator intra breve tempus interclusos in Scythiam reditu, quasi retibus captos continuit et arma tradere iussit: et vero tradiderunt, etiam motu capillorum mentis ferociam indicantes. Hos igitur per urbes dispersos in libera custodia habuit, et contemptum eorum excitavit his, qui viderunt eorum corpora, in nimiam proceritatem surgentia, graviora, quam ut pedes ferrent, et circa mediam partem exilia, qualia Aristoteles insecta dicit. At urbium incolae cum Scythas in suas domos admisissent, ubi eorum virium imbecillitatis periculum fecerunt, suum errorem irridere coacti sunt. Hos igitur tam praeclaros Scytharum rex repetiit. Erat hoc negotium arduum et huiusmodi, quod non facile posset ad iusti rationem expendi. Dicebat enim, se hos fide iuramento habita ad suppetias Imperatori misisse. Valentinus vero negabat, eum, ad quem miserat, Imperatorem fuisse, neque se iurasse: Ille Iulianum in medium adducebat, seque propter illius cum hoc consanguinitatem dedisse. Legatorum etiam dignitatem obtendebat: Imperator contra disserebat, etiam le-

A. C. 366 πρὸς συμμαχίαν ἥκοντας. ἐκ τούτων δὲ τῶν προφάσεων ὁ
Ind. 9 Σκυθικὸς ἀνεγείρεται πόλεμος, τῷ μὲν ἀξιώματι τῶν συνιόν-
Valent. et Val. I. 3 των ἐθνῶν καὶ τοῖς μεγέθεσι τῶν παρασκευῶν ἐπὶ μέγα προ-
P. 19 βήσεσθαι καὶ χωρήσειν πολυτρόπων συμφορῶν καὶ ἀτεκμάρ-
του τύχης προσδοκηθεὶς, τῇ δὲ τοῦ βασιλέως ὀξύτητι καὶ
προνοίᾳ κατενεχθεὶς ἐπὶ τὸ σταθερὸν καὶ ἀσφαλέστερον.

A. C. 376 ς'. Ὅτι τῶν Σκυθῶν ἡττηθέντων καὶ ὑπὸ τῶν Οὔννων
Ind. 4 ἀναιρεθέντων καὶ ἄρδην ἀπολλυμένων τὸ πλῆθος, οἱ μὲν ἐγ-
Valentis Imp. 13 καταλαμβανόμενοι σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις διεφθείροντο, καὶ
οὐδεμία φειδὼ τῆς περὶ τοὺς φόνους ἦν ὠμότητος. τὸ δὲ
συναλισθὲν καὶ πρὸς φυγὴν ὁρμῆσαν πλῆθος μὲν οὐ πολὺ
B τῶν εἴκοσι μυριάδων ἀποδέουσαι συνῆλθον ἐς τὸ μάχιμον
ἀκμαζούσας. * κινηθέντες καὶ ταῖς ὄχθαις ἐπιστάντες χεῖράς
τε ὤρεγον πόῤῥωθεν μετ' ὀλοφυρμῶν καὶ βοῆς, καὶ προέτει-
νον ἱκετηρίας, ἐπιτραπῆναι τὴν διάβασιν παρακαλοῦντες, καὶ
τὴν σφῶν συμφορὰν ὀδυρόμενοι, καὶ προσθήκην τῇ συμμα-
χίᾳ παρέξειν ἐπαγγελλόμενοι. οἱ δὲ ταῖς ὄχθαις ἐπιτεταγμέ-
νοι Ῥωμαίων οὐδὲν ἔφασαν πράξειν ἄνευ βασιλέως γνώμης.
ἐντεῦθεν ἀναφέρεται μὲν ἐπὶ τὸν βασιλέα ἡ γνῶσις· πολλῆς
C δὲ ἀντιλογίας γενομένης, καὶ πολλῶν ἐφ' ἑκάτερα γνωμῶν ἐν
τῷ βασιλικῷ συλλόγῳ ῥηθεισῶν, ἔδοξε τῷ βασιλεῖ. καὶ γὰρ

13. κινηθέντες] νικηθέντες H. 17. ἐπαγγ. Commelinus, ἀπαγγ. vulg.

gatos iure teneri, et eos, qui praesentes erant, hostium numero habere, quandoquidem hostibus auxilium latum venissent. Ex his causis Scythicum excitatum est bellum, quod et dignitate gentium, quae coierunt, et magnitudine apparatuum magnam variorum casuum et incertae fortunae exspectationem movebat, sed acumine iudicii Imperatoris et providentia ad firmum et tutum exitum perductum est.

6. Scythis victis et ab Hunnis caesis et ad internecionem usque deletis, omnes, qui capti erant, cum mulieribus et eorum filiis interempti sunt, cum nullus crudelitatis et caedium esset modus; qui autem collecti effugerant non minus quam hominum ducenta millia, ad bellum apti et aetate florentes, convenerunt. Itaque profecti et ad ripam stantes, manus e longinquo porrigebant, et preces cum fletu et vociferatione emittebant, traiectionem sibi concedi flagitantes, suam cladem deplorabant, et se illis praebituros auxilii accessionem spondebant. At Romani, qui ripis praeerant, nihil se nisi Imperatoris iussu facturos responderunt. Quamobrem huius rei cognitio est ad Imperatorem delata. Cum res in magna varietate versaretur multaque in utramque partem in consilio principis dicta essent, tandem assensus est, maxime propter aemulationem, quam

ὑπ' ἀντιζηλοτυπίας αὐτῷ πρὸς τοὺς συμβασιλεύοντας, οἱ παῖ- A. C. 376
δες μὲν ἦσαν ἀδελφοῦ, (καὶ γέγραπται οὕτω πρότερον,) τὴν Ind 4 Val. I. 13
βασιλείαν δὲ διῃρῆσθαι κατὰ σφᾶς ἐδόκουν, τὴν διανομὴν
οὐκ ἐνεγκόντες ἐπὶ τὸν θεῖον. τούτων δὴ ἕνεκα, καὶ ὡς μεγάλῃ
προσθήκῃ τὸ Ῥωμαϊκὸν αὐξήσων, δεχθῆναι κελεύει τοὺς ἄν-
δρας, τὰ ὅπλα καταθεμένους. πρὶν δὲ τὴν διάβασιν ἐκ βασιλέως
ἐπιτραπῆναι, Σκυθῶν οἱ τολμηρότατοι καὶ αὐθάδεις βιάσα-
σθαι τὸν πόρον ἔγνωσαν, καὶ βιαζόμενοι κατεκόπησαν. οἱ δὲ D
διαφθείραντες τὸν ἀπόδασμον τοῦτον τῆς τε ἀρχῆς παρελύ-
θησαν καὶ περὶ τοῖς σώμασιν ἐκινδύνευσαν, ὅτι πολεμίους V. 14
διέφθειραν. οἵ τε παραδυναστεύοντες βασιλεῖ καὶ δυνάμενοι
μέγιστον κατεγέλων αὐτῶν τὸ φιλοπόλεμον καὶ στρατηγικὸν,
πολιτικοὺς δὲ οὐκ ἔφασαν εἶναι. ὁ μὲν γὰρ βασιλεὺς ἐξ Ἀν-
τιοχείας ἐπέτρεπεν αὐτοῖς τὴν ἀχρεῖον ἡλικίαν πρῶτον ὑπο-
δεξαμένοις καὶ παραπέμψασιν εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐπικράτειαν,
καὶ ταύτην εἰς ὁμηρείαν ἀσφαλῶς κατέχουσιν, ἐπιστῆναι ταῖς
ὄχθαις, καὶ μὴ πρότερον τοὺς μαχίμους δέξασθαι διαβαίνον-
τας, μηδὲ τὰ πλοῖα παρασχεῖν ἐς τὴν περαίωσιν, εἰ μὴ τὰ
ὅπλα καταθέμενοι γυμνοὶ διαβαίνοιεν. οἱ δὲ ταῦτα ἐπιτρα- P. 20
πέντες, ὁ μὲν ἐκ τῶν διαβεβηκότων ἦρα παιδαρίου τινὸς
λευκοῦ καὶ χαρίεντος τὴν ὄψιν, ὁ δὲ ἠλέει γυναικὸς εὐπροσ-

5. αὐξήσων N., αὐξῆσαν vulg. 6. διάβασιν Boisson., διά-θεσιν vulg. 16. ἐπιστάναι vulg.

habebat cum his, qui imperium cum eo tenebant. Erant autem filii fratris, quemadmodum et supra dictum est, sed illi imperatoriam potestatem inter se dividendam statuerant, non patrui arbitrio permissa divisione. His causis impulsus, tum etiam quia maxima accessio potentiae foret Romanis, iuss't Scythas admitti, modo arma deponerent. Antequam traiectus esset ab Imperatore concessus, Scytharum audaciores et elatiores transitum sibi vi aperire constituerunt, sed vi repulsi deleti sunt. At illi, qui eam Scytharum exercitus partem oppressam confecerant, magistratu privati sunt et capitis periculum adierunt, quia hostes trucidaverant. Qui autem apud Imperatorem primas partes gratiae occupabant et plurimum apud ipsum valebant, eos irridebant, tanquam homines militares, et bello quidem aptos, sed prorsus rerum civilium rudes esse dicebant. Praeceperat enim Imperator ab Antiochia, ut primum imbellem et nulli usui aptam susciperent aetatem et per Romanorum ditionis terras dimitterent, et tanquam obsides tuto loco haberent; neque eo secius ad ripas consisterent, ut turbas pugnae aptas minime transgredi sinerent, neque navigia illis ad traiectionem praeberent, priusquam arma deposuissent, quo nudos transmitterent. Eorum autem, qui ista mandata exceperunt, exarsit hic amore pueri alicuius candidi et vultu grati ex his, qui traiecti fuerant, alter misertus est uxoris for-

A. C. 376 ώπου τῶν αἰχμαλώτων, ὃς δὲ ἦν αἰχμάλωτος ὑπὸ παρθέ-
Ind. 4 νου, τοὺς δὲ τὸ μέγεθος κατεῖχε τῶν δώρων, τά τε λινᾶ ὑ-
Val. I. 13 φάσματα καὶ τὸ τῶν στρωμάτων ἐπ' ἀμφότερα θυσανοειδές·
ἕκαστος δὲ ἁπλῶς αὐτῶν ὑπελάμβανε καὶ τὴν οἰκίαν καταπλή-
σειν οἰκετῶν καὶ τὰ χωρία βοηλατῶν καὶ τὴν ἐρωτικὴν λύσ-
σαν τῆς περὶ ταῦτα ἐξουσίας. νικηθέντες δὲ ὑπὸ τούτων
νίκην αἰσχίστην καὶ παρανομωτάτην, ὥσπερ τινὰς εὐεργέτας
καὶ σωτῆρας παλαιοὺς μετὰ τῶν ὅπλων ἐδέξαντο. οἱ δὲ το-
B σοῦτον ἀκονιτὶ πρᾶγμα διαπεπραγμένοι καὶ τὴν οἴκοι συμ-
φορὰν εὐτυχήσαντες, οἵγε ἀντὶ τῆς Σκυθῶν ἐρημίας καὶ τοῦ
βαράθρου τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν ἀπελάμβανον, εὐθὺς πολύ τι
βάρβαρον ἐν τῷ παρασπόνδῳ καὶ ἀπίστῳ διέφαινον. ἡ μὲν
γὰρ ἄχρηστος ἡλικία προλαβοῦσα κατὰ τὴν διάβασιν μετὰ
βαθείας σπουδῆς καὶ φροντίδος τῶν ταῦτα βεβουλευμένων
εἰς τὰ ἔθνη κατεχεῖτο καὶ διεσπείρετο. οἰκέται δὲ καὶ γυ-
ναῖκες καὶ παῖδες ἐκείνων, οἱ μὲν βασιλικὰ παράσημα ἔχον-
τες, τὰς δὲ ἦν ἁβροτέρας ὁρᾶν ἢ κατὰ αἰχμάλωτον. παῖδες
δὲ αὐτῶν καὶ τὸ οἰκετικὸν πρός τε τὴν εὐκρασίαν τῶν ἀέρων
ἀνέδραμον καὶ παρὰ τὴν ἡλικίαν ἥβησαν, καὶ πολὺ τὸ ἐπι-
φυόμενον ἦν πολέμιον γένος. οἱ μὲν οὖν παλαιοὶ μῦθοι λέ-
C γουσι περὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ τὴν Κολχίδα, δρακοντείων ὀδόν-
των κατασπαρέντων, ἐν ὅπλοις ἅμα τῷ σπόρῳ τοὺς ἄνδρας

4. οἰκίαν H., οἰκείαν vulg.   11. ὑπελάμβανον vulg.

mosae unius ex captivis. Hic captus est virgine formosa, alios magnitudo muuerum cepit, linea vestimenta et stragula ab utraque parte fimbriata. Plane unusquisque ipsorum hoc propositi habuit, ut suas domos servis, villas pastoribus et insanum amoris furorem quavis licentia implerent. Itaque victi a Scythis victoria foedissima et dissolutissima, eos tanquam benefactores et servatores priscos cum armis exceperunt. At illi tantam rem sine ullo labore adepti, ex clade, quam domi acceperant, suam comparaverunt prosperitatem. Nam pro desertis Scythiae locis et barathro in Romanum invaserunt imperium. Atque adeo iam tum barbara eorum natura et perfida ex eo, quod foedera pro nihilo ducebant, apparuit. Etenim aetas inutilis, in traiectione suscepta magno studio et cura eorum, qui hoc consilii dederant, per gentes et nationes, ut habitaret, est dispersa. Servi, uxores, filii, hi quidem signa regia gerebant, illas autem conspicere erat mollius et venustius, quam captivas decebat, vestitas. At captivorum filii et quicquid illis fuit mancipiorum, aeris temperie in altum se sustulerunt, et praeter aetatem pubnerunt et in immensam multitudinem succrevit et auctum est hostium genus. Ferunt priscae fabulae per Boeotism et Colchida, ex draconum dentibus seminatis homines cum armis simul cum semine

A. C. 376 Ind. 4 Val. I. 13

ἀναπάλλεσθαι· ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς χρόνος καὶ τὸν μῦθον τοῦτον εἰς φῶς καὶ ἔργον συνήγαγε καὶ ὀφθῆναι κατηνάγκασεν. οὐ γὰρ ἔφθασαν τοῦ Σκυθικοῦ γένους εἰς τὴν ἐπικράτειαν τὴν Ῥωμαϊκὴν οἱ παῖδες ὥσπερ. ὀδόντες διασπαρέντες, καὶ πάντα ἦν μεστὰ θυμοῦ καὶ μανίας καὶ φόνων, ἀνελθόντων αὐτῶν εἰς ἡλικίαν μάχιμον παρὰ τὸν χρόνον. τὸ δὲ ἀκμάζον τῆς Σκυθικῆς ἀλκῆς καὶ γενναιότητος, τοῖς ὑποδεξαμένοις ἀντὶ τῶν ἐκβεβληκότων ἐς ἐπανάστασιν εὐθὺς ἐγερθὲν καὶ μαχόμενον, πολὺ δεινότερα καὶ τραγικώτερα συνετόλμησεν ὧν D ἔπαθεν. ἡ μὲν γὰρ Θρᾴκη πᾶσα καὶ ἡ συνεχὴς αὐτῇ χώρα Μακεδονία καὶ Θεσσαλία τοιαύτη τίς ἐστι καὶ οὕτω πολυύμνητος, ὥστε οὐδὲ εἷς κατὰ ταῦτα ἀναγράφειν ὁ λόγος ἦν. τοσαύτην δὲ οὖσαν αὐτὴν καὶ οὕτω πολυάνθρωπον, εὐδαίμονά τε ἅμα καὶ εὔανδρον, ἡ τῶν Σκυθῶν ἄπιστος καὶ παράλογος ἐπανάστασις ἐξαπιναίως καὶ παραχρῆμα τῆς διαβάσεως συντολμηθεῖσα καὶ ἀνοιδήσασα κατεστόρεσεν ἐς τοσόνδε καὶ καθημάξευσε ταῖς συμφοραῖς, ὥστε χρυσὸν ἀποδειχθῆναι πρὸς τὰ Θρᾴκια πάθη τὴν Μυσῶν παροιμιώδη λείαν. δόξαν αὐτοῖς στασιάζειν, ἀξιομάχου μὴ παρούσης δυνάμεως εἰς ἄ- P. 21 μυναν, τῷ τε πλήθει πρὸς ἀνθρώπους ἀφυλάκτους καὶ ἀνόπλους ἐφάνησαν φοβερώτατοι, καὶ τῷ φονικωτάτῳ πρὸς τὸ κρατούμενον πάντα ἀνδρῶν ἐχήρωσαν. περιειστήκει δὲ ἐς

5. μεστὰ Casaubonus ap. Boisson. p. 273., μετὰ vulg. 7. γενναιότατον H. 8. ἐγερθὲν Boisson., ἐγερθῆναι vulg.

prosiliisse. Nostra autem aetas hanc fabulam re et eventu veram esse declaravit et oculis subiecit. Haud secus enim contigit, ut Scythici generis filii, per Romanorum ditionis terras, tanquam dentes, dispersi simul atque praeter solitum tempus ad aetatem, qua arma ferre potuerunt, progressi, omnia iracundia, furore et caedibus implerent. Itaque flos Scythici roboris et nobilitatis non contra expulsores, sed contra eos, qui ipsos exceperant, se convertit, et longe graviora et atrociora, quam passi fuerant, sunt ausi. Omnis enim Thracia et continens regio Macedonia et Thessalia talis est et tam multis carminibus celebrata, ut nulla oratione earum praestantia exprimi possit. Hanc talem tam populosam, beatam simul et a tam strenuis et fortibus viris habitatam et cultam Scytharum infideiis et insana rebellio, quam subito et statim post traiectionem susceperunt et in mains auxerunt, in eum contemptum adduxit, et usque eo spoliavit, ut prae hac Thraciae calamitate aurum esse videretur Mysica illa, quae proverbio fertur, praedatio. Visum autem est illis seditionem excitare, cum nullae copiae adessent, quae pugnare et illis resistere possent. Et multitudine quidem sua hominibus incautis et sine armis erant terrori et in cae-

A. C. 376 ἴσον λόγον καὶ Σκύθας Οὔννων μὴ φέρειν ὄνομα καὶ Ῥω-
Ind. 4 μαίους Σκυθῶν. πόλεις γοῦν εὐαρίθμητοι καὶ ὀλίγαι τινὲς
Val. I. 13 διεσώθησαν καὶ ἔτι σώζονται τειχῶν ἕνεκεν καὶ οἰκοδομη-
μάτων· ἡ δὲ χώρα καὶ τὸ πλεῖστον ἀπανάλωται, καί ἐστιν
B ἀοίκητον καὶ ἄβατον διὰ τὸν πόλεμον. βασιλεὺς δὲ ἐπειδὴ
τούτων ἐπύθετο τῶν ἀδιηγήτων κακῶν, πρὸς μὲν τοὺς Πέρ-
σας ἀναγκαίαν εἰρήνην συνθέμενος, ἑαυτῷ δὲ πολεμήσας ἐπὶ
V. 15 μεταγνώσει τῆς ὑποδοχῆς, τῷ θυμῷ τε ὑπερέζεσε, καὶ πρὸς
τὸν πόλεμον ἐντείνων ἑαυτὸν προκαταπέμπει τὸ Σαρακηνῶν
ἱππικὸν ὡς ἀντισχῆσον τοῖς βαρβάροις. ἤδη γὰρ καὶ τὴν
Κωνσταντίνου πόλιν κατέτρεχον, καὶ τοῖς τείχεσιν ἠνόχλουν
περικαθήμενοι, πολέμιόν τε οὐδὲν ὁρῶντες ἐς ἀντίπαλον μά-
χην, καὶ τοῖς φρονήμασιν εἰς πᾶσαν ὕβριν ὠλισθηκότες. ὃ
δὴ καὶ περιφανῶς ἔδοξε κάλλιστα στρατηγῆσαι κατὰ τὸν και-
ρὸν ἐκεῖνον ἡ τύχη.

A. C. 392 ζ. Ὅτι ἐπὶ Θεοδοσίου τοὺς πρώτους χρόνους τῆς βα-
Ind. 5 σιλείας τὸ τῶν Σκυθῶν ἔθνος ἐξελαυνόμενοι τῆς χώρας ὑπὸ
Theodos. Imp. 14 τῶν Οὔννων, διεβεβήκεσαν τῶν φυλῶν ἡγεμόνες, ἀξιώματι
C καὶ γένει προήκοντες. οὗτοι ταῖς τιμαῖς τοῦ βασιλέως ἐξωγ-
κωμένοι καὶ πάντα ἐφ' ἑαυτοὺς ὁρῶντες κείμενα, στάσιν ἐν
ἀλλήλοις οὐ μικρὰν ἤγειραν, οἱ μὲν ἀγαπᾷν καὶ δέχεσθαι
τὴν παροῦσαν εὐδαιμονίαν κελεύοντες, οἱ δὲ τὸν οἴκοι γεγο-

9. ἐντύνων coni. B. 13. ὃ δὴ] ὅθεν H.

des erga devictos effusi, omnia late mortalihus nudarunt. Inde factum est, ut Bomani Scytharum nomen non minus reformidarent, quam Scythae nomen Hunnorum. Ex civitatibus paucae moenibus et propugnaculis tutae, quas facile est enumerare, integrae et illaesae permanserunt et adhuc permanent. Sed regio ipsa plurimum est vastata, et inculta et deserta iacet ex hoc bello. Imperator autem ut de tot tantisque malis, quae narrari non possunt, factus est certior, se ipsum, quod illos receperit, accusans, pacem cum Persis necessario facere est coactus. Itaque ira flagrans et totus in illud bellum incumbens praemittit Saracenorum equitatum, qui barbarorum impetum reprimeret. Iam enim usque ad Constantinopolim excurrebant, et tanquam urhem obsidentes moenia incursabant, cum nullas copias, quae illis resistere possent, cernerent, superbia sua ad omnem ferociam delati. Unde fortuna tunc temporis manifeste visa est belle pro Romanis militasse.

7. Sub Theodosio primis eius imperii annis Scytharum gens sedibus suis excita et ab Hunnis expulsa, una cum suarum tribuum ducibus et aliis, qui genere et nobilitate praestabant, traiecerunt, et honoribus ab Imperatore delatis arrogantiores facti et omnia in se posita conspicientes, inter se non parvam seditionem excita-

νότα φυλάττειν ὅρκον αὐτοῖς καὶ μὴ παραβαίνειν ἐκείνας τὰς A. C. 392 συνθήκας. αὗται δὲ ἦσαν ἀσεβέσταται καὶ βαρβαρικὸν ἦθος Ind. 5 εἰς ὠμότητα παρατρέχουσαι, παντὶ τρόπῳ Ῥωμαίοις ἐπιβου- The. I. 14 λεύειν καὶ πάσῃ μηχανῇ καὶ δόλῳ τοὺς ὑποδεξαμένους ἀδικεῖν, κἂν τὰ μέγιστα ὑπ' αὐτῶν εὖ πάσχωσιν, ὡς ἂν τῆς D ἐκείνων ἁπάσης χώρας ἐγκρατεῖς γένωνται. περὶ τούτου μὲν οὖν ἦν αὐτοῖς ἡ στάσις, καὶ διανεμηθέντες ἀπεῤῥάγησαν, οἱ μὲν τὰ χείρω προθέμενοι τῆς βουλῆς, οἱ δὲ τὰ εὐσεβέστερα, ἐπικρύπτοντες δὲ ἑκατέρα στάσις τὴν πρόφασιν τῆς ὀργῆς ὅμως. καὶ ὁ βασιλεὺς τιμῶν οὐκ ἔληγεν, ἀλλ' ὁμοτραπέζους εἶχε καὶ ὁμοσκήνους, καὶ πολὺ τὸ φιλόδωρον ἐς αὐτοὺς ἦν· οὐδαμοῦ γὰρ ἐξεφέρετο καὶ παρεγυμνοῦντο τὰ τῆς φιλονεικίας. ἦν δὲ ἡγεμὼν τῆς μὲν θεοφιλοῦς καὶ θείας μερίδος Φράβιθος, ἀνὴρ νέος μὲν κατὰ τὴν ἡλικίαν, γεγονὼς δὲ εἰς ἀρετὴν καὶ ἀλήθειαν ἁπάντων ἀνθρώπων κάλλιστος. θεούς τε γὰρ ὡ- P. 22 μολόγει θεραπεύειν κατὰ τὸν ἀρχαῖον τρόπον, καὶ οὐδεμίαν ὑπέστη πλάσιν ἐς ἀπάτην καὶ διακράτησιν, ἀλλὰ γυμνὴν καὶ καθαρὰν διέφαινε τὴν ψυχὴν περὶ τοῦ βίου, ἐχθρὸν ὑπολαμβάνων

„ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ."

γυναῖκα οὖν ᾔτησε Ῥωμαίαν εὐθὺς, ἵνα μηδὲν ὑβρίζῃ διὰ

17. διακρότησιν coni. Cl. 21. κεύθει vulg.

runt, quum alii hortarentur, ut contenti praesenti prosperitate fruerentur, alii ut iusiurandum, quod domi praestiterant, servarent, neque pacta migrarent. Illa autem pacta erant immanissima, et crudelitate ipsum barbarorum morem excedebant: ut omni ratione Romanis insidias tenderent et omni arte et fraude illos, quorum summa in eos constabant merita, aggrederentur et circumvenirent, neque quiescerent, donec omni illorum regione potiti essent. De hoc igitur erat inter Scythas seditio, et inter se dissidentes, in duas contrarias partes lati sunt. Alii in deteriorem, alii in benigniorem sententiam vergebant, utraque tamen pars seditionis causam occultabat. Nihilominus Imperator illos honoribus ornare non desistebat, et modo suae mensae participes, modo sub eodem tentorio degentes admittebat et omni benevolentia eos prosequebatur. Nusquam enim prava eorum consilia apparebant et detegebantur. Erat autem sanctioris et Dei carae partis dux Fravitta, aetate quidem iuvenis, sed qui, cum virtutem excoluisset et veritati studuisset, omnium hominum praestantissimus evaserat. Deos ille sibi ad antiquum morem colendos statuebat, neque illi ullus inerat dolus. Non ille quicquam per fraudem et malitiam fingebat, quo sibi potentiam compararet, sed puro, simplici et candido animo inter homines agebat. Peiorem portis infernorum eum esse ducebat, qui aliud

A. C. 392 σώματος ἀνάγκην. καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπέτρεψε τὸν γάμον, καὶ
Ind. 5 ὁ πατὴρ τῆς κόρης (ἐτρέφετο γὰρ ὑπὸ πατρὶ) καὶ τὸ πρᾶγμα
The. I. 14 ἐθαύμασε, μακάριον ἑαυτὸν ὑπολαμβάνων, εἰ τοιοῦτον ἕξει
B γαμβρόν. τῶν μὲν οὖν ὁμοφύλων ὀλίγοι τινὲς τὴν εὐσέβειαν
καὶ ἀρετὴν ἀγασθέντες τοῦ νεανίσκου, πρὸς τὴν ἐκείνου γνώ-
μην ἐχώρησαν καὶ συνεστήκεσαν, οἱ δὲ πολλοὶ καὶ δυνατώ-
τεροι τῶν δεδογμένων ἐξ ἀρχῆς ἀπρὶξ εἴχοντο, καὶ πρὸς τὴν
ὠδῖνα τῆς ἐπιβουλῆς σφαδάζοντες ἐμεμήνεσαν· ὧν ἦρχεν
Ἐριούλφος, ἀνὴρ ἡμιμανὴς καὶ τῶν ἄλλων λυσσωδέστερος.
συμποσίου δὲ προτεθέντος αὐτοῖς παρὰ τοῦ βασιλέως ἁβρο-
τέρου καὶ πολυτελεστέρου, τὴν παροιμίαν ἀποδείξαντες ἀλη-
θῆ τὴν λέγουσαν „οἶνος καὶ ἀλήθεια," τοῦ Διονύσου καὶ τό-
C τε ῥήξαντος αὐτοῖς παρὰ πότον τὴν ἐπικρυπτομένην στάσιν,
διαλύεται μὲν τὸ συμπόσιον ἀτάκτως, καὶ διὰ θυρῶν ἐχώ-
ρουν τεθορυβημένοι καὶ παρακεκινηκότες· ὁ δὲ Φράβιθος
δι' ἀρετῆς ὑπερβολὴν τὸ καλὸν καὶ δίκαιον κάλλιον ἅμα καὶ
θεοφιλέστερον ὀφθήσεσθαι νομίζων, εἰ προσθείη τάχος, οὐ
περιμείνας ἕτερον καιρὸν, ἀλλὰ σπασάμενος τὸ ξίφος τῆς
πλευρᾶς Ἐριούλφου διήλασε. καὶ ὁ μὲν ἔκειτο πεσὼν, ὀνει-
ροπολήσας τὴν ἄδικον ἐπιβουλήν· οἱ δὲ * * *

15. παρῳνηκότες coni. Cl. 17. προσείη N.

In pectore versabat, aliud ore proferebat. Uxorem Romanam expetivit, ne propter corporis necessitatem iniurius esse cogeretur. Et Imperator secundum parentis arbitrium dedit ius nuptiarum, etenim puella sub patre nutriebatur. Is cum rem esset admiratus, beatum se ducebat, quod talem generum naetus esset. Ex eo factum est, ut nonnulli, sed admodum pauci, adolescentis virtutem et pietatem reveriti, ad eius causam se adiunxerint. Multo vero plures et hi potentiores, quae semel ab initio decreverant, tuenda sibi ducere, et conceptas insidias parturientes, insanire, et furere. Horum princeps erat Eriulfus, vir impotens et furibundus. Cum autem illos Imperator convivio lautiore excepisset, verum esse illud antiquum proverbium apparuit, in vino veritatem esse. Nam eius ope in apertum erupit seditio. Solvitur igitur convivium incondite, et magna eum commotione et confusione convivae tumultuantes foras prosiliunt. At Fravitta, quae erat eius virtutis magnitudo, si statim prosiliret, pulcrius et iustius se facturum existimavit. Itaque non exspectato alio tempore, ense educto latus Eriulfi confodit: et ille quidem occubuit, cum ante in somniis violentam et iniustam aggressionem praevidisset. * * *

ΕΥΝΑΠΙΟΥ ΣΑΡΔΙΑΝΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΤΗΣ ΜΕΤΑ ΔΕΞΙΠΠΟΝ
ΝΕΑΣ ΕΚΔΟΣΕΩΣ
ΕΚΛΟΓΑΙ ΠΕΡΙ ΓΝΩΜΩΝ.

E NOVA EDITIONE HISTORIAE
EUNAPII SARDIANI
QUA DEXIPPUM CONTINUAVIT
EXCERPTA DE SENTENTIIS.

ARGUMENTUM.

Praefatio libri primi (1). *Constantii adversus Iulianum insidiae* (2. 3). *Praefatio libri secundi* (4). *De Iuliani expeditione in Galliam* (5. 6). *Eius moderatio* (7). *Chariettonem amicum sibi conciliat* (8). *Constantii invidia contra Iulianum. Variae sententiae* (9. 10). *Iulianus epistolam ad Cyllenium mittit* (11). *Heraclii Stoici refutatio* (12 — 14). *Iulianus Scytharum incursiones animo praesagit* (15). *De obsidione Ctesiphontis* (16 — 18). *Iuliani mors: eius laudes, quibus anonymi invectio in Eunapium et Iulianum subiungitur* (19). *Iuliani Solis adoratio* (20 —23). *Oraculum de morte Iuliani* (24). *De seditione Procopii* (25—28). *Arbitio labantem Valentis animum firmat* (29). *Supplicia de consciis Procopii sumpta* (30. 31). *De coniuratione Theodori* (32. 33). *Exordium narrationis de fatis Hunnorum* (34). *De Marciano* (35). *De Musonio eiusque morte* (36 — 39). *Bellum Valentis contra Gothos* (40. 41). *Theodosii luxuria* (42). *De Gothorum in Thracia vastationibus* (43. 44). *Narratio de tragoedo exule* (45). *De perfidia Gothorum Christianam fidem simulantium* (46). *Magnum asinorum sub Theodosio pretium* (47). *De Gratiani ingenio et moribus* (48). *Maximi seditio. De dissoluto imperii statu Theodosio regnante* (49). *De Tatiano et Proculo* (50). *Convivium principum Gothorum apud Imperatorem* (51). *De Rufini et Stilichonis inimicitiis* (52). *Bargus ab Eutropio circumventus* (53. 54). *Querelae de malis scriptoribus: mirabilia non ideo esse falsa* (55). *Nuntios de rebus Occidentalibus valde esse incertos* (56). *Gaïnae et Argiboli (T r i g i b i l i) insidiae in Eutropium* (57 — 63). *Persae cuiusdam de victoriis Romanorum derisio* (64). *Fravitta Gaïnam vincit* (65. 66). *Fravitta Hieracis insidiis eversus* (67. 68). *Hierax poenas luit* (69). *Omnia sub Pulcheriae imperio venalia fuisse* (70. 71). *De crudelitate Stilichonis* (72).

R. 248
Cod. 263

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

α'. Δεξίππῳ τῷ Ἀθηναίῳ κατὰ τοὺς Ἀθήνησιν ἄρχοντας, ἀφ' οὗ παρὰ Ἀθηναίοις ἄρχοντες, ἱστορία συγγέγραπται, προσαριθμουμένων τῶν Ῥωμαϊκῶν ὑπάτων, καὶ πρό γε αὐτῶν τῶν ὑπάτων καὶ ἀρχόντων ἀρξαμένης τῆς γραφῆς. τὸ δὲ ἓν κεφάλαιον τῆς ἱστορίας τὰ μὲν ἀνωτέρω καὶ ὅσα τὸ ποιητικὸν νέμεται γένος, ἐφεῖναι καὶ ἐπιτρέψαι τῷ πιθανῷ καὶ μᾶλλον ἀναπείθοντι τὸν ἐντυγχάνοντα, τὰ δὲ προϊόντα καὶ ἐπὶ πλέον μαρτυρούμενα συνενεγκεῖν καὶ κατακλεῖσαι πρὸς ἱστορικὴν ἀκρίβειαν καὶ κρίσιν ἀληθεστέραν. βιάζεται γοῦν καὶ συναριθμεῖται τὸν χρόνον εἴς τε τὰς ὀλυμπιάδας περιγράφων καὶ τοὺς ἐντὸς ἑκάστης ὀλυμπιάδος ἄρχοντας. πρόθυρα δὲ κάλλους ἀνάμεστα προθεὶς τῆς συγγραφῆς, καὶ προϊὼν, τά τε ἔνδον ἐπιδείξας σεμνότερα, τὸ μὲν

1. In codice Vaticano haec praefatio eclogarii praemittitur: *ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΤΟΥ ΕΚΛΟΓΑΡΙΟΥ. Οὐκ ἀγνοίᾳ τῶν τῆς ἱστορίας χρόνων δεύτερον Εὐνάπιον τόνδε κατετάξαμεν Πρίσκου, (ἀνόητον γὰρ καὶ παρεξηυλημένων ἀνθρώπων ἔργον τοῦτο,) ἀπορίᾳ δὲ τῇ ἀπὸ φθόνου τῶν εὐπορούντων διαγενόμενοι οὕτως, οἳ βούλοιντ' ἂν ἔχειν ἄχθος ἐτώσιον ἀρούρης τὰς βίβλους καὶ παρ' ἑαυτοῖς διακατέχειν ἢ τοῖς χρῄζουσιν ἐπ' ὠφελίᾳ μεταδιδόναι. καὶ κινδυνεύει οὕτω γε προϊοῦσι τὴν παροιμίαν ἀνασοβεῖν τῆς ἐπὶ τῇ φάτνῃ κυνὸς, ἣ μήτ' αὐτὴ τῶν τῇ φάτνῃ ἀποκειμένων ἐπαπολαύει, καὶ τῶν βουλομένων καὶ δυναμένων ἀκόσμως καθυλακτεῖ.*

PROOEMIUM.

1. Dexippus Atheniensis iuxta annuorum principum, qui Athenis fuerunt fastos, iam inde a tempore, quo hi archontes apud Athenienses esse coeperunt, historiam composuit, Romanis quoque consulibus ex ordine adscriptis. Sed enim quum ante consules ipsos atque archontas scriptum exordiatur, id sibi proposuit historicus, ut antiqua nimis et quae a poëtarum gente traduntur, ea singula probabilitati suae p. mittat, et prout cuique lectori videbitur, esse sinat: posteriora tamen et quae testimoniis magis abundant, ea conferat ad historicam severitatem, et sub verioris criticae regulas redigat. Cogit igitur digeritque tempus, iuxta olympiadum seriem id scribens, iuxtaque occurrentes in unaquaque olympiade archontas. Iam pulcherrimo historiae suae prooemio praeposito, pergit porro; et ipsum scripturae corpus venustius adhuc ostendens, fabulosa quidem et prisca nimis resecat, atque apud horum auctores, tamquam

μυθῶδες καὶ λίαν ἀρχαῖον ἀφαιρεῖ, καὶ ἀφίησιν ὥσπερ φάρ-
μακον παλαιὸν καὶ ἀδόκιμον εἰς τοὺς συντεθεικότας· Αἰγυ-
πτίους δὲ χρόνους ἀναλεγόμενος καὶ συνωθούμενος ἐπὶ τα
πρῶτα καὶ τελεώτερα τῶν παρ' ἑκάστοις ἀρχῶν, τοὺς ἡγε-
μόνας καὶ πατέρας τῆς ἱστορίας ἐκτίθησιν, ἔνδηλος ὢν καὶ R. 249
σχεδόν τι μαρτυρόμενος, ὅτι τῶν ἀπιστουμένων ἕκαστον ἕτε-
ρος προλαβὼν εἴρηκεν. καὶ περιφέρει γε τὴν ἱστορίαν ἐκ
πολλῶν καὶ παντοδαπῶν τῶν ταῦτα εἰρηκότων ὥσπερ ῥωπόν
τι καὶ ποικίλον καὶ χρήσιμον εἰς ἓν μυροπώλιον τὴν ἰδίαν
ἐξήγησιν κατακεκλεισμένην καὶ συνηγμένην. πάντα δὲ, ὅσα
πρός τε τὸ κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων ἀξιόλογα καὶ κατ'
ἄνδρα δι' ἀρετὴν περιττοῦ τινος ὀνόματος τετυχηκότα λά-
βρως ἐπιδραμὼν καὶ διαθέμενος τῷ λόγῳ, τελευτῶν εἰς
Κλαύδιον καταλύει τὴν συγγραφὴν, καὶ Κλαυδίου τῆς βασι-
λείας ἔτος τὸ πρῶτον, ἐς ὃ καὶ τῆς βασιλείας ἤρχετο καὶ
ἐτελεύτα, ἐνιαυτὸν ἄρξας Ῥωμαίοις ἕνα· οἱ δὲ καὶ ἕτερον Cod. 264
αὐτῷ χαρίζονται. εἶτα ὀλυμπιάδας καταλογίζεται τόσας καὶ
τόσας καὶ ὑπάτους καὶ ἄρχοντας ἐπὶ ταύταις, τὴν χιλιάδα τῶν
ἐτῶν ὑποβαλὼν, ὥσπερ ἀγωνιῶν, εἰ μὴ πολλῶν λίαν ἐτῶν ἀ-
ποδοίη λόγον τοῖς ἐντυγχάνουσιν. ἐγὼ δὲ ὁ τοῦτο τὸ ἔργον εἰς
νοῦν βαλόμενος, ὑπ' αὐτοῦ Δεξίππου ταῦτα ἔχων ἐκδιδάσκε-

4. τελεώτερα] παλαιότερα coni. B.

pharmacum victum et reprobatum, otiosa esse sinit: Aegyptiaca vero tempora supputans atque ad antiquiores purioresque, qui sunt apud quamque gentem, fontes revocans, principes patresque historiae in medium profert; plane demonstrans ac propemodum testimoniis comprobans, unumquodque ex his incredibilibus alium ex alio historico fuisse mutuatum. Ipse autem e multis atque omnigenis, qui de his rebus scripserunt, historiam conficit; cinnum veluti varium et perbonum ad unicam pigmentarii officinam, ad suam videlicet narrationem, cogens atque cumulans. Omnia vero, quae sive generatim inter homines illustria, sive singillatim ob alicuius virtutem praestante fama inclaruerunt, celeriter percurrens atque in suam lucubrationem adsumens, finem historiae facit in Claudii anno primo, quo is regnum et auspicatus est et finivit, anno uno Romanis imperitans; quamquam nonnulli duos huic imperii annos largiuntur. Deinde olympiadas supputat planeque adnumerat cum consulibus et cum archontibus: atque ex olympiadibus mille annos conficit; laboriose admodum aestuans, nisi permultorum annorum lectoribus suis rationem reddiderit.

Ego vero, qui de hoc opere lucubrando consilium cepi, ab ipso quidem Dexippo discere potui atque cognoscere, quale quantumque

σθαι καὶ συλλαμβάνειν, ὅσος καὶ ἡλίκος ὁ κίνδυνος κατὰ
τὸν ἐνιαυτὸν ἕκαστον ἱστορίαν γράφειν, καὶ πρὸς τοὺς ἐν-
τυγχάνοντας ὁμολογεῖν, ὅτι ταῦτα οὐκ ἔστιν ἀληθῆ κατὰ τοὺς
χρόνους, ἀλλὰ τῷ μὲν οὕτως, τῷ δὲ ἑτέρως ἔδοξε, καὶ πε-
ριφανῶς ἑαυτοῦ κατηγορεῖν, ὥσπερ ἐκεῖνος, ὅτι χρονικὴν
ἱστορίαν γράφων πλανωμένην τινὰ καὶ μεστὴν τῶν ἀντιλε-
B. 250 γόντων ὥσπερ ἀπρόεδρον ἐκκλησίαν ἐκτίθησι τὴν γραφήν,
ὀξέως δὲ καὶ τῆς Βοιωτίας ἀκούων παροιμίας, ὅτι οὕτως
αὐλεῖν οὐ πρέπει, κἀκεῖνα προσελογιζόμην, ὅτι τέλος ἱστο-
ρίας καὶ σκοπὸς ἄριστος· τὰ πραχθέντα ὅτι μάλιστα δίχα
τινὸς πάθους εἰς τὸ ἀληθὲς ἀναφέροντα γράφειν, οἱ δὲ ἀκρι-
βεῖς λογισμοὶ τῶν χρόνων, ὥσπερ ἄκλητοι μάρτυρες αὐτο-
μάτως ἐπεισιόντες, ἐς ταῦτα ὠφελοῦσιν οὐδέν. τί γὰρ Σω-
κράτει πρὸς σοφίαν καὶ Θεμιστοκλεῖ πρὸς δεινότητα συντε-
λεῖται παρὰ τῶν χρόνων; ποῦ δὲ ἐκεῖνοι καλοὶ κἀγαθοὶ
διὰ θέρος ἦσαν; ποῦ δὲ τὰς ἀρετὰς ἐφ' ἑαυτῶν, καθάπερ
τὰ φύλλα, πρὸς τὴν ὥραν τοῦ ἔτους αὐξανομένας καὶ ἀποῤ-
ῥεούσας παρείχοντο; ἀλλ' ἴσως ἕκαστος αὐτῶν τὸ γοῦν ἐς
φύσιν καὶ δύναμιν ἀγαθὸν διαρκῶς καὶ συνεχῶς ἐν ταῖς ἐν-
εργείαις ἀπεδίδου καὶ διέσωζεν. τίς οὖν λόγος πρὸς ἱστορί-
ας τέλος εἰδέναι καὶ γινώσκειν, ὅτι τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμα-
χίαν ἐνίκων οἱ Ἕλληνες κυνὸς ἐπιτέλλοντος; τί δ' ὄφελος

13. ἐπεισιέντες ed.

periculum sit per annos singulos historiam deducere, ac porro lectoribus confiteri, hoc et illud secundum temporum rationem non vere esse dictum, sed aliis aliter visum: atque ita se ipsum perspicue coarguere, ut reapse Dexippo accidit, quod historiae chronicae quivis auctor fallacem quandam et plenam repugnantiarum, ceu chorum exlegem, edit scriptionem: Boeoticum quoque proverbium mox auditurus, quod sic tibiis sonare non decet. Denique et illud mecum reputavi, finem historiae scopumque optimum esse, ut res gestae, duce omnino veritate, absque ullo affectu scribantur: accuratos vero temporum calculos, si veluti testes non invocati adsint, praedictae rei nihil prodesse. Nam quid Socrati ad sapientiam vel Themistocli ad ingenii sollertiam conferunt tempora? Quid scire refert, ubinam hi praeclari viri per aestatem degerint? ubinam suas virtutes, tamquam folia pro anni tempore, crescentes defluentesque exhibuerint? Atqui horum fortasse uterque quidquid vel naturae cognitione vel ingenii cultu exquisitum erat, id perseveranter atque perpetuo prae se ferebat actibus suis atque servabat. Quid prodest historiae proposito scire ac cognoscere, Graecos navali proelio ad Salaminam vicisse exoriente canicula? Quid rursus confert lectoribus ad utilitatem ex hi-

τὴν τοῖς ἐντυγχάνουσιν εἰς ὠφέλειαν ἱστορικῆς χρείας, εἰ κατὰ ταύτην ἐτέχθη τὴν ἡμέραν ὁ δεῖνα καὶ μελοποιὸς ἀνέσχεν ἢ τραγῳδὸς ἄριστος; εἰ γὰρ ἔσχατος ὅρος τῶν περὶ τὴν ἱστορίαν καλῶν τὸ πολλῶν καὶ ἀπείρων πραγμάτων ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ διὰ βραχείας ἀναγνώσεως πεῖραν λαβεῖν, καὶ γενέσθαι γέροντας ἔτι νέους ὄντας δι' ἐπιστήμην τῶν προγεγονότων, ὥστε, τίνα μὲν φευκτέον, τίνα δὲ αἱρετέον, εἰδέναι, τοὐναντίον ἐμοί γε δοκοῦσι ποιεῖν οἱ περιττοῖς καὶ ἀπηρτημένοις ἐπεισοδίοις ὥσπερ ξενικοῖς ἡδύσμασι τὸ τῆς Cod. 313
ἱστορίας ἐδώδιμον καὶ χρήσιμον ἀνατρέποντες καὶ διαφθεί- R. 251
ροντες ἁλμυρῷ λόγῳ πότιμον ἀκοήν. κωλύει μὲν γὰρ ἴσως οὐδὲν καὶ περιττόν τι μαθεῖν, ἄλλως τε, ὥς φησιν αὐτὸς Δέξιππος, τῶν μὲν χρονικῶν ἢ πάντων ἢ τῶν πλείστων διαπεφωνημένων, τῶν δὲ ὑπερόρων καὶ φανερῶν πράξεων συμπεφωνημένων. τίς γὰρ οὕτω περιβόητος ἅπασιν ὅσοι λόγων ἥψαντο καὶ κατέλιπον λόγους, ὡς Λυκοῦργος Λακεδαιμόνιος; ἐς ὃν καὶ ἡ τοῦ θεοῦ μαρτυρία διὰ στόματος ἅπασι θεὸν ἄντικρυς ἀνακαλοῦντος ἐπὶ τῷ θεῖναι τοὺς νόμους. τίς δὲ τῶν ταῦτα εἰρηκότων ἑτέρῳ συμφέρεται περὶ τῶν ἡνίκα ἐτίθει τοὺς νόμους χρόνων; ἀλλὰ πάντες, ὥσπερ οἰκίαν ἢ στύλον δοκιμάζοντες ἤ τι τῶν ὁμοίων, ὅτι μὲν ἔστι καὶ γέγονε, συντίθενται καὶ κατανεύουσι, περὶ δὲ τοῦ πότε

2. ὁ add. N. 4. ἀπείρως ed. 14. δὲ deest ed. 17. στόμασιν cod., στόμα ἐστὶν ed.

storia capiendam, quod ille tali die natus sit, qui deinde melicus vel tragicus poëta evasit optimus? Etenim si summum historiae bonum in eo vertitur, ut multarum incognitarumque rerum gestarum brevi tempore modicaque lectione peritiam nanciscamur, fiamusque senes, dum iuventute floremus, ob praeteritarum rerum scientiam, ita ut, quid fugiendum sit quidve adpetendum, sciamus; contrarium mihi facere videntur qui supervacaneis et assutis episodiis, tamquam peregrinis condimentis, bonum historiae pabulum adulteraut, delicatumque auditum amaro sermone violant. Nisi forte inania etiam discere animus fert. Praesertim quum chronici scriptores, ut ait ipse Dexippus, vel omnes vel certe plurimi invicem dissideant in rebus illustribus ac manifestis, quas per se ipsas in controversiam nemo revocat aut diffitetur. Nam quis apud historiae peritos vel conditores Lacedaemonio Lycurgo celebrior est? de quo Dei testimonium in ore omnium versatur, parem Deo vocitantis ob ferendarum legum sapientiam. Quotusquisque vero ex his, qui de ea re scripserunt, consentit cum alio homine de temporibus, quibus ille leges scribebat? Nimirum id omnes, tanquam de domo vel columna vel re simili agatur, quod quidem ille exstiterit, concedunt et annuunt; quonam

*παντοδαπῇ ἐμπεπλήκασι τὰ βιβλία. ὁπότε καὶ Θουκυδίδης ὁ πάντων ἀκριβέστατος τὸν μέγαν καὶ πολυύμνητον ἐκεῖνον πόλεμον ἀρχήν τινα καὶ προφάσεις φησὶ λαβεῖν πρὸς δευτέραν κίνησιν ἐκ διαφορᾶς ἡμερῶν, ἢ περὶ πόλεων ἁλώσεως αὐτοῖς ἐγένετο, καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἔχει διαιτᾷν σαφῶς καὶ ἀκριβῶς, τίνες ἐπεκάλουν δικαιότερον, ἀλλ' ἐπὶ τὰς ἡμέρας ἐλθὼν ὑποδηλοῖ καὶ παραδείκνυσιν, ὅτι κενή τίς που καὶ ἀχρεῖος ἡ περὶ τοὺς χρόνους διατριβὴ καὶ σχολή.

R. 252 Τοιαῦτά τινα καὶ πλείω ἕτερα πρὸς ἐμαυτὸν ἐκκλησιάσας καὶ βουλευσάμενος, καὶ τοῖς ἐς τὰ χρονικὰ σπεύδουσιν καὶ ἀνεστηκόσιν ὅμοιά τινα παρεγγυῶν, ὡς ἡ περὶ τὰς ὥρας καὶ ἡμέρας ἀκρίβεια πλουσίων οἰκονόμοις τισὶ καὶ λογισταῖς πρέπει, καὶ νὴ Δία γε τοῖς ἐς τὰ οὐράνια κεχηνόσι, καὶ ὅσοι πρὸς ἀριθμῷ φανερῶς κάθηνται· αὐτὸς δὲ προαγορεύων πόῤῥωθεν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὅτι πιστεύσας ἐμαυτῷ δύνασθαι γράφειν γεγονότα τε καὶ γινόμενα πρὸς τόδε τὸ ἔργον ὥρμησα, τὸ μὲν κατ' ἐνιαυτὸν καὶ καθ' ἡμέραν ὥσπερ ἀπροσδιόνυσόν τινα ῥῆσιν παραιτησάμενος, τὸ δὲ κατὰ χρόνους, οἳ τοῖς βασιλεῦσι περιγράφονται, κρίνας ἀληθέστερον. ἀναγνώσεται γοῦν τις, ὅτι ταῦτα ἐπὶ τοῦδε τοῦ βασιλέως ἢ τοῦδ' ἐπράττετο· καθ' ὃν δὲ ἐνιαυτὸν καὶ ἡμέραν, ἕτερος

1. Ante παντοδαπῇ excidisse coni. N. ἀπορίᾳ. 3. τινα et πρὸς δευτ. emend. Cl. monens respici ab Eunapio Thucyd. IV, 122, non II, 19 aut V, 20., τινας et ἔτους δευτ. ed. 4. πόλεων cod., Πλαταιῶν ed. ex coniectura Mail. 11. παρεγγυῶ coni. B. 14. προαγορεύω coni. B. 20. ἐπὶ N., ἐστι ed.

autem tempore exstiterit, id innumeris libris disquirunt. Et quidem ipse Thucydides, quo nemo fuit in notandis temporibus diligentior, magnum illud et famigeratum bellum renovati ardoris initium occasionesque cepisse ait ex dierum controversia, quae de captis oppidis inter illos oriebatur. Neque tamen ipse satis aperte accurateque definit, utri iustius questi sint: mox cum ad dierum supputationem ventum est, plane significat atque demonstrat, vanam esse propemodum atque inutilem temporum notationem ac sedulitatem.

Haec et alia plura mecum ipse animo collegi ac reputavi; et ceteris etiam, qui ad annales scribendos studinm impendunt, admonendi causa suggessi; quod videlicet circa anni tempestates diesque sedulitas vilicos divitum ac rationarios deceat, atque eos hercle, qui coelestia scrutantur, et calculatoris artem diserte profitentur. Ego vero hoc lectoribus meis affirmo, me non sine fiducia vires ad res praeteritas ac praesentes scribendas mihi suffecturas, hoc opus adgressum esse, ita quidem, ut minutam sive anni sive diei rationem, ceu quid importunum, negligam; verum ipsa tempora verius expendam, intra quae reges singuli versati sunt. Lector igitur apud me

† ἐς τὴν ἀπάτην χορεύεταί τίς. ἐγὼ δὲ καὶ τὸ πιστεύειν ἐ-
μαυτῷ γράφω, ἀνδράσιν ἑπόμενος, οἳ τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου Cod. 314
μακρῷ προεῖχον κατὰ παιδείαν καὶ διατεταμένως ἐνῆγον
μὴ σιωπᾶν τὰ κοινὰ τῶν ἔργων, καὶ ὅσα ὁ καθ' ἡμᾶς ἔφερε
χρόνος, καὶ τὰ πρὸ ἡμῶν μετὰ τὴν Δεξίππου γραφὴν οὔ-
πω λόγου τε καὶ ἱστορίας ἐμφανοῦς τετυχηκότα. ἐγίνετο δὲ
ἐκείνοις τε κἀμοὶ κοινὸν τὸ ἔργον τόδε, καὶ πάντα γε ἐς τὸν
Ἰουλιανὸν ἀναφέρειν ἐδόκει, ὃς ἐβασίλευσε μὲν ἐφ' ἡμῶν, τὸ
δὲ ἀνθρώπινον αὐτὸν ὥσπερ τινὰ θεὸν προσεκύνουν ἅπαν-
τες. λόγου δὲ ἦν ἄξιον καὶ καλῶς ἔχειν ἐδόκει, καθάπερ
τοῖς ἕνεκεν ἐρωμένης . . .
νοῦσι ποιηταῖς οἱ γενομένοις ἀρίστοις· οὕτω καὶ ἡμῖν ἀρχήν
τινα καὶ γένεσιν προθεμένοις τὴν . . . παρόντα καὶ . . .
τῶν προ . . . ἐδόκει . . . . φὴν . . . κόντων χρόνων . . .
μένον καὶ . . . ψυψῆς (sic ed.) ἀναφέρουσι . . . τὸ εἴδωλον . . .
δεῖν . . . ἐν ἀλλοτρίοις.

β. Ὅτι ἐξουσία ἐστὶ . . . πονηρᾶς . . . ὑπὸ λόγου . . . R. 253
παρακινεῖ καὶ . . . χρόνον . . . χρηματίζει . . . ἀρχὰς . . .
γὰρ μήποτε . . . οὕτω δέ τι . . .
. . . . ἀλλ' ἡ μὲν παροιμία φησὶ τὸ θέρος ἐπὶ τῇ
καλάμῃ φαίνεσθαι· τότε δὲ ὁ Κωνστάντιος ἐδείκνυ τοῦ Cod. 121
πατρὸς ὤν.

γ. Ὅτι κατὰ τὸν Ἰουλιανὸν τὸν Καίσαρα δοκοῦν τῷ A. C. 361
αὐτῷ Κωνσταντίῳ βεβουλεῦσθαι καλῶς, ὁ χρόνος τὴν πεῖ-

1. καὶ] κατὰ N. 8. ἐδόκει — τὸ δὲ N., καὶ δοκεῖ τοῖς βασι-λεῦσι μὲν ἐφ' ἡμῶν τόδε ed. 10. καὶ add. M. 11. ἐρωμένης B., ἐρωμένοις ed.

inveniet quae cuiusque regis res gestae sint; verumtamen rei gestae annum et diem alius quivis praestigiator dicat. Ego vero pro hac ipsa mei fiducia scribere incipio: exemplum secutus hominum, qui hanc nostram aetatem eruditione sua valde superaverunt: enixeque mihi proposui, quominus nihil publicarum rerum tacerem, sive quas nostra aetas vidit, sive superiores, quotquot post historiam Dexippi nondum litteris vel publicis commentariis commendatae fuerunt. Quare commune cum illis historicis negotium suscepimus, et nobis quidem omnia ad Iuliani tempora referenda videbantur, qui memoria nostra regnavit et numinis instar ab universis hominibus cultus est . . .

2. Potentia est . . . .

* Ait vero proverbium: messem calamus ostendit. Tunc ergo Constantius, quonam parente satus esset, palam fecit.

3. Quae consilia Constantius contra Iulianum Caesarem adornavisse ex utilitate sua putabat, ea feliciter tempus in contrarium

A. C. 361 Ind. 4 Con. I. 25 Iul. C. 7 ραν ἐς τὸ ἐναντίον ἔστρεφεν, ταῖς τοῦ Καίσαρος ἀρεταῖς συνενθουσιώσης ἤδη τῆς τύχης, καὶ σχεδὸν ἑκάστης ἡμέρας ξένα καὶ ποικίλα φερούσης τῷ βασιλεῖ διηγήματα· ἐφ' οἷς ὁ Κωνστάντιος δακνόμενος ἤδη καὶ δυσφορῶν ὑπὸ φθόνου, τοὺς ἡγουμένους τῶν φύσει πολεμίων ἐπετείχιζε τῷ Καίσαρι, καὶ τὴν αὑτοῦ προσετίθει τοῖς ἐχθροῖς δύναμιν, μόνα †ὁρῶν τὰ ἡδέα, καὶ τὸ οἰκεῖον ξένον ὑπολαμβάνων, εἰ σὺν τῷ Καίσαρι σώζοιτο, καὶ τὸ ξένον οἰκεῖον, εἰ καταλύοι μεθ' ἑαυτοῦ τὸν Καίσαρα· ὥστε ὁ πόλεμος εἰς τὸ ὕπουλον μεταβαλὼν καὶ τὸ φύσει πολέμιον ἐποίει σύμμαχον.

R. 254

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΤΟΥ Β' ΛΟΓΟΥ.

δ'. Τὰ μὲν οὖν ἀπὸ τῆς Δεξίππου συγγραφῆς ἐς τοὺς Ἰουλιανοῦ καθήκοντα καιρούς, ὡς ἐνῆν μάλιστα διὰ τῶν ἀναγκαίων ἐπιτρέχουσιν, ἱκανῶς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν δεδήλωται· φέρεται δὲ ἐντεῦθεν ὁ λόγος ἐφ' ὅνπερ ἐφέρετο ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἀναγκάζει γε τοῖς ἔργοις ἐνδιατρίβειν ὥσπερ τι πρὸς αὐτὸν ἐρωτικὸν πεπονθότας. οὔ τι μὰ Δία τεθεαμένους ἢ πεπειραμένους· κομιδῇ γὰρ ἦν ὁ γράφων τάδε παῖς, ἡνίκα ἐβασίλευσεν· ἀλλὰ δεινόν τι χρῆμα καὶ ἀπαραίτητον εἰς ἔρωτα τὸ κοινὸν ἀνθρώπων ἁπάντων πάθος καὶ τὸ τῆς ἐφ' αὐτῷ δόξης ἀστασίαστον. πῶς γὰρ ἦν σιωπᾶν ὑπὲρ ὧν οὐδεὶς ἐφε-

13. καιροὺς add. M. 17. τοι N. 20. ἐπ' αὐτῷ coni. B.

vertit: Caesaris virtutibus favente iam studiosissime fortuna, et prope quotidie novis variisque nuntiis ad Augustum delatis: quibus morsus Constantius et iam aeger invidia, in Caesarem acerrimorum hostium duces incitavit, atque horum odiis vim ipsemet suam adiunxit. Et iam unice commodum suum respiciens, suos pro alienis habebat, si cum Caesare salvi essent; alienos pro suis, dummodo Caesari secum insidiarentur. Quare hoc belli subdolum genus eos etiam, qui naturaliter hostes erant, in amicorum numero habebat.

LIBRI SECUNDI PROOEMIUM.

4. Res itaque post Dexippi historiam usque ad Iuliani tempora gestae satis in superioribus, quantum summa quaeque attingenti licuit, declaratae fuerunt. Deinceps oratio fertur ad eum, quem iam ab initio spectabat, Caesarem; cogitque nos in eius gestis versari, amatorio veluti stimulo erga illum pellectos: non quod per Iovem nos eum viderimus, vel consuetudinem cum eo habuerimus: prorsus enim adolescentulus erat, qui haec scribit, dum ille regnabat: sed profecto magnum creat atque insuperabilem amorem concors hominum communisque sensus, et firmissima de illo principe existimatio. Nam quomodo nobis silere liceret de quo nemo conti-

ρε σιωπᾶν; πῶς δὲ μὴ λέγειν ὅσα καὶ οἱ μὴ δυνάμενοι λέγειν ἀπὸ στόματος ἔφραζον, ἐς γλυκεῖάν τινα καὶ χρυσῆν διατριβὴν τὴν ἐκείνου ἀναφέροντες. καὶ ὁ μὲν πολὺς ἄνθρωπος ταῦτα πάσχοντες ὅμως ἔλαττον ἐς τὸ γράφειν ἐξεβιάζοντο· τὸ δὲ ἐξαίρετον, καὶ ὅ,τι περ ἦν ἐν παιδείᾳ γνωριμώτατον, οὐδὲ ἀφιέντα ἠφίεσαν, ἀλλ' ἐνέκειντο παραθαρσύνοντες ὡς ἐπιληψόμενοι τοῦ πόνου. ὁ δὲ ἐς τὰ μάλιστα γεγονὼς αὐτῷ γνώριμος, ὁ Περγαμηνὸς ἀνὴρ Ὀριβάσιος, ἐκ φυσικῆς φιλοσοφίας ἰατρικὴν ἐπιτάττειν ἄριστος καὶ δρᾶν R. 255 ἔτι θειότερος, καὶ ἀσεβήσειν ἐβόα περιφανῶς, εἰ μὴ συγγράφοιμι· καὶ τῶν γε πράξεων (πάσας δὲ ἠπίστατο παρὼν ἁπάσαις,) μάλα ἀκριβῶς ὑπόμνημα συνετέλει πρὸς τὴν γραφήν· ὥστε οὐκ ἦν ἀναβολὴ καὶ βουλομένῳ ῥᾳθυμεῖν.

ε'. Τοῦτο ἐγένετο τὸ εὐτύχημα, καὶ πάντα, ὥσπερ ὀ- Cod. 122 στράκου μεταπεσόντος, ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐχώρησε τοῖς Ῥωμαίοις.

ς'. Ὅτι φησὶν Εὐνάπιος περὶ τοῦ παραβάτου Ἰουλια- A. C. 357 νοῦ· τῆς δὲ στρατείας ταύτης σφοδροτάτης τε ἅμα καὶ Ind. 15 κλεινοτάτης τῶν πρὸ αὐτῆς γενομένων τὴν διήγησιν ἐς τήνδε Con. I. 21 Iul. C. 3 τὴν γραφὴν ἐντείνοντες, οὐ πεισόμεθα ταὐτὸν τοῖς ἐν ἡμέρᾳ δᾷδας ἀνασχοῦσιν, ἵνα τι κρυπτόμενον ἀνεύρωσιν· οὐδὲ ὑπὲρ ὧν ἱκανῶς ἅμα καὶ συνενθουσιῶν τοῖς ἑαυτοῦ καλοῖς

1. σιωπήν N. 3. ἀναφέροντες] ἀναφέροντες μνήμην N. 7. συνεπιληψόμενοι coni. B. 15. τοῖς om. Suidas s. v. ὀστράκου.

cescere poterat? Cur ea non diceremus, quae fandi etiam imperiti nihilominus loquebantur, laudem illius dulce quoddam et aureum officium ducentes? Et vulgus quidem quamquam ita esset affectum, minus me tamen ad scribendum compellebat; sed enim spectati homines et quotquot erant doctrina illustrissimi, remissum me non remittebant, verum hortando instabant ac prae se ferendo laboris quandam communionem. Qui vero Iulianum maxime noverat Pergamenus Oribasius, homo a naturali philosophia ad medicam artem docendam paratissimus, et ad exercendam adhuc divinior, me etiam impium inclamabat aperte, nisi ad scribendum incumberem. Idem rerum quoque gestarum, quas omnes utpote praesens noverat, perquam accuratos commentarios mihi ad historiam scribendam suppeditavit. Quare non fuit morandi potestas, etiamsi otiari voluissem.

5. Haec felicitas contigit, atque omnia, tamquam testa conversa, meliora Romanis fluere coeperunt.

6. De Iuliano apostata sic ait Eunapius: Huius maximae et quotquot antea fuerunt clarissimae expeditionis narrationem scribere adgrediens, haud imitabor eos, qui meridie faces attollunt, ut latens aliquid vestigent. Nam quia ipse Iulianus, in scriptorum quoque numero princeps, suorum facinorum admiratione captus, libellum integrum super hoc proelio conscripsit, equidem haud illi me

A. C. 357 βιβλίδιον ὅλον τῇδε ἀναθεὶς τῇ μάχῃ διῆλθεν ὁ βασιλικώ-
Ind. 15 τατος καὶ ἐν λόγοις Ἰουλιανὸς, αὐτοὶ παραβαλούμεθα καὶ
Con. I. 21 Iul. C. 3 συνεκθήσομεν ἑτέραν γραφὴν τὰ αὐτὰ σημαίνουσαν· ἀλλὰ
R. 256 τοῖς μὲν βουλομένοις τὸ μέγεθος τῶν ἐκείνου λόγων τε καὶ ἔργων ἀνασκοπεῖν τὸ περὶ τούτων βιβλίον ἐπιτάξομεν, καὶ πρὸς ἐκείνην φέρεσθαι τὴν ἀκτῖνα τῆς συγγραφῆς, ἐκ τῆς ἐνεργείας τῶν τότε ὑπ' αὐτοῦ πραχθέντων ἐπὶ τὴν τοῦ λόγου δύναμιν ἀποῤῥυεῖσαν καὶ διαλάμψασαν· αὐτοὶ δὲ ὅσον οὐ πρὸς ἅμιλλαν μειρακιώδη καὶ σοφιστικὴν, ἀλλ' εἰς ἱστορικὴν ἀκρίβειαν ἀναστῆσαι καὶ διαπλάσαι τὸν λόγον, ἐπιδραμούμεθα τὰ γεγενημένα, συνάπτοντες τοῖς εἰρημένοις τὰ ἐχόμενα.

ζ. Ὅτι Ἰουλιανὸς τοὺς ἀρχομένους καὶ τοὺς πολεμίους ἐδίδασκεν ἅμα τίσι δοκεῖ τὸν ὄντως βασιλέα κρατεῖν, καὶ ὡς ἀνδρεία μὲν καὶ ῥώμη καὶ χειρῶν κράτος πρὸς τοὺς ἀνθεστηκότας μόνον τῶν πολεμίων χρήσιμα, δικαιοσύνη δὲ μετ' ἐξουσίας ὥσπερ πηγή τις οὖσα τῶν ἀρετῶν καὶ τοὺς μὴ παρόντας χειροήθεις ἐμποιεῖ καὶ δουλοῦσθαι πέφυκε. τοιαύτας ὑποτείνων ἀρετὰς καὶ σπέρματα φιλοσοφίας εἰς τοὺς ὑπηκόους ἅπαντας ἀπὸ βήματος ἐπέταττε Ῥωμαίοις μηδένα Σαλίων ἀδικεῖν, μηδὲ δῃοῦν ἢ σίνεσθαι τὴν ἰδίαν χώραν. ἰδίαν δ' ἀπέφαινε πᾶσαν αὐτοὺς δεῖν ὑπολαμβάνειν, ἣν ἄνευ μάχης καὶ πόνων ἔχουσιν· ὡς ἀναγκαῖον εἶναι πολεμίαν

5. βιβλίον] βιβλίον ἀναγινώσκειν N. 14. δοκεῖ] δεῖ coni. B. 18. τε ποιεῖν coni. B.

contendam, neque aliam historiam eadem de re instruam: sed eos, qui orationis pariter et operum magnitudinem contemplari volunt, ad praedictum libellum ablegabo atque ad illius scripturae splendorem, qui nimirum ex operum eius virtute in ipsius orationis facundiam radios proiicit. Ego vero haud puerilis vel sophisticae aemulationis studiosus, sed ad historicam veritatem orationem meam conformans et dirigens, res gestas percurram, et ante dictis consequentia nectam.

7. Iulianus subiectos aeque suos atque hostes edocuit, quanam ratione verus rex vincere debeat: et quod fortitudo ac robur manuumque vis contra hostes tantummodo in acie valeant; verum iustitia cum imperio iuncta fons quidam virtutum sit, eaque absentes quoque subditos sibi servosque faciat. Atque has Iulianus virtutes philosophiaeque semina de tribunali suo palam subditis cunctis ostentans, Romanos inhibuit, quominus quemquam Saliorum laederent, vel popularentur regionem propriam atque vastarent: propriam vero dicebat debere eos existimare regionem, quam sine pugna et labore tenerent. Quare opus esse, ut illam utique hosticam crederent, cu-

τὴν τῶν πολεμούντων ἡγεῖσθαι καὶ νομίζειν, οἰκείαν δὲ τὴν τῶν παρακεχωρηκότων.

η'. Ὅτι εἰώθει Ἰουλιανὸς· ἀρχὴν νίκης, οὐ πολέμου τίθεσθαι.

Τοῦτον δεξάμενος ἑταῖρον ἐφ' ἑαυτῷ συνιστάμενον εἶ- R. 257
† χεν· εἶτ' ἄλλος προσῄει, καὶ πλῆθος ἦν· καὶ καθάπερ οἱ Πυθαγόρειοί φασι, μονάδος ἐπὶ δυάδα κινηθείσης οὐκέτι τὴν τῶν ἀριθμῶν ἠρεμεῖν φύσιν, ἀλλὰ διαχεῖσθαι καὶ ῥεῖν ἐς πολὺ, οὕτω, Χαριέττονος Κερκίωνα προσλαβόντος, αἵ τε πράξεις ἐπὶ πολὺ προῄεσαν, καὶ ὁ τῶν συνισταμένων ὄχλος ἀνάλογον ἠκολούθει ταῖς πράξεσιν. Cod. 285

θ'. Ὅτι φησὶν ὁ Εὐνάπιος περὶ Ἰουλιανοῦ· ἐνταῦθα δὲ γενομένους μεμνῆσθαι προσῆκεν, ὡς νῦν ἡ γραφὴ περιέχει τὰ τοῦ Καίσαρος ἔργα, ταῦτα δὲ ἐγίνετο Κωνσταντίου βασιλέως βασιλεύοντος. ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς κατὰ Κωνστάντιον ἀμφοτέρων μεμνημένη τὰ τοῦ προκειμένου Κωνσταντίου μᾶλλον εἷλκεν καὶ παρῆγεν εἰς τὸν λόγον, οὕτως ἐπειδὴ τὸν λόγον ἐκ τῆς γενέσεως εἰς Ἰουλιανὸν ἐλθόντα τὸν Καίσαρα νῦν ἀναγράφει, ἐπιμνήσεται πάλιν, ἐς ὅσον ἂν ἐγχωρῇ R. 258
αὖ, τῶν κατὰ τοὺς παραπίπτοντας καιροὺς εἰς τὸν Καίσαρα Κωνσταντίῳ συντεθειμένων τε καὶ μεμηχανημένων.

Ὁ μὲν γὰρ Ῥωμαῖος Μάριος τὸν ἀντίπαλον Σύλλαν

12. Ἰουλιανὸν ed. 16. τὰ τοῦ Ν., ταῦτα ed. 20. αὖ, τῶν Β., αὐτῶν ed.

ius incolae armis resisterent; verumtamen illam propriae instar haberent, quae iam sui deditionem fecisset.

8. Iulianus non pugnam, sed victoriam exordiri solebat.

Hunc in sodalitatem receptum lateri suo adhaerentem habebat: tum alius accedebat, fiebatque numerus. Et quemadmodum Pythagorii aiunt monadem, si ad dyadem adiiciatur, haud iam retinere solitariae notae rationem, sed diffundi atque in pluralem numerum crescere; ita postquam Charietto Cercionem sibi adiunxit, plura iam facinora edebantur, et iam conspirantium turba propter felicem factorum successum sequebatur.

9. Haec ait de Iuliano Eunapius: Atque hoc iam loco meminisse decet, nune quidem historiam facta Caesaris complecti, quae quidem Constantio Augusto regnante patrata fuerunt. Sicuti ergo, dum Constantii res narrabantur, utriusque mentio in historia fiebat, ita tamen ut, quia Constantius praecipua persona erat, ad hunc maxime tenderet spectaretque oratio; ita nunc, quia de Iuliano ab eius nativitate usque ad Caesaris dignitatem scribimus, rursus quantum res tulerint, insidias machinasque memorabimus, quas opportuno tempore adversus Caesarem Constantius instruxit.

Adversarium Syllam Marius Romanus feram bimembrem appel-

διπλοῦν θηρίον ἀποκαλῶν, ἀλώπεκα καὶ λέοντα, μᾶλλον ἔφασκε φοβεῖσθαι τὴν ἀλώπεκα· Κωνσταντίῳ δὲ λέων μὲν οὐδεὶς παρῆν, πολλαὶ δὲ ἀλώπεκες κύκλῳ περιτρέχουσαι διεθορύβουν τὸν Καίσαρα.

ι'. Πᾶσα δ' ἡ βία τὴν γραφὴν κατὰ μικρὰ καὶ ἐπὶ Κωνστάντιον φέρεται, καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνου πραττομένων ἕκαστον ἀναγαγεῖν ἐπὶ καιροὺς καθ' οὓς ἐγίνετο καὶ συνέπιπτεν.

Τότε δὴ ὁ Κωνστάντιος ἐφ' οἷς ἔδει δυσφορῶν, καὶ ὃ ἔπραττεν Ἰουλιανὸς ἔλεγχον τῆς ἰδίας βασιλείας ὑπολαμβάνων, τάς τε δηλουμένας ἐπινικίους ἑορτὰς εἰς πένθος καὶ συμφορὰν μετέβαλλε, καὶ διοιστρούμενος ὑπὸ φθόνου καὶ λύπης πρὸς τὸν ἐμφύλιον ἐξώγκωτο πόλεμον.

Ἔοικε μὲν οὖν καὶ ἄλλως ὁ χρόνος ἐν ταῖς μακραῖς περιόδοις καὶ κινήσεσι πολλάκις ἐπὶ τοιαῦτα καταφέρεσθαι συμπτώματα, καθάπερ οἱ τῷ Δαρείῳ συστάντες ἐπὶ τοὺς μάγους ἦσαν ἑπτὰ, καὶ οἱ πολλοῖς ὕστερον χρόνοις Ἀρσάκῃ κατὰ Μακεδόνων συνεγερθέντες ἴσοι τὸν ἀριθμὸν ἔτυχον.

R. 259 *Συνορῶσι δὲ, ὅτι θερμότητος μὲν δεῖται καὶ ὁρμῆς τὸ ἀσφαλές· τὸ γὰρ τῆς ἀνάγκης παρὰ πόδας ἑστὸς, σκῆψιν ἥκιστα ἐκδεχόμενον, προσχρότερον ἀπαιτεῖ τὸν κίνδυνον.*

ια'. Ὅτι περὶ τῆς στρατείας τῆς κατὰ Ναρδινῶν πο-

9. ἔδει] χαίρειν ἔδει N. 20. ἑστὸς, σκῆψιν B., ἐπισκῆψιν ed. 21. προχειρότερον coni. B. 22. Ἀλαμανῶν coni. B.

lare solebat, vulpem atque leonem; sed tamen magis vulpem timere se aiebat. Constantio hercle nullus leo aderat, sed multae vulpes circumsilientes negotium Caesari facessebant.

10. Sed plane necesse est, ut paulatim historia ad Constantium quoque deflectat, atque ut eius res gestas temporibus quamque suis collocet.

Tunc vero Constantius, quae par erat, moleste ferens, et Iuliani facinora regni sui vituperationem existimans, triumphales, qui indicti erant, festos dies ad luctum tristemque casum transtulit; invidiaque et dolore furens ad civile bellum prorupit.

Tempora saepenumero visa sunt longis periodis ac conversionibus ad eosdem redire casus. Veluti qui cum Dario adversus magos conspiraverunt, septem numero erant: et post tempora multa hi, qui cum Arsace contra Macedonas rebellaverunt, pari numero fuerunt.

Intelligunt autem, opus esse ardore et impetu ad efficiendam securitatem. Namque instans necessitas, considerationem minime patiens, proximius vindicat sibi periculum.

11. De bellica expeditione adversus Nardinos, quae varios casus experta est, scribit ipse Iulianus cum alibi alia, tum in episto-

λυτρόπου γενομένης ἐκτίθησι μὲν αὐτὸς Ἰουλιανὸς, ἄλλα δὲ ἀλλαχοῦ καὶ πρὸς πολλοὺς ἀναφράζων ἐν ἐπιστολαῖς. πρός τινα γοῦν Κυλλήνιον καὶ ταῦτα ἐξηγούμενον τὰ μὲν ἐπιτιμῶν ὡς διαμαρτάνοντα τῆς ἀληθείας φαίνεται, καὶ παρεκτίθησί γε τὰ πραχθέντα ὅπως γέγονε· φάσκων δὲ μὴ δεῖσθαί που τά τε ἔργα λέγοντος, (οὐδὲ γὰρ Παλαμήδην Ὁμήρου προσδεηθῆναί φησιν εἰς δόξαν,) καὶ τὰς ἀλλοτρίας συγ- Cod. 286 γραφὰς τῶν ἰδίων ἔργων ὑπὸ μεγαλοψυχίας παραιτούμενος, αὐτὸς ὅμως διὰ μέγεθος τῶν πεπραγμένων πρὸς τὸ λέγειν αὐτὰ κατασειόμενος, οὐδὲ συγγραφὴν ἁπλῆν, ἀλλ' ἔπαινον κέκρικέν τινα καὶ λαμπρὸν ἑαυτοῦ διέξεισιν αὐτοκέλευστος, καὶ πρὸς πολλοὺς αὐτὰ διὰ τῶν ἐπιστολῶν ὑμνῶν.

ιβ'. Ὅτι κρατεῖν ὡς ἐπίπαν εἴωθεν ἐν μὲν τοῖς ἀπείροις τὸ πλέον, ἐν δὲ τοῖς ἐπιστήμοσι τὸ γεγυμνασμένον· οὐ γὰρ ἐν τοῖς μετὰ τέχνης ἀπαντᾷ τὸ παράλογον τῆς τύχης, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀτέχνοις χώραν ἔχει τὸ αὐτόματον, ὥσπερ κἂν ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις ὁρῶμεν τὸ προτεθὲν οὐχ ὑπὸ τῶν ἀπείρων, ἀλλ' ὑπὸ τῶν μελετησάντων ἐκτελούμενον.

ιγ'. Ὅτι πᾶν ἔργον κρεῖττον ἀποῤῥήτως στρατηγούμε- R. 260 νον· ὅστις δὲ ἐν πολέμῳ κρύπτει τὰ πλείονα, κρείττων ἐστὶν ἢ ὁ μετ' ἔργων θρασύτητος φανερῶς ἐπιών.

ιδ'. Ὅτι ὁ κυνικὸς Ἡράκλειος ἀκροασόμενον ἐκάλει τὸν

10. κέκρικεν] ἱστορικὸν N. 17. προτεθὲν N., προστεθὲν ed. 20. ἐστὶν ἢ ὁ] ἐστὶ τῆς ed. 22. ὁ om. ed. Ἡράκλειος] Cod. hoc loco Ἡράκλειτος; at infra in rebus Procopii tyranni idem codex habet Ἡράκλειος. Priori lectioni favet Suidas; posteriori textus Iuliani in oratione contra hunc cynicum ed. Petav. Maius. ἀκροασόμενον N., ἀκροασάμενον ed.

lis ad diversos illam enarrat. Ad quendam itaque scribens Cyllenium, qui argumentum illud tractaverat, primum quidem eum obiurgat, propterea quod a veritate aberraverat; tum ipse rem prout se habebat exponit. Ait autem, facta illa scriptore non indigere: nam neque Palamedi, inquit, ad gloriam opus Homero fuit. Ergo alienas factorum suorum historias excelso animo abnuens, ipse tamen magnitudine rerum gestarum ad dicendum impellitur. Neque simplicem historiam, sed luculentam sui laudationem sponte persequitur, atque in epistolis ad multos scriptis se ipsum praedicat.

12. In imperitis plerumque numerus praevalet, in sapientibus eruditio. Neque enim fortunae temeritas arte praeditis usuvenit, sed rudibus casus fortuitus dominatur. Sic et in aliis disciplinis ad propositum finem non imperitos, sed sollertes devenire videmus.

13. Quodvis opus militare secreto ducum consilio dirigi praestat. Sane qui belli plura celat, potior est illo, qui factorum audacia manifeste utitur.

Ἰουλιανὸν ὡς ἐς τὴν βασιλείαν ὠφελήσων αὐτόν. ὁ δὲ θαυμάσας τὸ τῆς ὑποσχέσεως ὕψος ἑτοίμως ὑπήκουσεν. ἐπεὶ δὲ παρὰ δόξαν ἀπήντησεν, ὁ Ἰουλιανὸς ἀντιγράψας λόγον τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἐξέφηνε καὶ τὸ τῆς φύσεως ἀνυπέρβλητον. οἱ δὲ ἀκούσαντες καταπλαγέντες τὴν δύναμιν τοῦ λόγου, καθάπερ θεοῦ προσεκύνησαν τὴν φιλανθρωπίαν, ὅτι τὸν βασιλικὸν θυμὸν διέλυσε λογικῇ φιλοτιμίᾳ. ὁ δὲ καὶ ἑτέρῳ λόγῳ τὸν αὐτὸν κυνικὸν ἐτίμησεν.

A.C. 363 Ind. 6 Iul. I. 2 ιε΄. Ὅτι τῷ Ἰουλιανῷ ἤκμαζεν ὁ πρὸς Πέρσας πόλεμος, τάς τε Σκυθικὰς κινήσεις ὥσπερ ἐγκρυπτομένας ἔτι *κυματιστὴν ἐτίθει πόῤῥωθεν ἢ θεοκλυτῶν ἢ λογιζόμενος. λέγει οὖν ἐπιστέλλων· „Σκύθαι δὲ νῦν μὲν ἀτρεμοῦσιν, ἴσως δὲ οὐκ ἀτρεμήσουσιν." ἐς τοσόνδε ἐξικνεῖτο χρόνον τῶν μελλόντων αὐτῷ ἡ πρόνοια, ὥσθ', ὅτι τὸν ἐπ' αὐτοῦ μόνον καιρὸν ἡσυχάσουσι, προγινώσκειν.

ιϛ΄. Ὅτι τὸ πρὸ Κτησιφῶντος πεδίον ὀρχήστραν πολέ- R. 261 μου πρότερον ἀποδείξας, ὡς ἔλεγεν Ἐπαμινώνδας, Διονύσου σκηνὴν ἐπεδείκνυ Ἰουλιανὸς, ἀνέσεις τινὰς τοῖς στρατιώταις καὶ ἡδονὰς ποριζόμενος.

ιζ΄. Ὅτι τοσαύτη ἐν τοῖς προαστείοις Κτησιφῶντος ἀφθονία τῶν ἐπιτηδείων ἦν, ὥστε τὴν περιουσίαν κίνδυνον τοῖς στρατιώταις φέρειν, μή ποτε ὑπὸ τρυφῆς διαφθαρῶσιν.

14. ἡ om. ed. 16. τὸ add. N. 22. τροφῆς ed.

14. Heraclius cynicus Iulianum invitavit, ut se praeceptorem audiret, ceu regno administrando utilem futurum. Is autem magnitudinem promissorum admirans, alacriter morem gessit. Mox, quum res citra spem evenisset, Iulianus, contra illum oratione scripta. ingenium suum naturamque eximiam demonstravit. Quicumque vero scriptum illud legerunt, tum eloquentiae vim suspexerunt, tum praecipue Iuliani clementiam, tamquam dei, osculati sunt, qui regalem iram litteraria disceptatione dissolvit. Deinde Iulianus alia quoque oratione cynicum ultus est.

15. Quo tempore Persicum bellum calebat, Iulianus Scythicos quoque motus latentes adhuc, procellae instar, procul sentiebat, vel dei familiaris monitu, vel proprio ratiocinio. Dicit ergo in epistola: „Scythae nunc quiescunt; fortasse tamen hanc quietem non retinebunt." Scilicet eius futurorum provisio in tantum tempus extendebatur, ut illos sua aetate tantummodo pacem servaturos ante cognoverit.

16. Iulianus in campo apud Ctesiphontem belli choream primo ostentans, ut aiebat Epaminondas, Bacchi scenam exhibuit, otia quaedam et voluptates militibus indulgens.

17. Tanta erat in Ctesiphontis suburbanis rerum copia, ut abundantia militibus periculum crearet, ne luxurie corrumperentur.

ιη'. Ὅτι ἔοικε τὸ ἀνθρώπινον καὶ ἄλλως ἐπίφορον εἶναι καὶ κάταντες πρὸς τὸ βάσκανον. καὶ οἱ στρατιῶται οὐκ ἔχοντες ὅπως ἐπαινῶσιν ἀξίως τὰ πραττόμενα, „τοὺς Ἀχαιούς" φασιν „ἔκρινον ἀπὸ τοῦ πύργου," στρατηγικός τις καὶ περιττὸς εἰς φρόνησιν ἕκαστος εἶναι βουλόμενοι. καὶ τοῖς μὲν ὕλη τις ὑπῆν φλυαρίας· ὁ δὲ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἐχόμενος λογισμῶν ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἀνέστρεφεν. Cod. 171

ιθ'. Ὥσπερ δὲ ἐν πολέμῳ καὶ τοσούτων ἐπικειμένων ἄρχοντος δεόμενον τὸ στρατόπεδον τὴν αἵρεσιν περιεσκόπει. καὶ καθάπερ ἰατρικοί φασι καταδύτων γενομένων δυεῖν ἀλγημάτων τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ σφοδροτέρου λύεσθαι, οὕτω καὶ τότε θεωρεῖν ἐξῆν, ὡς τὴν ὑπεροχὴν τοῦ κατὰ τὸν βασιλέα πάθους ὁ τοῦ πολέμου φόβος παρὰ πόδας ἑστὼς καταμαραίνων ἀπήμβλυνεν. τὸ μὲν γὰρ γεγενημένον ἦν φανερὸν, τὸ δὲ ὅπως εἴκαζεν ἄλλος ἄλλως, ἠπίστατο δὲ οὐδὲ εἷς. πλὴν ἓν τοῦτό γε ᾔδεσαν, ὡς αἱρεῖσθαι προσῆκέ σφισιν ἄρχοντας. εἰ δὲ καὶ πλῆθος ἦσαν, τοῦτο γοῦν ἠπίσταντο σαφῶς, ὅτι ἄρχοντος μὲν εὐπορήσουσι, τοιοῦτον δὲ οὐδὲ εἰ *πλαστὸς θεὸς εὑρήσουσιν. ὅς γε διὰ φύσεως ἐξουσίαν καὶ τὸ ἰσομέγεθες τῷ R. 262 θείῳ ἀγωγῆς τε ἀνάγκην ἐπαύσατο πρὸς τὸ χεῖρον ἕλκουσαν, καὶ ἐκ τοσούτων ἀνενεγκὼν κυμάτων οὐρανόν τε εἶδε καὶ

1. ἐπιφέρον ed. 4. φασὶν N., φησὶ ed. 10. καταδύτων] καταδήλων N. 20. ἔπαυσε s. ἐβιάσατο coni. B.

18. Ceteroquin videtur humana natura ad invidiam propensa atque proclivis. — Milites quum pro meritis res gestas laudare non possent: „Achaeos, dicunt, de turri iudicabant;" quum se quisque imperatoria scientia praeditum prudentiaque praestantem haberi vellet. — Atque his quidem materia nugandi suberat; ille autem suscepti ab initio consiliorum tenax in regionem propriam revertebatur.

19. Bellum quippe gerens tantisque periculis circumsessus de eligendo, quo carebat, duce exercitus cogitabat. Ac quemadmodum medici aiunt, si quando gemini dolores ingruant, ab acriore minorem solvi, sic eo tempore cernere erat summum amissi regis moerorem ab impendente belli terrore infractum atque debilitatum. Nam quod quidem acciderat, nemini non erat planum; quanam vero ratione id esset patratum, alii aliter coniectabant, sed nemo certo sciebat; neque aliud cuiquam exploratum erat, nisi quod ducem eligere prorsus oportebat. Iam etsi vulgaris turba erant, id tamen nemo non videbat, ducis quidem copiam non defuturam, sed Iuliano parem, ne si deus quidem aliquis procrearetur, inventum non iri: qui naturae suae praestantia ac divina magnitudine vitae huius necessitatem, quae in deterius ruere solet, pervicit; seque tot fluctibus ipsum emergens, coelum introspexit, bonaque ibi latentia

ἐπέγνω τὰ ἐν αὐτῷ καλά, τοῖς ἀσωμάτοις ὁμιλήσας σῶμα ἔχων ἔτι. καὶ βασιλείας τε ἔτυχεν οὐχ ὅτι ἤρα βασιλείας, ἀλλ' ὅτι τὸ ἀνθρώπειον ἑώρα δεομένους βασιλεύεσθαι· φιλοστρατιώτης τε ἦν διαφερόντως οὐχ ὅτι ἐβούλετο δημαγωγεῖν, ἀλλ' ὅτι τοῦτο ἠπίστατο τοῖς κοινοῖς συμφέρειν.

[Ταῦτα ληρεῖν ἀνέχῃ, ἐμβρόντητε τῷ ὄντι καὶ ἀνεπιγνώμων τῶν πεφλυαρημένων; τίς γὰρ τῶν ἐγγενῶν Ἕλλησι δογμάτων οὐρανίων μεμύηται μυστηρίων θεατὴν ὑπάρξαι τὸν ἀπαλλαττόμενον τῆς ἐντεῦθεν βιοτῆς ἢ συνόμιλον ἀσωμάτων γενέσθαι; καὶ τίνες οἱ ἀσώματοι οὗτοι, εἰ μή που Γανυμήδης καὶ Ζεὺς ὁ Γανυμήδους ἐκ Τρώων ἐραστής, δι' οὗ καὶ Ἥρα παραγκωνίζεται ἡ ἀδελφὴ καὶ γαμετὴ τῷ Φρυγὶ μειρακίῳ; ἀλλὰ τὰ μὲν κλέψας ἔχεις τῶν Χριστιανικῶν ὀργίων, τὰς ἀσωμάτους φημὶ φρατριάς· ἐπεὶ τῶν γε σῶν δογμάτων μὴ οὐχὶ καὶ ἐμπαθέστερον τῶν κατὰ τὸν φθαρτὸν τοῦτον βίον ἀκρατεστάτων οἱ κατ' οὐρανόν σοι ἀλῷεν μάκα-
Cod. 172 *ρες βιοῦντες· οἷς Ἥβη μὲν οἰνοχοεῖ πολλῷ τῷ νέκταρι, οἱ*
R. 263 *δὲ μεθυσκόμενοι τὰ ἀπαίσια διεξίασι Τρώων πόλιν εἰσορῶντες. πρὸς τίνας καὶ τῶν καθ' Ἕλληνας ἑαυτὸν ἀναφέρων φιλοσόφων ἤρα βασιλείας; πρὸς Ἀντισθένη; πρὸς Διογένη; ἀλλὰ τούτοις μὲν ἴσμεν οὕτως ἀπραγμοσύνης μέλον, ὡς τὴν κυνῶν ἐζηλωκότας ζωὴν καὶ τῇ τούτων ἐγκαλλωπίζε-*

6. In margine cod. adscriptum erat: *στηλιτευτικὸς κατὰ Εὐναπίου.* *ἀνέσχῃ ἐμβροντὴς* ed. 10. *οὗτοι* N., *ἤτοι* ed. 17. *οἱ δὲ* ante *πολλῷ* ponendum esse putat B. 21. *τούτοις* N., *τούτους* ed.

novit, cum incorporeis naturis corpore nondum exutus familiariter versans. Neque vero imperium susceperat, quia regnandi cupidus esset, sed quia homines regnatore indigentes videbat. Tum et militibus blandus erat, non ut in populo dominaretur, sed quia ex usu rei publicae id fore sciebat.

[Inepta haec effutire ausus es, stulte revera homo et nihil intelligens? Nam quis in patriis Graecorum dogmatibus sic initiari dicitur, ut mysteriorum coelestium spectator fiat, atque ut ex hoc terreno incolatu translatus cum incorporeis naturis versetur? Quinam vero sunt hi incorporei, nisi forte Ganymedes et Iupiter, Ganymedis Troiani amator? cuius rei causa Iuno quoque soror et coniux expoditur, ut Phrygio pusioni locus sit. Sed enim video, te christianis sacris has, inquam, incorporeas suffurari curias. Atqui ex tuorum dogmatum norma nonne turpius, quam intemperantissimi in hac vita mortales solent, beatos tuos deprehendes in coelo vivere? quibus Hebe quidem largum nectar propinat; ipsi vero ebrii obscoena fabulantur, Troianam urbem despectantes. Quemnam porro Graecum

σθαι κλήσει. οὐκ οὖν ἐπανορθῶν τὸν ἀνθρώπινον βίον εἵλετο βασιλεύειν, ὅτι μηδ' ἐπανώρθωσέ τι, εἰ μὴ πρῶτον μὲν φιλοδοξίας κακῷ λυσσήματι ἀχάριστος περὶ τὸν εὐεργέτην διαγινόμενος, ἔπειτα καὶ ὅπως τοῖς ἄγουσιν αὐτὸν δαίμοσι τὸ ὀλέθριον ἀφοσιούμενος σέβας, λάθοι πρὸς τῶν ὑπ' αὐτοῦ σπουδαζομένων δαιμόνων τοιούτου καὶ τέλους κυρῆσαι, ἄξιον καὶ τῆς ἐκείνων ἀπάτης καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐμπληξίας.]

κ'. Ὅτι πρὸς τὸν Ὀριβάσιον εἰπόντα, ὡς οὐ χρὴ τὸν θυμὸν, κἂν ἐπεισίῃ, διὰ τῶν ὀμμάτων καὶ τῆς φωνῆς ἐκφορεῖσθαι, „ὅρα τοίνυν" εἶπεν, „ἐπειδὴ καλῶς λέγεις, εἰ τοῦτο ἐγκαλέσεις ἔτι δεύτερον."

κα'. Ὅτι φασὶν Ἀλεξάνδρου θειάζοντος ἑαυτὸν ἐκ Διὸς Ὀλυμπιάδα θρυπτομένην φάσκειν· „οὐ παύσεται τὸ μειράκιον διαβάλλον με πρὸς τὴν Ἥραν;"

κβ'. Ὅτι προσαγορεύων ὁ θεὸς τὸν Ἰουλιανόν φησιν· R. 264
„ὦ τέκος ἀρμελάταο θεοῦ, μεδέοντος ἁπάντων."

κγ'. Ὅτι ὁ Ἰουλιανὸς ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἴδιον ἀνακαλεῖ τὸν ἥλιον, οὐχ ὥσπερ Ἀλέξανδρος διαβάλλεται φάσκων πρὸς τὴν Ἥραν, ὅτι Ὀλυμπιὰς αὐτὸν ἐκ Διὸς ἀνελομένη τοῦτο οὐκ ἀπεκρύπτετο· ἀλλ' οὗτός γε ἐπὶ ταῖς τοῦ θεοῦ μαρτυρίαις αἰωρούμενος εἰς τὸν Πλάτωνα ὑποφέρεται, ὥσ-

9. ἐπείσῃ ed. 16. πέκος ed. 17. Post ἴδιον add. M. πατέρα.

philosophum aemulatus est Iulianus, cum regnum appetivit? num Antisthenem? num Diogenem? Atqui hos scimus tanti otium fecisse, ut canum quoque vitam amplexi sint, atque horum appellatione gloriarentur. Nequaquam igitur ut res humanas corrigeret, imperium affectavit; nam nihil omnino emendavit; sed primo quidem prava gloriae cupiditate ingratus adversus benefactorem fuit: deinde dum ducibus suis daemonibus scelerata religione se devovet, nescivit, fore ut per cultos ab se daemonas talem exitum consequeretur, qui et fraudem simul illorum et suam vesaniam deceret.]

20. Monenti Oribasio, non oportere iram, etiamsi adsit, voce et oculis declarare, „Tu vero videsis, inquit Iulianus, quandoquidem recte ais, an me iterum hac in re castigare possis.

21. Quum Alexander divino se Iovis genere satum iactaret, aiunt Olympiadem affectato fastidio dixisse: Nondum hic pusio apud Iunonem criminandi mei finem facit?

22. Deus Iulianum alloquens ait:
O stirps aurigantis Dei, qui omnia regit!

23. Solem Iulianus in epistolis suum appellat: haud equidem qua ratione Alexander calumniatur apud Iunonem, nempe quod Olympias de Iove se concepisse non dissimularet; verum ipse Dei

περ ὁ ἐκεῖνον Σωκράτης φησί· „μετὰ μὲν Διὸς ἡμεῖς, ἄλλοι δὲ μετ' ἄλλου τῶν θεῶν," ταύτην καὶ αὐτὸς εἰς τὴν ἡλιακὴν † βασιλείαν τινὰ καὶ χρυσῆν σειρὰν ἀναφέρων καὶ συναπτόμενος.

R. 265 κδ'. Ἀλλ' ὁπότε σκήπτροισι τεοῖς Περσήϊον αἷμα
ἄχρι Σελευκείης κλονέων ξιφέεσσι δαμάσσῃς,
δὴ τότε σὲ πρὸς Ὄλυμπον ἄγει πυριλαμπὲς ὄχημα
ἀμφὶ θυελλείῃσι κυκώμενον ἐν στροφάλιγξι,
λυσάμενον βροτέων ῥεθέων πολύτλητον ἀνίην.
ἥξεις δ' αἰθερίου φάεος πατρώϊον αὐλήν,
ἔνθεν ἀποπλαγχθεὶς μεροπήϊον ἐς δέμας ἦλθες.

R. 266 Τούτοις ἀρθέντα τοῖς ἔπεσιν αὐτὸν καὶ λογίοις μάλα ἡδέως φησὶν ἀπολιπεῖν τὸ θνητὸν καὶ ἐπίκαιρον. πρόκεινται δὲ τῶν λογίων ἄλλαι τινὲς εὐχαί τε καὶ θυσίαι περὶ τοὺς
Cod. 173 θεούς, ἃς ἐκείνῳ μὲν δρᾶν ἀναγκαῖον ἦν ἴσως, ἐς δὲ ἱστορικὸν τύπον καὶ βάρος φέρειν οὐκ ἦν εὔλογον· τὸ γὰρ καθ' ἕκαστα οὐκ ἦν ἀλήθειαν τιμῶντος, ἀλλὰ διὰ πολυπραγμοσύνην ἐς λῆρον ἀποφερομένου καὶ παρολισθαίνοντος.

κε'. Ὅτι φησὶν Εὐνάπιος· περὶ μὲν οὖν τῶν παλαιο-

1. ἄλλοι δὲ Plato Phaedr. p. 47, 17., ἀλλ' οὐ ed. 2. ταύτῃ coni. N. 5. ὁπόταν Suidas s. v. Ἰουλιανός. 8. στροφάλιξι ed. θυέλλῃσι ed. 9. ῥίψαντα βροτ. Suid. ῥοθέων ed. 10. αὐλὴν Suid., ἀλκὴν ed. 17. Post ἕκαστα N. ins. γράφειν.

testimoniis subnixus ad Platonem provocat. Nam sicuti Platonicus ait Socrates: Cum Iove nos sumus, alii cum alio deorum; ita etiam Iulianus ad solare quoddam regnum aurea veluti catena referebat semet atque adiungebat.

24. Sed postquam sceptro tuo Persicum genus
Seleuciam usque persequens gladio subieceris;
Tunc te ad Olympum splendidus currus subvehet,
Nimbis circumdatum atque vorticibus,
Variis mortalium membrorum aerumnis liberatum.
Venies autem ad aetherii luminis paternam aulam,
Unde olim excussus ad humanum corpus abieras.

His elatum versibus atque oraculis lubenter admodum mortales temporalesque exuvias dimisisse ait. Iam praeter haec oracula aliae quoque exstant nescio quae preces et peragenda diis sacrificia; quas quidem res ab eo fieri fortasse necesse erat, sed easdem in gravem historiam recipi non est decorum. Nam singillatim omnia persequi haud veritatem sectantis est, sed hominis, qui curiositate prolectus ad ineptias pronus delabitur.

25. Ait Eunapius: Quod quidem ad antiquiores res adtinet, et quae ante nos evenerunt, venia scriptoribus danda est, aut ve-

τέρων καὶ ὅσα πρὸ ἡμῶν, ἀνάγκη συγχωρεῖν τοῖς γράψασιν ἢ τοῖς πρὸ ἐκείνων λόγοις εἰς ἡμᾶς κατὰ μνήμην ἄγραφον εἰς διαδοχὴν περιφερομένοις καὶ καθήκουσιν· ὅσα δὲ ἐφ᾽ ἡμῶν R. 267 αὐτῶν γέγονεν, ἀλήθειαν τιμῶντι, καθά φησιν Πλάτων, παραδοτέον τοῖς ἐντυγχάνουσιν.

κς´. Ὅτι Φίλιππος ὁ Μακεδὼν τὸ μέτρον ἰδὼν τοῦ σφετέρου σώματος, (ἐν παλαίστρᾳ γὰρ ἐπεπτώκει,) διαναστὰς ἀπὸ τοῦ πτώματος σώφρονα ἀφῆκε λόγον, ὡς ὀλίγην κατασχήσων γῆν εἶτα ἐπιθυμοίη τῆς ἁπάσης.

κζ´. Ὅτι τὸν Θησέα φασὶν οἱ παλαιοὶ ζηλωτὴν Ἡρακλέους γενόμενον μικρὰ τῆς μιμήσεως ἐκείνης ἀποκερδᾶναι.

κη´. Ὅτι τοῦ Προκοπίου τοῦ συγγενοῦς Ἰουλιανοῦ στα- A. C. 365 σιάσαντος καὶ τυραννίδι ἐπιθεμένου, Ἡράκλειος ὁ κυνικὸς Ind. 8 Valent. et προσελθὼν αὐτῷ καὶ καταχροτήσας εὖ μάλα τῇ βακτηρίᾳ Val. I. 2 τοὔδαφος, „ἄλκιμος ἔσσο" φησὶν, „ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ."

κθ´. Ὥσπερ οὖν οἱ φυσικοί φασι πάσης κινήσεως εἶναι τέλος ἀκινησίαν, ἢ ταῖς ἄλλαις κινήσεσιν τὸ κινεῖσθαι δίδωσιν αὐτὴ μένουσα, οὕτως ἄν τις ὑπέλαβε καὶ τότε τὸν πρεσβύτην Ἀρβιτίωνα παρατυχόντα τὴν τοῦ βασιλέως ἄτακτον καὶ κυματώδη φορὰν εἰς ὁμαλὸν καὶ λεῖον καταστορέσαι τοῦ λογισμοῦ πάθος· μικροῦ γὰρ ἐξέστη διὰ δειλίαν τῶν κοινῶν πραγμάτων.

2. πρὸ] περὶ N. 10. Procopium significat imitatorem Iuliani. N.

tustioribus etiam traditionibus, quae memoriter et sine scripto ad nos usque ex ordine devenerunt. Verumtamen res, quae nostra aetate acciderunt, eae, servato veritatis honore, ut ait Plato, tradendae lectoribus sunt.

26. Philippus Macedo, conspecto sui corporis modulo, (in palaestrae enim arena deciderat,) exsurgens a casu, modestam sententiam dixit, quod is videlicet modicam terram occupaturus universam adpeteret.

27. Aiunt veteres, Theseum, dum Herculem aemulari vellet, exiguum imitationis suae fructum tulisse.

28. Quo tempore Procopius, Iuliani propinquus, adfectata tyrannide, rebellavit, Heraclius cynicus ad eum accedens humumque cum sonitu virga quatiens, „Forti, inquit, animo esto, ut aliquis te quoque posterus laudet."

29. Sicut igitur physici aiunt, cuiusvis motus finem esse quietem, quae motibus vim mobilem dat, ipsa interim manens immota; ita licet existimare, senem Arbitionem, quum incidisset in imperatoris incompositam fluctuantemque agendi rationem, ad aequabilitatem eius animum lenitatemque revocasse; qui sane ob formidinem prope omissurus erat rem publicam.

λ'. Μεγαλόψυχον γὰρ καὶ λίαν θεοειδὲς τὸ καὶ τῶν αἰτίων φείσασθαι, οὐκ ἔξω δὲ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ μὴ B. 268 καὶ τῶν ἀναιτίων. τὸ μὲν γὰρ ξένον τῆς τιμωρίας λόγῳ γίνεται τῆς ἀρχῆς, ἵνα φόβῳ συνέχηται τὸ ἀρχόμενον· τὸ δὲ ὑπεροπτικὸν τῆς κολάσεως δι' ἀρετῆς ὑπεροχὴν γίνεται, ὡς τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς διὰ μέγεθος καὶ ὄγκον ἀρκούσης ἑαυτῇ καὶ ἄνευ τιμωρίας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὅπῃ γνώμης ἔχει τις καὶ κρίνει, οὕτως ἐχέτω.

λα'. Ὅτι ὁ Ποσειδώνιος ἔλεγεν, ἀπελθόντος Ἀλεξάνδρου τὸ στρατόπεδον ἐοικέναι τῶν Μακεδόνων ἐκτετυφλωμένῳ Κύκλωπι.

A. C. 374 Ind. 2 Valent. et Val. I. 11 Cod. 174

λβ'. Ὁ δὲ Θεόδωρος ὁ κατειλεγμένος τοῖς νοταρίοις ἐν δίκῃ ἐτιμᾶτο παρὰ τοῦ βασιλέως· τό,τε γὰρ εὖ γεγονέναι προσῆν αὐτῷ, καὶ τὸ εὖ πεφυκέναι πρὸς ἀρετὴν ἅπασαν, τό,τε σῶμα συνήνθει ταῖς ἀρεταῖς, καὶ τὸ ἐπαφρόδιτον ἐν ταῖς συνουσίαις κόσμος ἐδόκει τῶν ἀρετῶν ἐμμελής τις καὶ παναρμόνιος. ἀλλ' ἔλαθεν, ᾗ φησιν Ὅμηρος, ὑπὸ τῶν ἰδίων διαφθαρεὶς καλῶν. τὸ γὰρ ἀνθρώπινον, καὶ ὅσοι περὶ στρατείας ἐπὶ τὰ κέρδη καὶ τὰς κοινὰς τύχας ἐπτοημένοι καὶ κεχηνότες, τὴν ἡμερότητα καταμαθόντες αὐτοῦ καὶ τὸ πρὸς τὰς ὁμιλίας εὔκρατὲς καὶ πρόχειρον, ταχὺ μάλα τὴν ἄμαχον καὶ φοβερὰν καὶ τοῖς νοῦν ἔχουσι κολακείαν ποιοῦντες καὶ προβαλόμενοι καθάπερ ἑλέπολίν τινα καὶ μηχανὴν ἀφυ-

13. τότε γὰρ εὖ γέγονεν & ed. 21. εὔκρατον coni. B.

30. Magnanimum est et valde divinum reis ignoscere: non est autem extra humanam naturam, etiam insontibus non parcere. Nam poenae insignes imperii tuendi gratia infligi solent, ut timore contineantur subiecti: at enim omissio poenae ab eximia virtute venit: ceu si regia dignitas magnitudine fastigioque suo sibi sufficiat, quin opus suppliciis sit. Verumtamen de his pro sua quisque sententia indicet.

31. Quum e vivis excessisset Alexander, Posidonius aiebat Macedonicum exercitum similem esse Cyclopis lumine cassi.

32. Theodorus, qui erat inter notarios adscriptus, iure in pretio apud Caesarem habebatur: nam et nobili loco natus, et natura ad quamlibet virtutem aptus erat, et corporis decus, et in consuetudine familiari venustas concinnum quoddam et usquequaque decens virtutum ornamentum erant. Sed enim nesciebat, ut ait Homerus, se bonis suis perditum iri. Vulgus enim et quotquot in exercitu quaestui publicisque bonis proni inhiabant, cognita huius mollitia et in convictu facilitate ac docilitate, protinus adhibere coeperunt invictam illam et sapientibus etiam formidabilem adsentationem; quam illi ceu tormentum quoddam et machinam insupe-

κτον, ἐξέωσαν τῶν ἀσφαλῶν καὶ σωτηρίων λογισμῶν τὸν νεανίσκον, καὶ κατέσεισαν εἰς τὸν μανιώδη καὶ σφαλερὸν τῆς βασιλείας ἔρωτα.

λγ'. Ὅτι φιλοχρηματίαν φασὶ πηγήν τινα πάσης κακίας R. 269 τυγχάνειν, οὐδὲ τῇ κακίᾳ πότιμόν τε καὶ χρήσιμον· ἐξ ἐκείνης γὰρ τῆς ἀρχῆς καὶ ἀπὸ τῆς τῶν χρημάτων περιττῆς ἐπιθυμίας τὸ τῆς ψυχῆς ἄλογον ἀρδόμενον ἔριν τ' ἀνέφυσεν ἀνθρώποις καὶ μάχην· ἔρις δὲ αὐξηθεῖσα πολέμους ἀνεβλάστησε καὶ φόνους· φόνων δὲ ὁ φυόμενος καρπὸς φθορὰ τοῦ γένους καὶ ὄλεθρος· ἃ δὴ καὶ ἐπὶ Οὐάλεντος συνεπράττετο.

λδ'. Κατὰ μὲν οὖν τὰ πρῶτα τῆς συγγραφῆς, οὐδενὸς οὐδὲν σαφὲς ἔχειν λέγοντος ὅθεν τε ὄντες οἱ Οὖννοι, ὅπη τε κείμενοι τὴν Εὐρώπην πᾶσαν ἐπέδραμον καὶ τὸ Σκυθικὸν ἔρριψαν γένος, ἐκ τῶν παλαιῶν συντιθέντι κατὰ τοὺς εἰκότας λογισμοὺς εἴρηται· τὰ δὲ ἐκ τῶν ἀπαγγελλομένων δοξάζοντι πρὸς τὸ ἀκριβὲς, ὡς ἂν μὴ τοῦ πιθανοῦ τὴν γραφὴν ἀπαρτήσαιμεν, μηδὲ παραφέροι πρὸς τὴν ἀλήθειαν ὁ λόγος. ἡμεῖς δὲ οὐ ταὐτὸν πάσχοντες τοῖς ἐκ παίδων οἰκίαν μικρὰν καὶ φαύλην οἰκήσασιν, εἶτα διὰ τύχης εὔροιαν μεγάλων καὶ λαμπρῶν ἐπιλαβομένοις οἰκοδομημάτων, ὅμως διὰ συνήθειαν

7. ἀνέφυσεν B., ἀνεφύσησεν ed. 10. δὲ ed. 12. τὰ add. N. 21. ὅμως] καὶ ὅμως vel ὅμως δὲ B.

rabilem admoventes, invenem e sanis salubribusque consiliis deiectum ad furiosam perniciosamque regnandi sitim perpulerunt.

33. Aiunt avaritiam malitiae omnis esse fontem; immo nec ipsi malitiae iucundam esse vel utilem. Etenim ex hac scaturigine atque ex nimia pecuniae cupiditate, ubi semel pars animi deterior hac labe imbuta fuerit, discordia inter homines gignitur et contentio. Discordia augescens bellum caedesque parit: caedium autem fructus est humani generis vastitas et exitium. Quae omnia sub Valente evenerunt.

34. In priore historiae editione, quoniam nemo adhuc certa narratione prodidit, qua origine quibusve ex locis Hunni universam Europam pervaserint, Scythicumque genus ubique propagarint, nos quidem memorias veteres colligentes, rem probabili ratiocinatione tractavimus: tum quidquid relatum erat, diligenti iudicio exploravimus, ne quid minus probabile proferremus, et ne sermo noster veritate procul aberraret. Neque nunc tamen, more eorum, qui in exigua vilique casa a pueris enutriti, dein favorabili fortunae cursu magnas atque splendidas domos nacti, nihilominus consuetudine victi antiquos adhuc amant lares atque amplectuntur; haud nos, inquam, praedictis utcumque narrata fuerunt indulgen-

τὰ ἀρχαῖα θαυμάζουσι καὶ περιστέλλουσιν, οὕτως αὐτοὶ τὰ
προειρημένα γεγράφθαι συγχωρήσαντες ἑτέρων ἀποστε[ρού-
μεθα] πάλιν, ἀλλὰ μᾶλλον ὥσπερ οἱ κατά τινα θεραπείαν
σώματος τὰ πρῶτα χρησάμενοι φαρμάκῳ δι' ὠφελείας ἐλ-
R. 270 πίδα, κᾆτα τὸ κρεῖττον πείρᾳ δοκιμάσαντες ἐπ' ἐκεῖνο μεθί-
στανται καὶ ῥέπουσιν, οὐ τῷ δευτέρῳ τὸ πρότερον ἀναι-
ροῦντες, ἀλλὰ τῷ δεδοξασμένῳ κακῶς τὸ ἀληθὲς ἐπεισάγον-
Cod. 283 τες, καὶ καθάπερ φῶς ἀπὸ λαμπάδος διὰ τῆς ἡλιακῆς
ἀκτῖνος ἀφανίζοντες καὶ ἀμβλύνοντες, ὁμοίως ἐπιθήσομεν
τοῖς εἰρημένοις τἀληθέστερα, κἀκεῖνα διὰ τὴν ἱστορικὴν δό-
ξαν συγχωρήσαντες μένειν, καὶ ταῦτα διὰ τὴν ἀλήθειαν
ἐφελκυσάμενοι καὶ παραζεύξαντες.

λε'. Ὅτι Μαρκιανὸς ἀνὴρ ἐς ἀρετὴν ἅπασαν ὥσπερ
τις κανὼν ἠκριβωμένος.

λς'. Φιλόκαλος γὰρ ὢν καὶ φιλάγαθος ὁ Μουσώνιος
τοὺς πανταχόθεν καθεῖλκεν παρ' ἑαυτὸν, ὥσπερ ἡ μαγνῆτις
λίθος τὸν σίδηρον. οὐκ ἦν δὲ βασανίζειν ὁποῖός τις ὁ δεῖ-
να, ἀλλὰ Μουσώνιον φίλον ἀκούσαντα, ὅτι καλὸς ἦν εἰδέναι.

A. C. 367 λζ'. Ὅτι συνηρτῆσθαι τοῦ πολέμου δοκοῦντος Μουσώ-
Ind. 10 Valent. et νιος ἵππον ἐπιβὰς ἔξῄει τῶν Σάρδεων. καὶ ὁ Θεόδωρος τὸν
Val. I. 4 συγγραφέα μεταπεμψάμενος ἐδάκρυσε τὴν ἔξοδον, καὶ ἀνδρὶ
R. 271 τἄλλά γε ἀτεράμονι καὶ ἀτέγκτῳ δάκρυα κατεχεῖτο τῶν πα-
ρειῶν ἀκρατέστερον.

19. συνηρτῆσθαι N., συνηρῆσθαι ed.

tes, alia negligemus: quin potius instituto illorum, qui curando corpori intenti, etiamsi aliquam medicinam, quam utilem sperabant, iam adhibuerint, mox tamen, si potiorem aliam experientia edocti fuerint, hanc deligunt atque praeoptant; sic nos haud sane priora dicta confodientes, sed erroneis opinionibus veras res supponentes, ac veluti faculae lucem solaribus radiis opprimentes hebetantesque, haetenus dictis veriora subtexemus. Nempe et superiora illa in historicae opinionis loco esse sinemus, et praesentia addemus iuxtaque apponemus, ut veritati consultum esse videatur.

35. Marcianus ad omne virtutis genus tamquam regula quadam exactus erat.

36. Pulcri enim bonique amans Musonius mortales omnes ad se pelliciebat, ecu ferrum magnes lapis. Neque opus erat qualis quisquam esset expendere; sed ubi amicum Musonii scires, egregium esse virum satis noveras.

37. Bello iam indicto, Musonius, equo conscenso, Sardibus progressus est. Tum Theodorus, quum eum, qui haec scribit, ad se vocasset, eluxit viri discessum. Revera homini alioquin duro et immiti lacrimae ubertim per genas manabant.

λη'. Ὅτι τὸ ἐπὶ Μουσώνιον ἐπίγραμμα τὸ παρὰ Θεοδώρου τοιοῦτόν ἐστιν·

ἔνθα μὲν Αἴας κεῖται ἀρήϊος, ἔνθα δ' Ἀχιλλεύς,
ἔνθα δὲ Πάτροκλος θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος·
ἔνθα δ' ἐπὶ τρισσοῖσι πανείκελος ἡρώεσσι
ψυχὴν καὶ βιότοιο τέλος Μουσώνιος ἥρως.

λθ'. Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι κατεκόπησαν παρὰ Ἰσαύρων, καὶ τούτῳ ὥσπερ δράματι μεγάλῳ καὶ τραχεῖ τὸ κατὰ Μουσώνιον ἐπεισόδιον οὐκ ἔλαττον ὁ δαίμων ἐπήνεγκεν. ἐνταῦθά που τῆς συγγραφῆς ἀφώρισται τὸ πραχθὲν, ὅτι τοῖς χρόνοις παρέτεινε καὶ συγκατέστρεψεν ἐπὶ τὰ προειρημένα, ὥστε τοῖς καιροῖς μὴ πολὺ παραλλάττειν ἐς τὸ τέλος τὴν γραφήν.

μ'. Ὅτι ὁ βασιλεὺς Οὐάλης κατὰ τὸν καιρὸν ἡνίκα οἱ A.C. 378
Σκύθαι τὴν Μακεδονίαν ἐπέτρεχον, παρελθὼν εἰς τὴν πόλιν Ind. 6 Val. I. 15
τὰς πανταχόθεν δυνάμεις συνήγειρεν ὡς μέγα τι καὶ πα- R 272
ράδοξον ἐργασόμενος. ὅσον δὲ παιδεία ἀναγνώσεως ἰσχύει πρὸς τοὺς πολέμους καὶ ἡ διὰ τῆς ἱστορίας ἀκριβὴς θεωρία πρὸς ἄμαχόν τινα καὶ γραμμικὴν ἔκβασιν τελευτῶσι καὶ συνηναγκασμένην, καὶ τότε ὁ χρόνος ἀπέδειξεν. πολλῶν γὰρ ἐπὶ πολλοῖς μαρτυρούντων, καὶ τῆς πείρας πόῤῥωθεν βοώσης, ὅτι οὔτε πολλοῖς οὔτε ὀλίγοις μάχεσθαι προσῆκεν ἀπεγνωκόσιν ἑαυτῶν καὶ πρὸς κίνδυνον ἑτοίμως ἔχουσιν,

8. τοῦτο ed. 16. Ita corr. N., ἐργαζόμενος et mox παιδείας ed.

38. In Musonium epigramma Theodori hoc est:
Ubi iacet Aiax Mavortius, ubi Achilles,
Ubi Patroclus diis consilio par;
Ibi tribus heroibus animo vitaeque fine
Persimilis Musonius heros iacet.

39. Romani ab Isauris occidione caesi fuerunt. Atque huic tamquam dramati magno et atroci Musonii episodium non minoris momenti fata adiunxerunt. In hoc autem historiae loco id positum est, quia tempus eius usque ad praedictas res protenditur fitque iis coaetaneum. Quare et eius descriptio prope usque ad finem pari tempore pergit.

40. Valens Caesar, quo tempore Scythae Macedoniam incursabant, profectus ad regiam urbem militares undique copias contrahebat, magnum quid moliens et inopinum. Iam quantum valeat ad belli usum litterarum cognitio, quantumque historiae accurata notitia prosit iis, qui certum aliquem et definitum necessariumque exitum sortiri volunt, illo quoque tempore patefactum est. Nam et multi multifariam testantur, atque ipsa experientia vocem veluti procul mittens docet, neque magno, neque parvo militum numero adversus desperantes atque ad periculum quodvis paratos esse pu-

A.C.378 ἀλλ' ὅτι τοιαῦτα στρατόπεδα καταλύειν συμφέρει χρόνῳ
Ind.6 Val.I.15 τρίβοντα τὸν πόλεμον καὶ περικόπτοντα τὰς ἀφορμὰς τῶν
ἐπιτηδείων, ὅπως ὑφ' ἑαυτῶν πολεμοῖντο δι' ἔνδειαν πολλοὶ
Cod.284 τυγχάνοντες, καὶ μὴ πρὸς τύχην ἀποκινδυνεύωσιν, ἀλλ' ἐν
ἀπόρῳ καὶ τὸ κινδυνεύειν ἔχωσιν, ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις οὔσης
τῆς ἐπιχειρήσεως.

Ὡς δὲ ἦν τοιούτων ἀρετῶν ἡ κτῆσις * — σπανιώτερον δὲ οὐδὲν ἀρετῆς ἐν βίοις διεφθαρμένοις καὶ ἀγωγαῖς ἐπὶ χεῖρον προκατειλημμέναις.

μα'. Ὅτι Σεβαστιανὸς τὴν ἡγεμονίαν παρὰ τοῦ βασι-
λέως Οὐάλεντος εἰληφὼς παρὰ πάντων ὑπόνοιαν δισχιλί-
ους ᾔτησεν ὁπλίτας. τὴν δὲ ἐξουσίαν τῆς αἱρέσεως αὐτὸς
ἐπιτραπεὶς, τοῦ βασιλέως καὶ χάριν προσομολογήσαντος, ὅτι
R.273 κινδυνεύσει περὶ δισχιλίους, εἶτα ἐρομένου τὴν αἰτίαν, δι' ἣν
ὀλίγους αἰτοίη, τὰ λοιπὰ ὁ Σεβαστιανὸς ἔφη τὸν πόλεμον
εὑρήσειν· τοῖς γὰρ εὖ πράττουσι πολλοὺς προσθήσεσθαι·
πλῆθος δὲ μετακαλεῖν ἐξ ἀναγωγίας δύσκολον· ὀλίγων δὲ
ἀρχομένων ἐς τὸ καλὸν μεταπλασθέντων, καὶ τῆς ἀγωγῆς
ἐπιτυγχανούσης, τό γε κατὰ μικρὸν προσιόντας ῥᾷον ἐπὶ τὸ
κρεῖττον ἐνταθήσεσθαι.

A.C.379 μβ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος παραλαβὼν τοσαύτην
ἀρχὴν καὶ βασιλείαν συνεμαρτύρησε τοῖς παλαιοῖς ἥλικον

19. τόγε] τότε B. ῥᾴδιον ed.

gnandum; verum eiusmodi exercitus trahendo bello esse dissolvendos, subtractis interim commeatibus, ut intestina necessitate vincantur, dum alimoniae penuriam numerus praegravat: neque iis concedendum, ut fortunam experiantur, verum efficiendum, ut ne pugnae tentandae facultatem liberam habeant, cuius arbitrium penes adversarios sit.

Quum eiusmodi virtutum adeptio * — Nihil rarius virtute est in vitioso vitae genere atque in moribus ad deteriorem semitam pronis.

41. Sebastianus imperium copiarum ab Imperatore Valente consecutus, praeter omnium exspectationem duo millia tantummodo militum postulavit. Quumque ei delectus arbitrium permissum fuisset, eidemque gratum animum Imperator testaretur, quod duobus tantum stipatus millibus proelium experiri auderet, insuperque causam rogaret tam paucos poscendi, „Quae desunt, inquit Sebastianus, bellum inveniet; nam felicibus multi adiungentur: nune vero multitudinem corruptam a perditis moribus revocare perarduum est. Contra si pauci ad virtutem incipiant retrahi, tunc disciplina adhibita, illi etiam, qui paulatim accedent, facilius vitam emendabunt."

42. Theodosius Augustus tam lata ditione imperioque potitus

ἐστὶ κακὸν ἐξουσία, καὶ ὅτι πρὸς τὰ πάντα στεγανόν τι καὶ A. C. 379
μόνιμον πλὴν εὐτυχίας ἄνθρωπος. οὐ γὰρ ἔφθασε παρελ- Ind. 7
θὼν ἐπὶ τὴν ἀρχήν, καὶ καθάπερ μειράκιον μελλόπλουτον Grat. I. 5 Theod. I.
πατρὸς ἐπὶ χρόνῳ πολλὰ χρήματα σεσωρευκότος διὰ σωφροσύνην καὶ φειδώ, ἀθρόως κυριεύσαν τῶν πραγμάτων σφοδρόν τινα καὶ παντοῖον ὄλεθρον κατὰ τῶν εὑρεθέντων μαίνεται, οὕτω καὶ τότε ἦν ὁρῶντα ἐπισκοπεῖν ὥσπερ ἐκ περιωπῆς, τόν γε ἔμφρονα, μηδένα τρόπον ἀμελούμενον κακίας καὶ ἀκολασίας ἐς τὴν κοινὴν τῶν πραγμάτων διαφθοράν.

Ἀπορία γὰρ πρὸς εἰσφορὰς ἀκίνδυνον. R. 274

μγ'. Ὅτι οἱ Νικοπολῖται τῶν ἄλλων Θρᾳκῶν κατεγέλα- A. C. 380
σαν, οἳ τῷ φόβῳ τῆς βασιλείας τὰ δεινὰ ἔπασχον, τὸ μὲν Ind. 8 Theod. I. 2
βοηθῆσον ἀεὶ δι' ἐλπίδος λεπτῆς εἰκάζοντες, τὸ δὲ τῶν κινδύνων ἐνεστηκὸς πείρᾳ καὶ ὄψει διὰ μαλακίαν ὑπομένοντες. οὔτε γοῦν αὐτοὶ φρουράν τινα στρατιωτικὴν πεμφθήσεσθαι προσεδόκησαν, οὐδὲ ἐν ἑτέροις ἔθεντο τὴν σωτηρίαν, ἀλλὰ τῶν μὴ δυναμένων ἑαυτοῖς ἀμύνειν περιφρονήσαντες ἐς ἐλευθερίαν ἐπικίνδυνον ἀπέστησαν.

μδ'. Ὅτι ἐπὶ Θεοδοσίου οἱ βάρβαροι τὴν Θρᾴκην ἐδῄωσαν κατὰ μικρόν.

με'. Τοιοῦτον δέ τι ἱστόρηται γενέσθαι κατὰ τὴν Νέ- Cod. 127
ρωνος βασιλείαν, ἀλλὰ περὶ μίαν πόλιν. φασὶ γὰρ τρα-

3. μελλόπλουτον B., μὲν πλοῦτον ed. 11. οἱ corr. N., δὲ ed.

veteris effati veritatem demonstravit, malum scilicet ingens esse potestatem, atque hominem quamvis ad cetera firmum atque obduratum felicitati tamen non posse resistere. Nam veluti adolescentulus luculentam patris hereditatem diuturna frugalitate parsimoniaque partam repente adeptus, vehementi quodam furiosoque impetu ad prodigendam rem inventam rapitur; sic tum licebat cordato homini tamquam e specula observare Theodosium ad commune rei publicae exitium omni improbitate intemperantiaque ruentem.

Egestas adversus imperatum tributum tuta est.

43. Nicopolitani Thracas ceteros irridebant, qui ob regiae potestatis metum male se mulcari perpessi fuerant, dum suppetiarum exiguam spem fovent, ingruentia vero infortunia propter suam ignaviam spectant reque ipsa experiuntur. Igitur nec ipsi praesidium aliquod militare mittendum sibi exspectabant, neque in aliis fiduciam salutis collocabant, atque ita his neglectis, quae sibi tutelae esse poterant, in periculosissimam libertatem inciderant.

44. Sub Theodosio barbari paulatim Thraciam vastabant.

45. Simile quiddam contigisse fertur Nerone imperante, sed tamen in urbe una. Aiunt enim tragoedum quemdam Neronis ae-

R.275 γῳδόν τινα διὰ τὴν Νέρωνος εἰς ταῦτα φιλοτιμίαν ἐκπεσόντα τῆς Ῥώμης, εἶτα πλανᾶσθαι δόξαν αὐτῷ καὶ τὸ τῆς φωνῆς πλεονέκτημα πρὸς ἀνθρώπους ἡμιβαρβάρους ἐπιδεικνύναι, καὶ παρελθεῖν εἰς ταύτην μεγάλην πόλιν καὶ πολυάνθρωπον, συναγεῖραί τε αὐτοὺς εἰς θέατρον. καὶ συνελθόντων τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν σφαλῆναι τῆς ἐπιδείξεως· οὐδὲ γὰρ τὴν ὄψιν ὑπομείναντας τοὺς θεατάς, ἅτε ἄρτι καὶ πρῶτον ἑωρακότας, φεύγειν θλιβομένους περὶ ἀλλήλοις καὶ πατουμένους. ὡς δὲ ὁ τραγῳδὸς ἰδίᾳ τοὺς πρώτους αὐτῶν ἀπολαβὼν τήν τε τοῦ προσωπείου φύσιν ἐδείκνυ καὶ τοὺς ὀκρίβαντας, ὑφ' ὧν τὸ μέγεθος εἰς ὕψος παρατείνεται, καὶ συνέπειθεν οὕτως ἀνασχέσθαι καὶ τλῆναι τὴν ὄψιν, τότε παρελθὼν εἰς ἀνθρώπους καὶ ὡς μόλις ὑφισταμένους τὴν θέαν τὸ μὲν πρῶτον ἐπιεικῶς καὶ μετρίως τῆς φωνῆς αὐτοὺς διέγευσε καὶ τοῦ μέλους, (Εὐριπίδου δὲ τὴν Ἀνδρομέδαν ὑπεκρίνετο,) προϊὼν δὲ σφοδρότερον ἤχησε, καὶ ὑφῆκεν αὖθις, εἶτα ἐπήγαγεν ἁρμονίαν σύντονον, ἐπὶ ταύτῃ δὲ πάλιν εἰς τὴν γλυκεῖαν περιήνεγκεν. ὥρα δὲ ἦν θέρους ὅ,τι περ ἀκμαιότατον, καὶ τὸ θέατρον κατείχετο. καὶ ὁ τραγῳδὸς ἀναπαυσαμένους ἠξίου σφᾶς φοιτᾶν ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν περὶ λήγουσαν καὶ ἀποψύχουσαν ἡμέραν· οἱ δὲ πρὸ τῶν ποδῶν πεσόντες καὶ κυλινδούμενοι πάσας ἀφίεσαν φωνὰς μήποτε αὐτοὺς ἀποστερῆσαι τοιαύτης μακαριότητος καὶ ἡδο-

1. τὴν om. ed. 4. τοιαύτην coni. B., Ταρσὸν N. 14. αὐτοῦ ed. 19. ὁ om. ed. 20. ἀναπαυσόμενος N. 21. πρὸς ed.

muli invidia Roma pulsum, quum ei peregrinari libuisset suaeque artis praestantiam semibarbaris hominibus ostentare, venisse in hanc magnam atque incolis affluentissimam civitatem, quos in theatrum mox invitavit. Qui quum convenissent, prima quidem die nihil agere potuit: neque enim aspectum sustinebant spectatores, qui vix eo primum viso, confertim ilico atque invicem proculcantes fugiebant. Sed quum deinde tragoedus principibus eorum seorsim appellatis declaravisset et personae naturam et pulpita, quibus actoris proceritas exaggeratur, atque illis persuasisset, ut spectaculo adessent illudque perferrent; tum in scenam publice egressus, principio quidem leniter ac moderate gustum suae vocis cantusque praebuit, atque Euripidis Andromedam egit: mox augescens vehementius insonuit vocemque statim submisit; deinde intulit vehementem harmoniam, quam rursus in suavem flexit. Erat autem hora diei ferventissima, et theatrum hominibus constipatum: quare actor spectatores rogabat, ut interquiescerent, atque ad audiendum refrigerata iam et desinente die redirent. Illi vero pedibus eius advoluti, infimis precibus eum rogabant, ne se tali beatitudine ac voluptate de-

νῆς. ἐνταῦθα ὁ τραγῳδὸς ἀφεὶς ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν σκηνὴν καὶ
τὸ πάθος, — καίτοι γε τὰ πλεῖστα περιῄρητο τῆς τραγῳδίας
πρὸς ἀνθρώπους ἀξυνέτους, ὄγκος τε καὶ βαρύτης λέξεων,
καὶ τὸ περὶ ταῦτα εἶδος, καὶ ἡ τοῦ μέτρου χάρις, τό,τε R 276
τῶν ἠθῶν ἐναργὲς ὀξύτατόν τε καὶ ἐπιφορώτατον εἰς ἀκοῆς
κίνησιν, καὶ πρὸς τούτοις τὸ γινώσκεσθαι τὴν ὑπόθεσιν, — ἀλλ'
ὅμως τούτων ἁπάντων γεγυμνωμένος ἐς τοσόνδε τῇ τε εὐφω-
νίᾳ καὶ τῷ μέλει μόνῳ κατεκράτησεν, ὥστε οἱ μὲν ἀνεχώ-
ρουν προσκυνοῦντες ὡς θεόν, καὶ τὰ ἐξαίρετα τῶν παρὰ
σφισιν αὐτοῖς δῶρα ἐκόμιζον, καὶ τὸν πλοῦτον ὁ τραγῳδὸς
ἐβαρύνετο· μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην τῆς ἐπιδείξεως ἡμέραν
νόσημα κατέσκηψεν εἰς τὴν πόλιν, καὶ πάντες οὐ τὰς λέξεις
σαφῶς, ἀλλὰ τὸ μέλος, ὡς ἕκαστος εἶχε δυνάμεως καὶ φύ- Cod. 128
σεως, ἐκβοῶντες, καὶ διαῤῥοίας ἀκρατοῦς ἅμα ἐπιπεσούσης,
ἐν τοῖς στενωποῖς παρεθέντες ἔκειντο, κακῶς ὑπὸ τῆς Ἀν-
δρομέδας ἐπιτριβόμενοι· καὶ ἐχηρώθη *τε ἀνδρῶν καὶ γυ-
ναικῶν ἡ πόλις, ὥστε ἐκ τῶν προσοίκων ἐποικισθῆναι. ἀλλ'
ἐπ' ἐκείνων μὲν εὐφωνίαν τε ἦν αἰτιάσασθαι καὶ ἀέρος
ὑπερβάλλουσαν θερμότητα, ἣ τὸ μέλος διὰ τῆς ἀκοῆς ἐπὶ
τὰ κύρια τῶν ψυχικῶν ὀργάνων συνέτηξε καὶ διέκαυσεν·
ἐπὶ δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων αἱ μὲν αἰτίαι τοῦ πάθους
εὐθεώρητοι, (περὶ τὰ ἔντερα γὰρ ἦσαν ἅπασαι καὶ ὑπὸ γα-

13. *μέλος* B., *γένος* ed.

stitueret. Tunc se in scenam et ad vehementem actionem tragoedus proripiens, etsi pleraque tragoediae decora peribant apud homines indoctos, etsi incassum erat sublimitas pondusque verborum, et modus his idoneus, et metri gratia, et moris evidentia, quae vehementissime ac promptissime percellere auditum solet; quamquam denique nec argumenti cognitio erat: nihilominus actor his omnibus destitutus, tantum valuit suavitate vocis solaque harmonia, ut spectatores ad eum adcurrerent instarque numinis adorarent, et sua quaeque pretiosa conferrent, ita ut re bona tragoedus obruerctur. Post septimum autem ab actione diem morbus urbem corripuit; quo stimulante, omnes inclamabant non ipsa quidem distincte tragoediae verba, sed numeros carminum pro sua quisque facultate ac natura: et simul diarrhoea vehementi labefactati, iacebant in viis exanimes, male admodum ab Andromeda adflicti. Atque adeo viris feminisque viduata urbs fuit, ut eam finitimi frequentare debuerint. Age vero illis barbaris causam morbi fuisse harmoniam reputare licet, nec non aëris calorem immodicum, vel ipsum cantum, qui in animae facultates infusus dissolvit illas atque perussit. In nostrae vero aetatis hominibus causas passionis facile agnoscas: etenim cunctae in ventre fuerunt atque in iis, quae sub ventre sunt. Quod autem nonnulli quoque e numero non insipientium in eum casum

R. 277 στέρα,) τὸ δὲ καί τινας τῶν οὐκ ἀνοήτων πρὸς τοῦτο ὠλι-
σθηκέναι οὐκ εἰς φυσικὴν ἄν τις εἰκότως, ἀλλ' εἰς θειοτέραν
ἀνενέγκοι κίνησιν, ποινηλατεῖσθαι σαφῶς τὸ ἀνθρώπινον.

A. C. 376 μς'. Φυλαὶ μὲν γὰρ τῶν πολεμίων τὴν ἀρχὴν διεβεβή-
Ind. 4 Val. 13 κεσαν ἄπειροι, καὶ πλείους ἐπιδιέβαινον, οὐδενὸς κωλύοντος·
ἀλλ' ἐν τοσούτοις κακοῖς κέρδος αὐτοῖς ἐδόκει γνήσιον τὸ
δωροδοκεῖσθαι παρὰ τῶν πολεμίων. εἶχε δὲ ἑκάστη φυλὴ
ἱερά τε οἴκοθεν τὰ πάτρια συνεφελκομένη, καὶ ἱερέας τού-
των καὶ ἱερείας· ἀλλὰ στεγανή τις ἦν λίαν καὶ ἀδαμάντι-
νος ἡ περὶ ταῦτα σιωπὴ καὶ τῶν ἀποῤῥήτων ἐχεμυθία, ἡ
δὲ εἰς τὸ φανερὸν προσποίησις καὶ πλάσις εἰς τὴν τῶν πο-
λεμίων ἀπάτην διηρτυμένη. καί τινας ὡς ἐπισκόπους αὐ-
τῶν ἐς τὸ θαυμαζόμενον σχῆμα καταστολίσαντες καὶ περι-
R. 278 κρύψαντες, καὶ πολλῆς αὐτοῖς τῆς ἀλώπεκος ἐπιχέαντες, εἰς
τὸ μέσον προεφίεσαν, πανταχοῦ τὸ ἀφύλακτον διὰ τῶν κα-
ταφρονουμένων ὅρκων παρ' ἐκείνοις, παρὰ δὲ τοῖς βασιλεῦσι
σφόδρα φυλαττομένων, ὑποτρέχοντες καὶ κατασκευάζοντες.
ἦν δὲ καὶ τῶν καλουμένων μοναχῶν παρ' αὐτοῖς γένος, κα-
τὰ μίμησιν τῶν παρὰ τοῖς πολεμίοις ἐπιτετηδευμένον, οὐδὲν
ἐχούσης τῆς μιμήσεως πραγματῶδες καὶ δύσκολον, ἀλλὰ ἐξ-
ήρκει φαιὰ ἱμάτια σύρουσι καὶ χιτώνια, πονηροῖς τε εἶναι
καὶ πιστεύεσθαι. καὶ τοῦτο ὀξέως συνεῖδον οἱ βάρβαροι τὸ

13. σχῆμα καταστολίσαντες N., ὄχημα καταστολήσαντες ed. 19. ἐπιτετηδευμένων ed. 21. καὶ ante χιτ. om. ed.

prolapsi fuerint, id non tam naturali, quam divinae nescio cui commotioni merito tribuendum est: quia scilicet furiis poenalibus agitatur aliquando humana conditio.

46. Innumerae hostium turmae principio flumen tranarunt; pluresque secutae sunt, prohibente nemine; verum in tantis malis praeclarum nostris videbatur lucrum, dum se donis ab hoste corrumpi paterentur. Singulae vero barbarorum tribus sacra patria secum vehebant cum horum ex utroque sexu ministris. Sed enim altum atque adamantinum de his erat silentium, et mysteriorum taciturnitas; quidquid vero extrinsecus per simulamentum speciemque fiebat, id omne ad decipiendos hostes compositum elaboratumque erat; seque Christianos cuncti dicebant, et quosdam suos veluti episcopos miro habitu indutos multamque iis imposturam circumponentes, in medium producebant. Sic enim dabant operam, ut improvisos nos opprimerent propter sacramenta apud illos quidem contemta, apud imperatores autem nostros religiose servata. Erat praeterea apud ipsos genus illud hominum, quos monachos dicimus, ad illorum imitationem subornatum, qui in adversa parte versabantur; quippe imitatio nihil habet operosum aut difficile, sed nigris

θαυμαζόμενον παρὰ Ῥωμαίοις ἐς παραγωγὴν ἐπιτηδεύσαν- A. C. 376
τες· ἐπεὶ τά γε ἄλλα μετὰ βαθύτητος καὶ σκέπης ὅτι μά-
λιστα στεγανωτάτης τῶν ἀποῤῥήτων τὰ πάτρια ἱερὰ γεννι- R. 279
κῶς τε καὶ ἀδόλως φυλάττοντες. οὕτω δὲ ἐχόντων τούτων,
ὅμως ἐς τοσαύτην ἄνοιαν ἐξεπτώκεσαν, ὥστε συμπεπεῖ- Cod. 319
σθαι σαφῶς καὶ ἀμάχως τοὺς δοκοῦντας νοῦν ἔχειν, ὅτι
Χριστιανοί τέ εἰσι καὶ πάσαις ταῖς τελεταῖς ἀνέχοντες.

μζ. Ὅτι ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως ἐς τοῦτο ἤδη A. C. 379
συνέπεσεν ἅπαντα καὶ περιηνέχθη κατά τινα βίαν ἀπαραίτη- Ind. 7 Grat. 12
τον καὶ ἀνάγκην ἀνυπόστατον καὶ θεήλατον, ὡς καὶ τὸ τῶν Theod. 1
ὄνων γένος, μὴ ὅτι τῶν ἵππων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐλεφάντων
γενέσθαι τιμιώτερον. ὁ μὲν οὖν Μακεδὼν Φίλιππος κα-
ταζευγνύναι μέλλων περὶ ἑσπέραν ἤδη, εἶτα πυθόμενος ὡς
οὐ δυνατὸν, εἰπόντων τῶν κωλυόντων, χιλὸν οὐχ ὑπάρχειν
ἱκανὸν τοῖς ὑποζυγίοις, ἀνέζευξε τοῦτ᾽ εἰπὼν, ὡς οὐδὲν βα-
σιλέως ἀτυχέστερον, ὃς καὶ πρὸς τὸν τῶν ὄνων καιρὸν ζῆν
ἀναγκάζεται. ὁ δὲ καθ᾽ ἡμᾶς χρόνος ἐκινδύνευσεν ὅλως ἐπὶ
τοῖς ὄνοις σαλεύειν.

μη'. Τοῦ βασιλέως Γρατιανοῦ τὰ μὲν καθ᾽ ἕκαστον καὶ
ποῖός τις ἦν, οὔτε δυνατὸν ἦν περιεργάζεσθαι· τὰ γὰρ ἐν
τοῖς βασιλείοις ἐπικρύπτεται καὶ μάλα στεγανῶς· οὔτε πο-

3. πάτρια N., παρὰ ed. 4. Post φυλ. ins. διετέλουν N. 5. συμπεπεῖσθαι N., συμπεσεῖσθαι ed. 7. ἀνέχοντες B., ἀνέχον cod., ἀνέσχον ed. 18. ὄνοις N., ὅλοις ed.

paenulis et tunicis humum verrere sufficit improbosque esse et existimari. Atque hoc barbari probe scientes in admiratione apud Romanos esse, decipiendi causa faetitabant. Ceteroquin sacra patria praeclare incorrupteque firmissimoque silentio tecta apud se custodiebant. Quae quum ita se haberent, nihilominus nostri in tantum dementiae venerunt, ut cordati quoque homines manifeste et indubitate in eandem sententiam conspiraverint; quod illi scilicet Christiani essent atque omnibus mysteriis imbuti.

47. Theodosio imperante adeo res omnes insuperabili vi et divina necessitate circumferebantur, ut asinorum quoque genus elephantis, nedum equis pretiosius esset. Macedo quidem Philippus sub vesperam e castris moturus, quum id fieri non posse audisset, quia pabulum, ut monebant, iumentis idoneum non aderat, rex nihilominus perstitit, aitque nihil esse rege infelicius, qui iumentorum quoque commoditatibus vitam suam conformare deberet. Nostra vero aetate rerum summa in asinis posita esse videbatur.

48. Caesar Gratianus cuiusmodi in singulis rebus esset, scrutari altius nemo poterat. Etenim quae intra regia septa fiunt, ea celantur studiosissime neque in notitiam curiosorum veniunt. Ru-

λυπραγμονοῦσι συμμαθεῖν· τὰ γὰρ ἀπαγγελλόμενα παρ'
ἑκάστου, πολλὰς καὶ πολυμόρφους τὰς διαφορὰς ἔχοντα, μό-
νην τὴν ἀλήθειαν ὥσπερ τινὰ θησαυρὸν ἀπόῤῥητον οὐ διε-
B.280 γύμνου καὶ ἀπεκάλυπτεν. ὥσπερ οὖν τοῖς γράφουσι τὰς εἰ-
κόνας καὶ τὸ δοθὲν παράδειγμα χαρακτηρίζουσιν ἐπιτείνει
τὴν περὶ πρόσωπον ὁμοιότητα μικρά τινα τῶν ὑποκειμένων
συμβόλων, καὶ ἡ ῥυτὶς ἐπὶ τοῦ μετώπου διακεχαραγμένη,
ἢ τις ἴονθος παρανατέλλων παρὰ τὸ γένεεον, ἢ τοιοῦτό τι
μικρὸν καὶ παρημελημένον τῶν κατὰ τὴν ὄψιν, ὃ παροφθὲν
μὲν οὐχ ὑπογράφει τὸ εἶδος, ἀκριβωθὲν δὲ μόνον αἴτιον
τῆς ὁμοιότητος γίνεται, οὕτως ἔξεστι καὶ ἐπὶ τοῦδε τοῦ βα-
σιλέως συλλαμβάνειν οἷός τις ἦν, νέος τε ὢν καὶ ἐν ἐξουσίᾳ
βασιλικῇ τραφεὶς ἐκ παιδὸς, καὶ μὴ μεμαθηκὼς οἷον τὸ
ἄρχειν καὶ οἷον τὸ ἀρχόμενον· τοῦτο γὰρ μάλιστα διαφαί-
νει τὸ τῆς φύσεως μέγεθος, ὅταν τὴν προτεθεῖσαν ἀγωγὴν
καὶ συνήθειαν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐξώσῃ καὶ βιάση-
ται. ἔξεστι δὲ μαθεῖν ἐκ τῶν ὑποκειμένων παραδειγμάτων,
εἰς ἃ συνωμολόγουν ἅπαντες καὶ ἀντέλεγεν οὐδὲ εἷς τῶν
λέγειν συνειθισμένων καὶ τὸν κοινὸν φλήναφον ἠσκηκότων.

A. C. 388 μθ. Ὅτι ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ Μαξίμου στασιάσαντος
Ind. 1 καὶ βαρβάρων κατὰ Ῥωμαίων ἐκστρατευσάντων, φήμη κα-
Theod. 10 τέσχε τοὺς βαρβάρους, ὡς οἱ Ῥωμαῖοι στρατὸν ὅτι πλεῖστον
Cod. 320

1. ἐπαγγελλόμενα ed. 21. κατέσχετο ed.

mores autem, quos singillatim homines serunt, ii quum varie multumque inter se differant, simplicem veritatem ceu thesaurum quendam arcanum neque nudant neque revelant. Sicuti vero accidit, cum aliquis iconas pingit propositumque archetypon exprimere studet, ut faciei similitudinem parvae quaedam res obiectae conficiant, nempe vel insignis in fronte ruga, vel prominens in barba pilus, vel aliud eiusmodi, quod ceteroquin in facie negligi solet; id inquam, si praetermittatur, imago non fit iconica; sin accurate observetur, vel id solum faciei similitudinem effectam dabit: sic etiam quodnam principis huius ingenium fuerit, coniecturis adsequi opus erit, qui sane et iuvenis, et in regia dignitate a pueritia educatus fuit, neque regnandi artem neque obediendi noverat. Id enim vel maxime naturae praestantiam declarare solet, si quis nimirum e consueto communique more in melius quiddam vi sua progreditur. Rem porro e subiectis exemplis cognoscere licebit, quae cuncti fatebantur, nemine contradicente; nemine, inquam, vel ex iis, qui publice nugandi morem prae se ferebant.

49. Theodosio imperante, quum Maximus rebellaret, et praeterea barbari Romanos bello appeterent, fama inter barbaros manabat, quod reapse Romani ingentes copias contraherent. Quare

συλλέγουσι. καὶ συλλογισάμενοι τὸ δεινὸν οἱ βάρβαροι ἐπὶ A. C. 388
τὸ σύνηθες ἀνέδραμον σόφισμα, καὶ κατέδυσαν ἐπὶ τὰς Ind. 1 Theod. 10
Μακεδονικὰς λίμνας. καὶ συμφανές γε ἅπασι κατέστη, ὡς
ἡ Ῥωμαίων βασιλεία, τρυφὴν μὲν ἀρνουμένη πόλεμον δὲ
αἱρουμένη, οὐδὲν ἀφίησι τῆς γῆς ἀνήκοον καὶ ἀδούλωτον.
ἀλλὰ δεινόν γέ τι χρῆμα ταῖς τῶν ἀνθρώπων φύσεσιν ὁ ϑε- R. 281
ὸς ἐγκατέμιξεν, ὥσπερ τοῖς ὀστακοῖς τὴν ἐπικίνδυνον χολὴν
καὶ τοῖς ῥόδοις ἀκάνθας, οὕτω ταῖς ἐξουσίαις συγκατασπεί-
ρας τὴν ἡδονὴν καὶ ῥαθυμίαν, δι' ἣν, πάντα ἐξὸν εἰς μίαν
μεταστῆσαι πολιτείαν καὶ συναρμόσαι τὸ ἀνθρώπινον, αἱ βα-
σιλεῖαι τὸ ϑνητὸν σκοποῦσαι πρὸς τὸ ἡδὺ καταφέρονται,
τὸ τῆς δόξης ἀθάνατον οὐκ ἐξετάζουσαι καὶ παρεκλέγουσαι.

ν'. Ὅτι ὀλισθηρὸν, ὡς ἔοικε, καὶ σφαλερώτερον ἄνθρω- A. C. 392
πος πρὸς τιμὴν ἢ συμφοράν. ϑεραπεύσαντες γὰρ τὸν Τα- Ind. 5 Theod. 14
τιανὸν οἱ περὶ τὸν βασιλέα Θεοδόσιον, τιμάς τε ὑπερφυεῖς
ἐκ τοῦ βασιλέως καὶ μεταγνώσεις ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἐν-
σπόνδους ποιησάμενοι, καὶ περὶ τῶν μελλόντων οὐρανομήκεις
ἐλπίδας ὑποτείναντες, τοῦτον παρέπεισαν ἀγαγεῖν τὸν υἱὸν αὐ-
τοῦ Πρόκλον τοὔνομα· ὃν εἰς τὸ δεσμωτήριον συνέκλεισαν,
καὶ τὸν Τατιανὸν ἐπὶ Λυκίας ἀπέπεμψαν τοῦ παιδὸς χηρώ-
σαντες.

να'. Συμποσίου δὲ προτεθέντος αὐτοῖς παρὰ τοῦ βα-
σιλέως ἁδροτέρου καὶ πολυτελεστέρου, τὴν παροιμίαν ἀπέ-

18 ὑποσείραντες ed. 22. Hoc fragmentum uberius legitur in Exc. de legatt. c. 7.

periculum reputantes barbari ad consuetum sibi strategema confugerunt, in paludibus nempe Macedonicis semet abdiderunt. Prorsus autem cunctis innotuit, Romanum imperium, si, deliciis repudiatis, bellum meditetur, nullam terrarum partem indomitam ac liberam relicturum. Sed enim grave quoddam humanae naturae deus commiscuit infortunium; nam veluti caneris periculosam bilem, rosis spinas, ita in potestatibus voluptatem desidiamque ingeneravit. Quare quum fieri posset, ut universum hominum genus ad unum corpus rei publicae revocaretur; imperia interim caducae rei studiosa voluptatem consectantur, neque id exquirunt, quod immortale est, neque praeoptant.

50. Videtur homo facilius honore subverti ac decipi, quam calamitate. Ecce enim Theodosii imperatoris administri dum Tatiano aulicos sine modo honores et praeteriti temporis oblivionem spondent, atque infinitas in futurum spes ostendunt, persuaserunt illi, ut filium Proculum adduceret; quo protinus in carcerem coniecto, Tatianum in Lyciam filio orbatum relegaverunt.

51. Quumque illis aliquando ab imperatore largius ac sum-

A. C. 392 δεῖξαν ἀληθινὴν λέγουσαν· „ οἶνος καὶ ἀλήθεια τοῦ Διονύ-
Ind. 5 Theod. 14 σου." διὸ καὶ τὸν θεὸν εἰκότως Λυαῖον καλοῦσιν, ὡς οὐ
μόνον διαλύοντα τὰς λύπας, ἀλλὰ καὶ τὸ στεγανὸν τῶν ἀπορ-
ρήτων διαχέοντα καὶ διακαλύπτοντα. καὶ τότε ῥήξαντος
αὐτοῖς παρὰ πότον τὴν βουλὴν, διαλύεται τὸ συμπόσιον
ἀτάκτως.

A. C. 395 νβʹ. Ὅτι οἱ παῖδες Θεοδοσίου ἐπὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ
Ind. 8 ἔστησαν. εἰ δὲ τὸ ἀληθέστερον, ὅπερ ἐστὶ σκοπὸς ἱστορίας,
Honor. et Arcad. 1 προστιθέναι δεῖ τοῖς γεγενημένοις, τὸ μὲν ὄνομα ἦν τῶν
B. 282 βασιλέων, τὸ δὲ ἔργον τῶν μὲν κατὰ τὴν ἑῴαν Ῥουφίνου,
τὰ δὲ ἑσπέρια Στελίχωνος εἰς ἅπασαν ἐξουσίαν· οὕτω γοῦν οἱ μὲν βασιλεῖς ἐπετάττοντο παρὰ τῶν ἐπιτροπευόντων τὰς ἀρχὰς, οἱ δὲ ἐπιτροπεύοντες ἀεὶ πρὸς ἀλλήλους ἐπολέμουν ὥσπερ βασιλεύοντες, φανερῶς μὲν οὐκ ἐναντίας χεῖρας καὶ ὅπλα αἰρόμενοι, κρύφα δὲ ἀπάτης καὶ δόλου μηδὲν ὑπολείποντες· διὰ γὰρ μαλακίαν καὶ ἀσθένειαν ψυχῆς τὸ διέρπον καὶ ὕπουλον τῶν μηχανημάτων αὐτοῖς ὡς ἀνδρεῖον ...

* * *

A. C. 396 νγʹ. ... ρασε καθάπερ ἐξ οὐρανοῦ πρὸς τὴν γῆν διε-
Ind. 9 Arcad. 2 νεχθὲν, καὶ κατὰ τοῦτον ἐς ἀνθρώπινα. ὁ μὲν οὖν Βάργος
Cod. 79 τὴν ἀρχὴν πιστευθεὶς παρὰ τοῦ εὐνούχου ἐξῄει μάλα φαι-
δρὸς καὶ γεγηθὼς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ὡς ἂν ἀρχὰς ὑποθησό-

17. Desiderantur paginae duae. 22. ὑποσθησόμενος ed.

tuosius convivium fuisset exhibitum, verax patuit proverbium illud, Bacchi vinum et veritas. Quare et hoc numen congruenter Liberum appellant, quia non solum moeroribus liberat, verum etiam mentis arcana dissolvit et aperit. Quare et illorum quum inter pocula consilia revelasset, convivium turbulenter dissolutum est.

52. Liberi Theodosii imperium patrium obtinebant. Verumtamen si veritas, quod est praecipuum historiae propositum, dicenda est; illi quidem nomine tenus reges erant, reapse autem in oriente Rufinus, in occidente Stelicho, summam rerum potestatem habebant. Sic ergo imperatores quidem a curatoribus suis regebantur; ipsi vero curatores perpetuum inter se, regum instar, bellum gerebant; non ita equidem, ut publice manus et arma invicem inferrent, clam tamen nulli fraudi doloque parcebant. Propter suum enim corruptum ignavumque animum quidquid erat subdoli fallacisque artificii, pro virili facinore *habebant* . . .

* * *

53. . . . tamquam coelo in terram adeoque inter homines demissum. Bargus itaque ab eunucho promotus, magno gestiens gaudio dignitatem occupavit; quippe qui et alia sibi rursus munera animo suo despondebat; coepitque non sine multo corruptorum mili-

μενος ἑαυτῷ τινας πάλιν, καὶ μετὰ πολλῶν καὶ διεφθαρμέ- A. C. 396
νων στρατιωτῶν, πρὸς τὸ πολεμεῖν τοῖς εὐεργέταις· τῷ γὰρ Ind. 9 Arcad. 2
περιόντι τῆς τόλμης καὶ τῷ μεγέθει τῶν ἐγχειρουμένων πολ- R. 283
λοὺς ἤδη περιπεφευγὼς κινδύνους, ἐς τὸ ἀκίνδυνον ἤδη πρὸς ἅπαντας καὶ λίαν εὐτυχὲς τὴν τόλμαν ἐξεβιάζετο. συνετώτερος δὲ ὢν κατὰ πόδας ᾔει πρὸς τὴν ἐπιβουλήν. καὶ δῆτα γυνὴ συνῴκει τῷ Βάργῳ· ταύτην διὰ καθειμένων ἀνθρώπων πάλαι πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν λεγόμενον ἀλλοτρίως ἔχουσαν, διά τινος ἠρτυμένης καὶ συνεσκιασμένης ἐπιβουλῆς, ἐπὶ τὸν ἄνδρα ὥσπερ ἔχιδναν νωθρὰν καὶ ὑπὸ κρύους κατεψυγμένην ταῖς ὑποκειμέναις ἐπαγγελίαις ἀνέστησαν καὶ ὤρθωσαν. καὶ τέλος φυγὼν καὶ συλληφθεὶς τὴν τῶν ἀχαρίστων ὑπέσχε δίκην. καὶ ὁ μὲν ἑαυτὸν μανικώτατον καὶ τὸν εὐνοῦχον φρονιμώτατον ἔκειτο μαρτυρῶν, ἡλίκον ἐστὶ τὸ τῆς ἀχαριστίας παρὰ θεῷ ἔγκλημα.

νδʹ. Ὅτι ὁ εὐνοῦχος τοῦτον τοσοῦτον ὄντα καὶ τηλικοῦτον ἐκβαλὼν τοῦ βίου, εὐνοῦχος ἄνδρα καὶ δοῦλος ὕπατον καὶ θαλαμηπόλος τὸν ἐπὶ τοῖς στρατοπέδοις γεγενημένον, μέγα δή τι καὶ ὑπὲρ ἄνδρας ἐφρόνει· καὶ μή τίς γε τὸ Ἀβουνδαντίου πάθος, κἀκείνου τελέσαντος εἰς ὑπάτους ...

νεʹ. Ἀπίθανον μὲν γὰρ τὸ γραφόμενον· πλὴν εἴ τις

3. περιόντι N., προϊόντι ed. 5. ἅπαντα N. 6. Post ὢν N. ins. ὁ εὐνοῦχος. 9. ἠρτημένης καὶ συσκιασμένης ed. 14. φρον. ἀποδείξας ἔκειτο N.

tum numero benefactores suos oppugnare. Nam qui crescente in dies audacia sua ac magnitudine suorum facinorum compluribus periculis iam evaserat, tutum se ac per omnia felicem prorsus existimabat: sed tamen, utpote callidus, vestigia quaedam persequens ad instruendas insidias properabat. Porro autem Bargo concubina quaedam erat; quam huic iampridem iratam, artificiosa ac latente fraude, adversus Bargum tamquam colubrum torpidum geluque rigentem praemiis propositis concitaverunt. Quare Bargus postremo fugam moliens et comprehensus, ingrati animi sui poenas luit. Et hic quidem insanissimum se, eunuchum vero prudentissimum, ostendit; documentoque fuit, quam Deo invisum sit ingrati animi crimen.

54. Eunuchus postquam talem tantumque hominem vita spoliaverat, spado scilicet virum, servus consulem, cubicularius minister versatum in castris militem, magnos spiritus et virili sexu maiores sumpserat. Neque opus est, ut quisquam Abundantii calamitatem, qui et ipse cousul fuerat . . .

55. Incredibilis enim narratio est; sed tamen, si quispiam alius in eodem argumento versari potest, is mihi mirus erit, atque ob

R. 284 ἕτερος αὐτὰ γράφειν ἱκανός ἐστι, θαυμάζω αὐτὸν ἔγωγε,
καὶ ἀνδρεῖος ἀποφαινέσθω μοι τῆς ἀνεξικακίας χάριν. ἀλλ'
εἰκὸς μὲν τοὺς τὰ ἀκριβέστερα γράψαντας κατὰ χρόνους καὶ
κατὰ ἄνδρας προσποιουμένους ἀσφαλῶς τι λέγειν, ἔς τε
χάριν καὶ ἀπέχθειαν ἅμα φέρειν τὴν συγγραφήν· τῷ δὲ
ταῦτα γράφοντι οὐ πρὸς ταῦτα ἔφερεν ἡ ὁδὸς, ἀλλ' ὡς ὅ,τι
μάλιστα ἀνατρέχοι καὶ στηρίζοιτο πρὸς ἀλήθειαν. ἐπεὶ καὶ
κατὰ τούσδε τοὺς χρόνους ἤκουον καὶ συνεπυνθανόμην, ὡς ὁ
δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα γράφουσιν ἱστορίαν· οὓς ἐγὼ οὔ τι νεμεσητὸν
λέγω, ἀλλὰ ἐπίσταμαί γε σαφῶς ἄνδρας ἀγερώχους τε καὶ
σκιρτῶνας καὶ ἀληθείας τοσοῦτον ἀφεστηκότας, ὅσον ἐντὸς
εἶναι ἀναγωγίας. καὶ οὐκ ἐκείνοις μέμφομαι, τῆς δὲ ἀν-
Cod. 80 θρωπίνης κρίσεως τὸ λίαν ἀκρατὲς καὶ ὀλισθηρὸν καταμέμ-
φομαι, ὅτι θελγόμενοι καὶ καταγοητευόμενοι τὸ καθ' ἕκα-
στον, ἂν ὀνόματος μνησθῇ τις περιττοῦ καὶ τοῖς πολλοῖς
γνωρίμου, καί τι τῶν περὶ τὴν αὐλὴν τὴν βασιλικὴν ἀκρι-
βέστερον ὑπορύξαντες ἐξενέγκωσιν εἰς τοὺς πολλοὺς, τόν τε
κροτοθόρυβον ἔχουσιν ὡς ἀληθῆ λέγοντες καὶ πάντα εἰδότες,
καὶ πολὺς περὶ αὐτοὺς ὁ συνθέων ὅμιλος, μαρτυροῦντες
ῥᾳδίως, ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ τὴν ἀρετὴν τῆς συγγρα-
φῆς εἰς τόδε συμβιασάμενοι καὶ κατατείναντες, ὡς ἄρα
†τοῦτο ἐς αἰθέριον καὶ οὐρανόμηκες, ὅπερ αὐτοὶ διὰ βίου τι-
νὰ χλιδὴν * ἴδωσι καὶ ἁπλότητα χαυνότερον ἐπαινοῦντες, ἐς
τὸ πιστευόμενον καὶ δημῶδες συνάγουσι καὶ καταβιάζονται.

9. οὔ τι Maius, οὖσι cod. 22. ἐς] ἐστὶν coni. N.

suam patientiam fortis videbitur. Sed nimirum par fuit, eos, qui accuratius de temporibus et de hominibus egerunt, ut impune dicere possent, ad gratiam et odium historiam suam pariter flexisse. Verumtamen is, qui haec scribit, diversam plane viam instituit, nihilque ei antiquius fuit, quam ut veritatem sequeretur et confirmaret. Sane et hac tempestate audio a nonnullis historiam scribi: quos ego (nihil stomachosius dicam) et protervos homines esse novi et lascivientes, tantumque a veritate remotos, quantum inscitiae proximos. Neque ego illos accuso; sed illam non fero humani iudicii libidinem ac proclivitatem, qua permulsi atque decepti simul ac nomen aliquod paulo illustrius insonuit multisque famigeratum, tum siquid ex aula regia accuratius eruerint, id continuo in vulgus differunt, et magno strepitu se iactant, quasi vera narrent et omnia norint. Plurima vero circa hos turba hominum versatur, qui facile dictis testimonium dant; quique historiae virtutem in hoc verti eoque redigi putant, ut illud mirificum ac coeleste esse dicatur, quod ipsi pro vitae suae mollitia ac futili simplicitate laudant atque in publicam fidem vi

ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ ἀπίθανόν πως ´εἴρηται, πολλά τε αὐτοῦ τερατωδέστερα καὶ μυθωδέστερα προτέθειται, καὶ ἅπαντα ἦν τῆς ἡλιακῆς κινήσεως ἀληθέστερα· μαρτυρεῖ δὲ αὐτοῖς ὁ ἥλιος τοῖς εἰρημένοις. καὶ ῥηθήσεταί γε ἴσως ἕτερα τούτων πολυπλανέστερα καὶ βαθυπλοκώτερα πρὸς ἀπιστίαν· ἀλλ' ἐξαγγέλλει γε αὐτὰ ἡ συγγραφὴ μετριώτερον· καὶ ταῦ- R. 285
τα ὑπὲρ τῶν λεγομένων καὶ ὅτι γε φίλος θεὸς καὶ φίλη ἀλήθεια. ἀλλ' οὐκ οἶδα ὅστις γίνομαι ταῦτα γράφων· πολὺ γὰρ τὸ φροντίζειν ἀληθείας· ἀλλ' ὅγε τοῖς γεγραμμένοις ἀκολουθῶν καὶ πειθόμενος ἀκρίβειάν τε προσκυνήσει καὶ ἀλήθειαν.

νς'. Ὅτι κατὰ τοὺς χρόνους Εὐτροπίου τοῦ εὐνούχου τῶν μὲν περὶ τὴν ἑσπέραν οὐδὲν ἀκριβῶς γράφειν [ἐξῆν] εἰς ἐξήγησιν. τό,τε γὰρ διάστημα τοῦ πλοῦ καὶ μῆκος μακρὰς ἐποίει τὰς ἀγγελίας καὶ διεφθαρμένας ὑπὸ χρόνου, καθάπερ ἐς χρόνιον καὶ παρέλκουσάν τινα νόσον μεταβεβλημένας· οἵ τε πλανώμενοι καὶ στρατευόμενοι εἰ μέν τινες ἦσαν τῶν περὶ τὰ κοινὰ καὶ δυναμένων εἰδέναι, πρός χάριν καὶ ἀπέχθειαν καὶ τὰ καθ' ἡδονὴν ἕκαστος κατὰ βούλησιν ἀπέστειλεν. εἰ γοῦν τις αὐτῶν συνήγαγε τρεῖς ἢ τέσσαρας τἀναντία λέγοντας ὥσπερ μάρτυρας, πολὺ τὸ παγκράτιον ἦν τῶν λόγων καὶ ὁ πόλεμος ἐν χερσίν, ἀρχὰς λαβὼν ἀπὸ ῥηματίων καὶ *συγκεκαυμένων. ταῦτα δὲ ἦν· „σὺ πόθεν ταῦ-

3. δὲ αὐτοῖς] τε αὐτὸς B. 4. γε] μὲν B. 13. ἐξῆν ins. N. 17. πλανώμενοι N., πλαττόμ. ed. 19. κατὰ] καὶ B. 20. ἐπέστελλεν eoni. B.

pertrahunt. Age vero etiamsi incredibilia forte narrentur, nihilominus alia praesto sunt portentosiora adhuc et fabulosiora, quae tamen solari motu veriora dicuntur. Testis autem dictorum sol. Et quidem alia fortasse dicentur bis adhuc falsiora atque ab obtinenda fide remotiora, verumtamen nostra bistoria, ut decet, ea exponet, idque propter illud effatum: Amicus Deus, et amica veritas. Verum ignoro, quidnam mihi talia eventurum sit scribenti. Grave enim negotium est cura veritatis. Sed tamen qui scriptis meis mentem fidemque adhibuerit, is diligentiam veritatemque sectabitur.

56. Eutropii spadonis temporibus rerum certe occidentis nihil in historiam referri poterat. Nam et maritimi cursus spatiosa longinquitas seros nuntios et mora corruptos efficiebat, ceu si in diuturnum quendam protractumque morbum incidissent: et qui peregrinabantur aut cum exercitu proficiscebantur, si forte negotia publica rescire poterant, pro sua gratia vel odio et pro libito ac voluntate in suis quisque epistolis renuntiabat. Quamobrem si forte horum tres vel quatuor contraria adfirmantes testium instar congregavissct, praeclara fiebat sermonum lucta, conflictusque protinus

τα οἶδας; ποῦ δέ σε Στελίχων εἶδε; σὺ δὲ τον εὐνοῦχον
εἶδες ἄν;" ὥστε ἔργον ἦν διαλύειν τὰς συμπλοκάς. τῶν
R. 286 δὲ ἐμπόρων οὐδὲ εἷς λόγον πλείονα ψευδομένων, ἢ ὅσα κερ-
†δαίνειν βούλονται, ἀλλ' ὅσα τῷ σοφωτάτῳ μαρτυρεῖ κατὰ
Cod. 115 Πίνδαρον χρόνῳ ‖ τὴν ἀκριβεστέραν κατάληψιν.

A. C. 399 νζ. Ὅτι ἐπὶ τὰς Ἀσιανὰς συμφορὰς στρέψω τὴν συγ-
Ind. 12 Arcad. 5 γραφήν· τοιοῦτο γὰρ ὁ μακρὸς αἰὼν οὐδὲ ἓν ἤνεγκεν, οὐδέ
τις περὶ τὸν βίον τὸν ἀνθρώπινον ἐνεοχμώθη τοιαύτη φορὰ καὶ κίνησις. ἀλλ' ὅμως οὕτως εἶχε, καὶ τὸ ἀληθὲς ἀσιώπητον, ὡς ἀδικοίη γε ἄν τις εἰ διὰ τὸ ἀπίθανον τἀληθῆ μὴ γράφοιτο. καὶ τοῦτό γε οὐδὲν διαφέρον ἐδόκει μοι τοῦ πιεῖν τι τῶν δριμέων καὶ πικρῶν ἐπὶ σωτηρίᾳ· ἀλλ' ὥσπερ ἐκεῖνα κατακερασθέντα τοῖς σώμασιν ἀηδῶς τέλος ἔχει τὴν ὑγίειαν καὶ σωτηρίαν, οὕτω καὶ τὰ τερατευθέντα πρὸς τὸ παράλογον, οὐ τῆς γραφῆς ἐστι τὸ ἀηδὲς ἁμάρτημα, ἀλλὰ γλυκύ τι καὶ πότιμον διὰ τὴν ἀλήθειαν τοῖς ἀκριβῶς ἐξετάζειν βουλομένοις γίνεται.

νη'. Καὶ οὗτος μὲν ἐσώζετο καλῶς πονηρὸς ὤν· ὅμως δὲ (τὸν σπλῆνα γὰρ ἐνόσει,) διετέθη καλῶς ὑπὸ τῆς συνεχοῦς ἱππασίας, κατεπράϋνέ τε καὶ τὸ λιθῶδες ὑπεμά-

2. ὥστε] ᾧ γε ed. 5. Verba τ. α. κ., a quibus aliud folium incipit, cum iis quae praecedunt omnino non cohaerere videntur N. 7. οὐδὲ ἓν ἤνεγκεν N., οὐδὲν ἐνήνεγκεν ed. 15. ἐστι τὸ N., ἐστὶν ὁ ed.

exsistebat, sumto plerumque initio ab argutis igneisque voculis, quae fere huiusmodi erant: „Tu vero undenam haec audisti? ubinam te Stelicho vidit? num tu eunuchum nosti?" neque facile erat, rixas componere. Iam et mercatorum nemo quicquam praeter mendacia praeterque lucrum suum loquebatur, et quidquid sapientissimo rerum omnium tempori, prout Pindari sententia est, accuratiorem exhibet explorationem.

57. Nunc ad Asiaticas calamitates stilum transferam. Par enim nihil aevum immensum tulit, neque umquam in hominum vita tantus motus tantusque rerum transitus fuit. Atqui haec ita evenerunt neque silentio veritatem premere licet; nam ille iniuste se gereret, qui ob fidei impetrandae difficultatem res veras historiae non commendaret. Porro hoc mihi haud differre videtur ab eo, qui acre aliquid atque amarum salutis gratia ebibit. Nam sicuti haec insuaviter corporibus commixta salutem pariunt; sic etiam quae mirabiliter et praeter omnium opinionem accidunt, haud quidem historiae molestum peccatum reputanda sunt, sed dulce quid potius atque exoptabile propter veritatem apud eos, qui res altius scrutari volunt.

58. Atque ita praeclare evasit incolumis, qui malus vir erat: simulque valetudini suae bene fecit continenti equitatione, (nam splene laborabat,) calculosque mollivit ac mitigavit. Et is quidem abi-

λαξε. καὶ ὁ μὲν ἀπήει τῷ τε σφετέρῳ σώματι πολεμῶν ἢ πολεμήσων, καὶ τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν ἀπαγγέλλων ἀληθέστερον πόλεμον.

νθ'. Ἡ δὲ Λυδία πλησιόχωρος οὖσα τὰ δεύτερα ἔμελλε τοῦ ὀλέθρου φέρεσθαι.

ξ'. Πλὴν ὅσα γε τούτοις ἐν ἐλπίσιν ἦν τὸ σώζεσθαι· ἐλπὶς γὰρ ἐν ἀποῤῥήτοις ἔτι ζῶσι παραμύθιον. R. 28

Ἐπὶ τά γε ἐν τοῖς ἔργοις ξίφη καὶ βάρβαροι — οὐ κατὰ † τὴν ἔννομον ἀπαίτησιν, (καὶ γὰρ ἐκείνη τὸ διπλάσιον ὑπερέβαλεν,) ἀλλὰ κατὰ τὴν βαρβαρικὴν καὶ ἄμετρον πλεονεξίαν. — Ἀκινδύνως εἶχε πρὸς ἕτερον.

ξα'. Ὅτι οὐχ οὕτω παρακεκινηκότες καὶ διεφθαρμένοι τὴν γνώμην, ἀλλὰ δι' ὑπεροχὴν κακῶν, εἰς Ἰουλιανοῦ καιροὺς καὶ χρόνους τον εὐνοῦχον ἀνέθεσάν τινες Εὐτρόπιον. ὥσπερ οὖν τῶν ἰατρῶν ἐστιν ἀκούειν, ὅτι τοῖς φιλοζώοις βέλτιόν ἐστι σπλῆνα νοσεῖν ἢ κάμνειν ἧπαρ, καὶ ὅσον ὑπὲρ ἥπατος διὰ πνεύμονος ἐπὶ καρδίαν συμπερατοῦται καὶ διεφῖκται, οὕτω καὶ τότε συνέβαινεν, ὡς ἐν αἱρέσει τῶν αἰσχίστων, εὐδοκιμεῖν εὐνοῦχον μανέντα πρὸς παράθεσιν τῶν ἐπιλαβουσῶν συμφορῶν.

ξβ'. Ὅμως ὁ Γαΐνας διαφθείρας τὸν πολέμιον, (ἐπολέμει γὰρ εὐνούχῳ μάλα ἐντεταμένως· οὕτω σφόδρα γενναῖός τις ἦν·) ἐξ ὧν ἐδόκει κατωρθωκέναι, διὰ τούτων ἡττητο. ὑγρότερος γὰρ ὑπὸ τοῦ κατορθώματος καὶ μαλακώ-

12. Versum οὐχ οὕτω — ἀλλὰ addidi e Suida s. v. παρακινοῦντα. N. 13. διὰ τὴν ὑπ. et εἰς Ἰουλιανὸν τ. εὐν. Suid.

bat corpori suo vel nunc bellum faciens vel postea facturus; multo tamen verius bellum hominibus aulicis indicens.

59. Finitima Lydia secundas exitii partes latura erat.

60. Ili tamen salutis spem fovebant. Etenim spes, dum vita superest, in re incerta solatur . . . . non pro legitimae exactionis modo, quae tamen ipsa non amplius dimidio erat, sed pro barbarica infinitaque cupiditate. — Ab altero periculum non imminebat.

61. Non tam vesania moti, quam propter malorum cumulum erant qui Eutropium eunuchum quasi Iuliani imperium desiderarent. Ergo, ut medici aiunt, vitae retinendae cupidis melius esse, ut a splene doleant, quam ut iecore laborent, vel ea parte, quae supra iecur per pulmonem ad cor pertingit; sic etiam illo tempore accidit, ut in rerum turpissimarum conflictu vesanus eunuchus laudem referret, modo is cum praesentibus malis compararetur.

62. Simul Gainas, adversario subverso, (etenim eunuchum vehementer oppugnabat: tam forti animo erat;) quae sibi videbatur

τερος γενόμενος, ὡς ἂν ἤδη τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν συνῃρηκὼς καὶ τοῖς ποσὶν ἐπεμβαίνων αὐτῇ, μαλακώτερος ἦν ἀμφαφάασθαι· καὶ πρὸς τὸν Ἀργίβολον ἐπρεσβεύετο, ὡς τὸ σπουδαζόμενον αὐτοῖς ἔχει τέλος.

Cod. 116 ξγ'. Ὅτι Γαΐνας καὶ Ἀργίβολος . . . ὁ μὲν ἡγούμενος, ὁ δὲ ἑπόμενος . . . οὐδὲ αὐτὸς ἕτερον ἐπένθει· σφαγεὶς δὲ ἔκειτο, μηδὲ τὸν θάψοντα ἔχων καὶ κατορύξοντα.

R. 288 ξδ'. Ὅτι Πέρσης ἦν ἐν Ῥώμῃ ἔπαρχος πρὸς χλευασίαν καὶ γέλωτα τὴν Ῥωμαϊκὴν παραφέρων εὐτυχίαν· σανίδας δὲ πολλὰς μικρὰς πρὸς τὸ ἥμισυ σταδίου συγκομισάμενος καὶ εἰκόνα τινὰ τῶν ἔργων ὑπογράψαι βουλόμενος, πάντα ἐνετίθει γελοῖα ταῖς γραφαῖς, καὶ ἀποῤῥήτως τὰ γραφόμενα κατεχλεύαζε διὰ τῆς εἰκόνος. ἀνδρείαν μὲν γὰρ βασιλέως καὶ ῥώμην στρατιωτῶν ἢ πόλεμον ἐμφανῆ καὶ νόμιμον οὐδαμοῦ τὰ γραφόμενα παρεδήλου καὶ συνηνίττετο· χειρὸς δέ τινος ὡς ἂν ἐκ νεφῶν προτεινομένης, ἐπίγραμμα ἦν τῇ χειρί· „θεοῦ χεὶρ ἐλαύνουσα τοὺς βαρβάρους." αἰσχρὸν τοῦτο καταγράφειν, ἀλλ' ἀναγκαῖον. καὶ πάλιν ἑτέρωθι· „βάρβαροι τὸν θεὸν φεύγοντες." καὶ τούτων ἕτερα παχύτερα κ . . . δ' ἕτερα κωθωνιζομένων γραφέων φλήναφον, οὗ καὶ πρότερον ἡ συγγραφὴ μέμνηται, τῆς ἀκμαζούσης ἀρετῆς . . τὸ σῶμα . . τῆς ψυχῆς . . πλέον κατὰ σῶμα διαλυόμενον ἤδη . . ἀπο . .

A. C. 400 ξε'. Ὅτι Φράβιθος ὁ στρατηγὸς Ῥωμαίων νικήσας Γαΐ-

2. αὐτῆς ed. 23. Ed. modo Φράυιθος habet, modo Φράβιθος.

prospere egisse, iis exitium sibi ipsi peperit. Languidior enim a prosperitate effectus, ceu si iam Romanum imperium pedibus proculcaret, mollior nunc ad contrectandum erat. Atque ad Argibolum nuntium misit, significans, commune consilium iam scopo esse potitum.

63. Gainas et Argibolus . . . ille quidem dux, hic autem adsecla . . . Neque ipse alterum eluxit; caesus enim iacuit, nemine vel sepulturae mandante vel obruente.

64. Persa quidam Romae praefectus urbi erat, qui Romanam prosperitatem in ludibrium risumque trahebat. Hic enim parvis in circo positis tabellis, ut praesentium rerum imaginem quandam effingeret, ridiculorum omne genus in pictura expressit, atque clam totum argumentum irrisit. Nam neque Imperatoris fortitudinem, neque militum robur, neque bellum aliquod legitimum pictura demonstrabat. Sed manus quaedam nubibus protensa erat, cum inscriptione: *Manus Dei barbaros fugans.* Turpe est haec scribere, sed necessarium. Rursus in parte alia: *Barbari Deum fugientes:* atque his alia ineptiora . . . scriptoribus largiter potantibus nugas, quarum et antea in historia memini.

65. Fravitta, Romanorum dux, Gainam in Chersoneso victum

ναν περὶ τὴν Χεῤῥόνησον διαμένοντα, καὶ τοῦτον μὴ A. C. 400
διώξας, (ἀσφαλὴς γὰρ ἦν ἐπὶ τῇ νίκῃ κερδαίνειν τὸ ἔρ- Ind. 13 Arcad. 6
γον καὶ Λακωνικός τις,) † ἦν ὅτι τύχην εἰδέναι καὶ μὴ πέ-
ραν τοῦ μετρίου ποιεῖσθαι την δίωξιν. καὶ οὗτος μὲν Cod. 63
ἀσφαλέστερον βουλευόμενος, ἡλίκον ἐστὶ τοῖς ἄλλοις τὸ
καλῶς στρατηγεῖν ἔδειξεν· οἱ δὲ πολλοὶ καὶ ὅσον ἠλίθιον
καὶ πηλοῦ παχύτερον, στρατηγικοί τινες εἶναι βουλόμε-
νοι καὶ τὸ γεγονὸς ὑποσημαίνοντες διελήρουν καὶ παρε-
φλυάρουν, τὰς ὀφρῦς ἀνασπῶντες, καὶ διαφλεγόμενοι φθό-
νῳ πρὸς ἀπίθανόν τινα καὶ μυθώδη καταστραφῆναι, ἀπὸ †
μιᾶς γλώσσης καὶ πάθους, ὁμόφωνοι κατὰ δόξαν ὑπὸ δει-
λίας γεγονότες, καὶ τῷ παραλόγῳ πληγέντες, τὸν Φράβιθον R. 289
ἐπιψηφίζειν μὲν εἰδέναι, νίκῃ δὲ οὐκ εἰδέναι χρῆσθαι. ὁ
γοῦν . . τὴν Χεῤῥόνησον ἐγκατέλιπεν . . . . . αἰχμάλωτον
ὀπίσω σωτηρίας . . προσηκόντως τύχωσι· θέαμα τῆς νίκης
ἄξιον . . καὶ οὗτοι μὲν πρ . . εθρα . . καὶ ὑπέσπειρον εἰς
τὰ βασίλεια τῷ λόγῳ ποικιλόν τι καὶ περι . . ες, ὡς βάρ-
βαρος βαρβάρῳ καὶ μύστης μύστῃ παρέχων διαφυγὴν καὶ
σωτηρίαν· ὁ δὲ Φράβιθος μάλα φαιδρῶς καὶ . . προς . .
ἐπὶ Κωνσταντίνου πόλιν οὕτω τῆς φήμης . . καὶ σκοτεινὸν
ὑφέρπον τῆς προφερομένης . . παρελθὼν εἰς τὰ βασίλεια
φαιδρὸς καὶ γεγηθὼς . . μένων πρὸς τὸ παράλογον τῆς τύ-
χης καὶ θεὸν ὁρᾶν ὑπολαμβανόντων μᾶλλον ἢ ἄνθρωπον
(οὕτως, ὅ,τι ἐστὶ νικᾶν καὶ χεῖρας ἔχειν, οὐκ ᾔδεσαν,) πρὸς

5. βουλόμενος ed. 11. παρὰ δόξαν coni. B. 13. ἐπιψήφιζον ed. Num ἐπεψήφιζον [νικᾶν] μὲν? N. 16. εθρα] ἐθραούνοντο N. 22. . . . μένων] πάντων ἐκπεπληγμένων B.

ibique adhuc demorantem non insecutus; nam tardior erat ad persequendam victoriam et quasi Laconico more fortunam nosse sibi videbatur, neque immodicae persecutioni esse indulgendum. Atque hic tutiore consilio utens praeclarum exemplum imperatoriae artis suppeditavit. Multi tamen homines stolidi et pingui Minerva, qui imperandi periti videri vellent, praedictam rem ludibrio habentes sermonibusque carpentes ac superciliis adductis irridentes, invidia inflammati et repente mirum in modum concordes facti, factoque inopino attoniti aiebant: Imperare scit Fravitta, sed victoria uti nescit. Chersonesum deseruit . . severunt in regia rumores varios . . ceu si barbarus barbaro ethnicusque ethnico effugium salutemque concederet. Fravitta autem dum huiusmodi fama Constantinopoli pedetemtim manaret, . . in regiam gestiens laetabundusque delatus, improviso fortunae eventu deus potius, quam homo, visus est: adeo nesciebant quid esset vincere . . qui cum facie annuisset; namque ob mul-

A. C. 400 τὸν βασιλέα μετὰ ἐλευθερίας . . εἰ μὴν διατεινάμενος ἐξ-
Ind. 13 Arcad. 6 εβόησεν τῶν καταφρυαττομένων φθόνων καὶ νηστείαις καθάρματα . . πόσον ὁ θεὸς δύναται θεῷ μὲν ὅτε βου . . τὸ δυν . . ἐκείνου κακῶς . . τηλικοῦτον ἐν . . κατα πε . . ἔργον οἶσθα βασιλεῦ. τοῦτο δὲ τὸ ἔργον . . ἀλλότριον τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς. τοῦ δὲ . . ἐπινεύοντος πρόσωπον, διὰ γὰρ ἁπλότητα πολλὴν συμπαθήσας πρὸς τὰ λεγόμενα . . τα τῶν εὐνούχων εἶπεν, ὅτι προσῆκόν ἐστιν ἐπινεύειν . . . . τοῦ δὲ βασιλέως τοῦτο εἰπόντος, ὡς αἰτεῖν ἀνάγκη δωρεάν, ὁ
Cod. 64 Φράβιθος ἔφησεν ἐπιτραπῆναι κατὰ τὸν πάτριον νόμον ἱερατεύειν θεόν. ὁ δὲ βασιλεὺς δι' ὑπεροχὴν βασιλικῆς ἀρετῆς καὶ τὴν ὑπατείαν ἐπέτρεψεν· ὁ δ' ἐδέξατο.

R. 290 ξς'. Ὅτι Φαμέας ὁ Μίλκων ἐπικαλούμενος, μυρία παρέχων κακὰ Ῥωμαίοις, εἶτα Σκιπίωνος στρατηγοῦντος οὐ δυνάμενος, τὴν δὲ αἰτίαν ἐρωτώμενος ἐξειπεῖν, τὰ μὲν πρόβατα εἶναι ταὐτὰ, τὸν δὲ ποιμένα σφοδρότερον καὶ τοῦ Ἄργου πολυωπέστερον.

ξζ'. Ἱέραξ ἦν, ὄνομα δὲ τοῦτο ἀνθρώπου κύριον, ὃν εἶδεν ὁ συγγραφεὺς καὶ διελέχθη πρὸς αὐτὸν, καὶ τὴν ψυ-
R. 291 χήν τε ἀνεμάξατο διὰ τὸν λόγον. καὶ συνελόντι γε εἰπεῖν Ἀλεξανδρεὺς, καὶ κορακώδης μὲν κατὰ τὸ ἄπληστον ἐς τροφὴν, προσῆν δὲ αὐτῷ καὶ τρυφὴ, πρὸς δὲ ἡδονὰς ἀλεκτρυώδης, καὶ οἷός τις ἂν Ἀλεξανδρεὺς ἀσελγέστατος γένοιτο, καὶ εἴ γέ τι Ἀλεξανδρέως ἀσελγέστερον. ἀλλ' ὅμως ὁ

3. βου] βούλεται N. 4. δυν] δυνατὸν N. 5. ἔργον οὐκ ἔστιν ἀλλ. N. 14. Pro οὐ N. οὐδὲν 15. ἐξεῖπεν N. 20. τῶν λόγων coni. B. 23. ἀσελγέστερος ed.

tam moris sui simplicitatem dictis commotus fuerat . . ait aequum esse annuere . . quumque imperator diceret, oportere, ut Fravitta remunerationem peteret, hic ait, postulare se, ut patrio ritu Deum colere sibi liceret. Imperator autem propter eximiam, quae in illo erat, virtutem consulatum quoque contulit, quem ipse recepit.

66. Phameas cognomento Imilco, qui innumeris damnis Romanos adfecerat, deinde, Scipione exercitibus praeposito, quum nihil iam posset, causamque rei rogaretur, ait: „Oves quidem eaedem sunt, sed pastor multo vigilantior atque Argo oculatior."

67. Huic homini nomen proprium erat Hierax; quem quidem historicus de facie novit atque allocutus est, animumque eius screndis sermonibus exploravit. Ut breviter dicam, Alexandrinus erat et corvi quidem naturam ingluvie imitabatur: sed neque libidinibus carebat, ad quas galli ritu alacer erat, prorsusque incontinens instar hominis Alexandrini: immo et si quid Alexandrino incontinen-

συγγραφεὺς αἰδεσθῆναι τὴν τοσαύτην ἀναίδειαν καὶ ἰταμότητα συμπείσας ἐφ᾽ οἷς ἦν λόγοις ᾤχετο ἀπιὼν, τεθηπότων τῶν παρόντων, ὅτι ἄνθρωπος ἐξ Ἀλεξανδρείας γλῶσσάν τε ἐπέσχε καὶ φλυαρίαν ἐπέστησε καὶ τὸ πρόσωπον κατέκοψεν ἐρυθήματι.

ξη'. Ὁ δὲ πρὸς τὸν Ἰωάννην ἐπιστρέψας τὸν λόγον, „ἀλλὰ σύ γε" εἶπε „πάντων εἶ τῶν κακῶν αἴτιος, τούς τε βασιλέας διατέμνων ἐκ τῆς σφῶν αὐτῶν κολλήσεως, καὶ τὸ θεοπρεπέστατον ἔργον καὶ οὐρανόμηκες ὑπορύττων καὶ κατασείων ταῖς σαῖς μηχαναῖς ἐς διάλυσιν καὶ φθοράν. ἔστι τοδὲ πανόλβιόν τι χρῆμα καὶ τεῖχος ἄῤῥηκτον καὶ ἀδαμάντινον τοὺς βασιλέας ἐν δύο σώμασι μίαν βασιλείαν ἔχοντας φαίνεσθαι." καὶ οἱ παρόντες, τούτων λεγομένων, τὰς μὲν κεφαλὰς ἀπέσειον ἡσυχῇ καὶ δεδοικότες· ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς ἄριστα λέγεσθαι· τὸν δὲ Ἰωάννην τρέμοντες καὶ πρὸς τὰ σφέτερα κέρδη κεχηνότες, (ἡ γὰρ ἀκολασία καὶ τοῖς πονηροῖς, ἧπερ εἴρηται, τιμὴν ἐχαρίζετο,) τῆς κοινῆς σωτηρίας ἀμελή- R. 292 σαντες, καὶ προστησάμενοι σφῶν αὐτῶν τὸν Ἰωάννην, τεχνικὸν δή τινα ἱερακοτρόφον, τὸν Φράβιθον ἀφείλοντο τῆς ψυχῆς.

ξθ'. Παμφυλία γοῦν ὑπὸ τῶν Ἰσαυρικῶν πολέμων A. C. 404 πορθουμένη χρυσὸν ἐνόμισε τὰς Ἰσαυρικὰς συμφοράς· καὶ Ind. 2 Arcad. 10 καθάπερ ἐν ταῖς διοσημείαις ἀστραπῆς κεραυνὸς φοβερώτερος, (ἡ μὲν γὰρ ἐφόβησε μόνον, ὁ δὲ διέφθειρεν,) οὕτω καὶ

2. λόγοις B., λόγος ed. 4. κατέκρυψεν N. 9. φθοράν B., φοράν ed.

tins est. Sed tamen historicus tam impudentem tamque effrontem hominem pudorem edocuit, atque ad rem propositam devenit; mirantibus iis, qui aderant, quod homo Alexandrinus linguam cohiberet, nugas omitteret, et facie ruborem traheret.

68. Is autem, conversa ad Ioannem oratione, „Tu vero, inquit, malorum omnium causa es, qui concordiam regum dissocias, remque omnium praestantissimam atque coelestem artificiis tuis perturbatam pessum das. Quippe summa felicitas atque adamantina insuperabilisque firmitas est, cum duo reges unum regnum possidere videntur." Tum qui huic orationi aderant, capitibus taciti pavidique nutabant; visus enim erat rectissime dicere. Verumtamen dum a Ioanne sibi timent, et suum quisque lucrum meditatur, (namque impuris ille improbis quoque hominibus honores, uti dictum est, largiebatur,) communi omissa salute, Ioannem sibi praefecerunt, callidum scilicet Hieracis alumnum, Fravittamque vita spoliarunt.

69. Pamphylia Isauricis bellis vastata, nihilominus beatam se indicabat, si his tantum afficeretur. Iam sicuti in procellis fulgure fulmen formidabilius est; illud enim territat, hoc interimit; sic etiam Isauros ceteroquin auditu visuque tremendos, veris tamen instar

A. C. 404 Ind. 2 Arcad. 10 Cod. 77 τοὺς Ἰσαυροὺς φρικωδεστάτους ὄντας ἀκοῦσαί τε καὶ ἰδεῖν ἄνθος ἀπέδειξε καὶ τρυφερώτατόν τι καὶ χλοερὸν ἔαρ ὁ βέλτιστος ἐξ Ἀλεξανδρείας Ἱέραξ, οὕτω πάντα διερευνησάμενος καὶ συναρπάσας ἀθρόως ἐπὶ τῷ Φραβίθου φόνῳ. — καὶ παραλαβὼν ὑπὸ μάλης ἐπειρᾶτο διαφεύγειν κατὰ ῥύμην καὶ φοράν. ἀλλ' οὐκ εἶχεν ἀλαοσκοπίην ὁ Λύκιος Ἑρεννιανὸς βικάριος ὤν· ἀετὸς δὲ γενόμενος αὐτὸν συνήρπασε τὸν Ἱέρακα, καὶ μόλις ἀφῆκεν, εἰ μὴ τετρακισχιλίους ἐκεῖνος αὐτῷ χρυσοῦς ἀπέτισεν.

A. C. 414 Ind. 12 Theod. i. 7 ο'. Ὅτι ἐπὶ Πουλχερίας τῆς βασιλίσσης ἐξέκειτο δημοσίᾳ πιπρασκόμενα τὰ ἔθνη τοῖς βουλομένοις ὠνεῖσθαι τὰς ἀρχάς· πᾶσι δὲ ἐπιπράσκοντο μεγάλα τε καὶ μικρὰ φανερῶς ἐπὶ δημοσίων τραπεζῶν, ὥσπερ ἄλλο τι τῶν ἐπ' ἀγορᾶς ὠνίων. ὁ βουλόμενος Ἑλλήσποντον ἀδικεῖν εἶχεν Ἑλλήσποντον πριάμενος, καὶ ἄλλος Μακεδονίαν, Κυρήνην, καὶ ὅπως ἕκαστος ἐνόσει πρὸς τὸ ἄδικον ἢ ἐχθροὺς ἔχων. ἐξῆν δὲ καὶ καθ' ἕκαστον ἔθνος τὴν μοχθηρίαν ὠνεῖσθαι ἑαυτοῦ πρὸς τὸ βλάπτειν R. 293 τοὺς ὑπηκόους, καὶ πολλὰ συλλαμβάνειν ἔθνη· τοῦτο γὰρ ὁ βικάριος ἐδύνατο καὶ ἡ ἀνθύπατος ἀρχή. καὶ δέος ἦν οὐδὲν τῶν ἀθλίων γραμμάτων τοῖς νόμοις ἐντεθνηκότων, ὡς δεῖ τὸν ἐπὶ χρήμασι δικάζοντα κολάζεσθαι· ἀλλ' οἱ μὲν νόμοι κατὰ τὸν Σκύθην Ἀνάχαρσιν οὐκ ἀραχνίων ἦσαν ἀσθε-

1. φρικωδεστάτους B., φρικωδεστέρους ed. 5. ὑπὸ μάλης N., ὑπομολῆς ed. κατὰ] μετὰ ed. 6. ἀλαοσκοπίην B., ἄλλο σκοπεῖν ed. 7. γινόμενος ed. 18. ἐπηκόους ed.

herbidi floridique ac voluptarii praeclarus hic demonstravit Hierax, dum cuncta rimatur temereque diripit post Fravittae caedem. Ille clam fugam rapidam et tumultariam molitus est: verum Herennianus vicarius, quem non fefellerat, naturam aquilae induens corripuit Hieracem; vixque demum dimisit, quatuor acceptis ab illo aureorum millibus.

70. Pulcheria regnante, prostabant publice venum gentes iis, qui praefecturas coëmere volebant: et sive hae magnae sive modicae essent, palam in publicis mensis, ceu venales in foro merces, distrahebantur. Igitur qui Hellespontum diripere avebat, Hellespontum emptam ferebat, alius vero Macedoniam, alius Cyrenem, prout quisque peculandi morbo laborabat, aut inimicos ulciscendi. Licebat autem his improbis vel singularum gentium praefecturas nocendi causa coëmere, vel etiam cumulate plurium: illatenus enim patebat vicarii vel proconsulis iurisdictio. Nullus autem metus erat decretorum tristium iampridem cum legibus mortuorum, quod poenae videlicet is, qui ius venale habet, obnoxius sit. Etenim leges non modo, prout Scytha Anacharsis ait, araneosa tela infirmiores erant ac subtiliores, verum prorsus

Ind. 1 μέγιστα κατὰ πόλεμον ἔργα διαπραξάμενος, σὺν Ὀρέστῃ, ὃς
Theod. 41 τοῦ Ῥωμαϊκοῦ γένους ὢν ᾤκει τὴν πρὸς τῷ Σάῳ ποταμῷ

9. ὑπήκουον Val., ὑπήκοον vulg. 10. ἐκεῖνος H., ἐκεῖνο vulg. παρακελεύσαιτο B., παρεκελεύσατο vulg. 20. Alibi rectius Ἐδέκων.

4. Pace facta, Attilas rursus legatos ad Romanos Orientales mittit, qui transfugas repeterent. At illi legatos plurimis donis ornatos, cum nullos perfugas apud se esse asseverassent, dimiserunt. Misit et iterum Attilas alios, quibus non minus amplis muneribus ditatis, tertia ab eo, post illam itidem quarta legatio advenit. Ille enim Romanorum liberalitatem, qua utebantur, veriti, ne a foederibus barbari discederent, ludibrio habens, novas subinde causas fingebat, et vanas occasiones legatorum mittendorum excogitabat, et ad suos necessarios, quos liberalitate ornare volebat, eas legationes deferebat. Romani vero in omnibus rebus Attilae dicto audientes erant, et quae praecipiebat, domini iussa ducebant. Non solum enim a bello contra eum suscipiendo eorum rationes abhorrebant, sed et Parthos, qui bellum apparabant, et Vandalos, qui maritimas oras vexabant, et Isauros, qui praedis et rapinis grassabantur, et Saracenos, qui regiones ad Orientem excursionibus vastabant, metuebant. Praeterea gentes Aethiopum in armis erant. Itaque Romani animis fracti Attilam colebant, sed ceteris gentibus resistere conabantur, dum exercitus comparabant, et duces sortiebantur.

5. Edecon, vir Scytha, qui maximas res in bello gesserat, venit iterum legatus cum Oreste. Hic genere Romanus Paeoniam re-

Παιόνων χώραν, τῷ βαρβάρῳ κατὰ τὰς Ἀετίου στρατηγοῦ τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων συνθήκας ὑπακούουσαν. οὗτος ὁ Ἐδήκων ἐς τὰ βασίλεια παρελθὼν ἀπεδίδου τὰ παρὰ Ἀττήλα γράμματα, ἐν οἷς ἐποιεῖτο τοὺς Ῥωμαίους ἐν αἰτίᾳ τῶν φυγάδων πέρι· ἀνθ' ὧν ἠπείλει ἐπὶ τὰ ὅπλα χωρεῖν, εἰ μὴ ἀποδοθεῖεν αὐτῷ, καὶ ἀφέξονται Ῥωμαῖοι τὴν δορυάλωτον ἀροῦντες. εἶναι δὲ μῆκος μὲν αὐτῆς κατὰ τὸ ῥεῦμα τοῦ Ἴστρου ἀπὸ τῆς Παιόνων ἄχρι Νοβῶν τῶν Θρᾳκίων, τὸ δὲ βάθος πέντε ἡμερῶν ὁδόν. καὶ τὴν ἀγορὰν τὴν ἐν Ἰλλυριοῖς μὴ πρὸς τῇ ὄχθῃ τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ γίνεσθαι, ὥσπερ καὶ πάλαι, ἀλλ' ἐν Ναϊσσῷ, ἣν ὅριον, ὡς ἐπ' αὐτοῦ δῃωθεῖσαν, τῆς Σκυθῶν καὶ Ῥωμαίων ἐτίθετο γῆς, πέντε ἡμερῶν ὁδὸν εὐζώνῳ ἀνδρὶ τοῦ Ἴστρου ἀπέχουσαν ποταμοῦ. πρέσβεις δὲ ἐκέλευσε πρὸς αὐτὸν ἀφικνεῖσθαι τοὺς περὶ τῶν ἀμφιβόλων διαλεξομένους, οὐ τῶν ἐπιτυχόντων, ἀλλὰ τῶν ὑπατικῶν ἀνδρῶν τοὺς μεγίστους· οὓς εἰ ἐκπέμπειν εὐλαβηθεῖεν, αὐτὸν δεξάμενον σφᾶς ἐς τὴν Σαρδικὴν διαβήσεσθαι. τούτων ἀναγνωσθέντων βασιλεῖ τῶν γραμμάτων, ὡς ὑπεξῆλθεν ὁ Ἐδήκων σὺν τῷ Βιγίλᾳ ἑρμηνεύσαντι ὅσαπερ ὁ βάρβαρος ἀπὸ στόματος ἔφρασε τῶν Ἀττήλα δεδογμένων, καὶ ἐς ἑτέρους οἴκους παρεγένετο ὥστε αὐτὸν Χρυσαφίῳ τοῦ βασιλέως ὑπασπιστῇ, οἷα δὴ τὰ μέγιστα δυναμένῳ, ἐς ὄψιν ἐλθεῖν, ἀπεθαύμασε τὴν τῶν βασιλείων οἴκων περιφάνειαν. Βιγίλας δέ,

A. C. 448 Ind. 1 Theod. 41 C V. 26 D

17. δεξόμενον coni. B.

gionem, ad Saum flumen sitam, incolebat, quae ex foedere inito cum Aetio, Romanorum Occidentalium duce, barbaro parebat. Itaque Edecon in palatium admissus, Imperatori litteras Attilae tradidit, in quibus de transfugis non redditis querebatur, qui nisi redderentur, et Romani a colenda terra abstinerent, quam bello captam suae ditioni adiecerat, ad arma se iturum minabatur. Ea vero secundum Istrum a Paeonibus ad Novas usque in Thracia sitas in longitudinem extendebatur. Latitudo autem erat quinque dierum itinere. Neque vero forum celebrari, ut olim, ad ripam Istri volebat, sed in Naïsso, quam urbem a se captam et dirutam quinque dierum itinere expedito homini ab Istro distantem, Scytharum et Romanorum ditionis limitem constituebat. Legatos quoque ad se venire iussit controversa disceptaturos, non ex quolibet hominum genere et ordine, sed ex consularibus illustriores, quos si mittere intermiserint, se ipsum ad eos arcessendos in Sardicam descensurum. His litteris lectis, digresso ab Imperatore Edecone, cum Bigila, qui ea, quae Attilas verbis Imperatori denuntiari voluit, interpretatus erat, cum reliquas quoque domos obiret, ut in conspectum Chrysaphii spatharii Imperat. veniret, qui plurimum auctoritate et gratia apud Imperatorem valebat, admirabatur barbarus regiarum

A. C. 448 ὡς τῷ *Χρυσαφίῳ* ἐς λόγους ἦλθεν ὁ βάρβαρος, ἔλεγεν ἑρμη-
Ind. 1 Theod. 41 νεύων, ὡς ἐπαινοίη ὁ Ἐδήκων τὰ βασίλεια καὶ τὸν παρὰ σφι-
σιν μακαρίζοι πλοῦτον. ὁ δὲ Χρυσάφιος ἔφασκεν ἔσεσθαι
P. 38 καὶ αὐτὸν οἴκων τε χρυσοστέγων καὶ πλούτου κύριον, εἴγε
περιίδοι μὲν τὰ παρὰ Σκύθαις, ἕλοιτο δὲ τὰ Ῥωμαίων. τοῦ
δὲ ἀποκριναμένου, ὡς τὸν ἑτέρου δεσπότου θεράποντα ἄνευ
τοῦ κυρίου οὐ θέμις τοῦτο ποιεῖν, ἐπυνθάνετο ὁ εὐνοῦχος,
εἴγε ἀκώλυτος αὐτῷ ἡ παρὰ τὸν Ἀττήλαν εἴη εἴσοδος, καὶ
δύναμιν παρὰ Σκύθαις ἔχοι τινά. τοῦ δὲ ἀποκριναμένου,
ὡς καὶ ἐπιτήδειος εἴη τῷ Ἀττήλᾳ καὶ τὴν αὐτοῦ ἅμα τοῖς
εἰς τοῦτο ἀποκεκριμένοις λογάσιν ἐμπιστεύεται φυλακὴν, (ἐκ
διαδοχῆς γὰρ κατὰ ῥητὰς ἡμέρας ἕκαστον αὐτῶν ἔλεγε μεθ'
ὅπλων φυλάττειν τὸν Ἀττήλαν,) ἔφασκεν ὁ εὐνοῦχος, εἴπερ
πίστεις δέξοιτο, μέγιστα αὐτῷ ἐρεῖν ἀγαθά· δεῖσθαι δὲ σχολῆς·
ταύτην δὲ αὐτῷ ὑπάρχειν, εἴγε παρ' αὐτὸν ἐπὶ δεῖπνον ἔλ-
B θοι χωρὶς Ὀρέστου καὶ τῶν ἄλλων συμπρεσβευτῶν. ὑπο-
σχόμενος δὲ τοῦτο ποιεῖν, ἐπὶ τὴν ἑστίασιν πρὸς τὸν εὐνοῦ-
χον παραγενόμενος καὶ ὑπὸ τῷ *Βιγίλᾳ* ἑρμηνεῖ δεξιὰς καὶ
ὅρκους ἔδοσαν, ὁ μὲν εὐνοῦχος, ὡς οὐκ ἐπὶ κακῷ τῷ Ἐδήκω-
νι, ἀλλ' ἐπὶ μεγίστοις ἀγαθοῖς τοὺς λόγους ποιήσοιτο, ὁ δὲ, ὡς
οὐκ ἐξείποι τὰ αὐτῷ ῥηθησόμενα, εἰ καὶ μὴ πέρατος κυρή-

9. ἔχειν vulg.

domuum magnificentiam. Bigilas antem, simulatque barbarus in colloquium venit cum Chrysaphio, interpretans retulit, quantopere laudasset Imperatorias aedes, et Romanos beatos duceret propter affluentes divitiarum copias. Tum Edeconi Chrysaphius dixit, fore eum huiusmodi domuum, quae aureis tectis praefulgerent, compotem et opibus abundaturum, si, relicta Scythia, ad Romanos se conferret. „Sed alterius domini servum, Edecon ait, nefas est eo invito tantum facinus in se admittere." Quaesivit ex eo eunuchus, an facilis illi ad Attilam pateret aditus, et num qua potestate apud Scythas esset. Ille sibi necessitudinem intercedere cum Attila, respondit, et decretam sibi cum nonnullis aliis Scythiae primoribus eius custodiam. Nam per vices unumquemque eorum praescriptis diebus cum armis circa Attilam excubias agere. Tum eunuchus, si fide interposita se obstringeret, inquit, se maximorum bonorum illi auctorem futurum. Cui rei tractandae otio opus esse. Hoc vero sibi fore, si ad coenam rediret sine Oreste et reliquis legationis comitibus. Facturum se pollicitus barbarus coenae tempore ad eunuchum pergit. Tum per Bigilam interpretem datis dextris et iureiurando utrimque praestito, ab eunucho, se de rebus, quae Edeconi minime damno, sed fructui et commodo essent, verba facturum, ab Edecone, se, quae sibi crederentur, non enuntiaturum, etiamsi exsequi nollet. Tunc eunuchus Edeconi dixit, si in Scy-

σοι. τότε δὴ ὁ εὐνοῦχος ἔλεγε τῷ Ἐδήκωνι, εἰ διαβὰς ἐς A. C. 448 τὴν Σκυθικὴν ἀνέλοι τὸν Ἀττήλαν καὶ παρὰ Ῥωμαίους ἥξει, Ind. 1 Theod. 41 ἔσεσθαι αὐτῷ βίον εὐδαίμονα καὶ πλοῦτον μέγιστον. τοῦ δὲ ὑποσχομένου καὶ φήσαντος ἐπὶ τῇ πράξει δεῖσθαι χρημάτων, οὐ πολλῶν δὲ, ἀλλὰ πεντήκοντα λιτρῶν χρυσίου, δοθησομέ- C νων τῷ ὑπ' αὐτὸν πλήθει, ὥστε αὐτῷ τελείως συνεργῆσαι πρὸς τὴν ἐπίθεσιν, καὶ τοῦ εὐνούχου τὸ χρυσίον παραχρῆμα δώσειν ὑποσχομένου, ἔλεγεν ὁ βάρβαρος ἀποπέμπεσθαι μὲν αὐτὸν ἀπαγγελοῦντα τῷ Ἀττήλᾳ περὶ τῆς πρεσβείας, συμπέμπεσθαι δ' αὐτῷ Βιγίλαν τὴν παρὰ τοῦ Ἀττήλα ἐπὶ τοῖς φυγάσιν ἀπόκρισιν δεξάμενον. δι' αὐτοῦ γὰρ περὶ τοῦ αὐτοῦ χρυσίου μηνύσειν, καὶ ὃν τρόπον τοῦτο ἐκπεμφθήσεται. ἀπεληλυθότα γάρ, ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους, πολυπραγμονῆσαι τὸν Ἀττήλαν, τίς τε αὐτῷ δωρεὰ καὶ ὁπόσα παρὰ Ῥωμαίων δέδοται χρήματα· μὴ οἷόν τε δὲ ταῦτα ἀποκρύπτειν διὰ τοὺς συμπορευομένους. ἔδοξε δὴ τῷ εὐνούχῳ εὖ λέγειν, καὶ D τῆς γνώμης τὸν βάρβαρον ἀποδεξάμενος ἀποπέμπει μετὰ τὸ δεῖπνον, καὶ ἐπὶ βασιλέα φέρει τὴν βουλήν. ὃς Μαρτιάλιον τὴν τοῦ μαγίστρου διέποντα ἀρχὴν προσμεταπεμψάμενος ἔλεγε τὰς πρὸς τὸν βάρβαρον συνθήκας. ἀνάγκῃ δὲ ἐθάῤῥει τὸ τῆς ἀρχῆς· πασῶν γὰρ τῶν βασιλέως βουλῶν ὁ μάγιστρος κοινωνὸς, οἷα δὴ τῶν τε ἀγγελιαφόρων καὶ ἑρμηνέων

5. πολλῶν H., πολλῷ vulg. 11 δεξόμενον coni. B. 13. πολυπραγμονήσειν coni. B. 20. ἐθάῤῥει τὸ B., ἐθαῤῥεῖτο τῆς vulg. 22. οἷα B., διὰ vulg.

thiam rediens Attilam sustulerit, et Romanorum partibus accesserit, vitam in magnis opibus beate traducturum. Eunucho Edecon assensus est. Ad hanc rem peragendam opus esse pecuniis, non quidem multis, sed quinquaginta auri libris, quas militibus, quibus praeesset, qui sibi ad rem impigre exsequendam adiumento essent, divideret. Cum eunuchus, nulla mora interposita, dare vellet, dixit barbarus, se prius ad renuntiandam legationem dimitti oportere, et una secum Bigilam, qui Attilae de transfugis responsum acciperet; per eum enim se illi, qua ratione aurum sibi mitteret, indicaturum. Etenim Attilam se, simulatque redierit, percunctaturum, ut reliquos omnes, quae munera sibi et quantae pecuniae a Romanis dono datae sint. Neque id celare per collegas et comites licitum fore. Visus est eunucho barbarus recta sentire, et eius est amplexus sententiam. Itaque eo a coena dimisso, ad Imperatorem consilium initum detulit, qui Martialium, magistri officiorum munere fungentem, ad se venire iussum docuit conventionem cum barbaro factam: id enim illi credi et committi iure magistratus, quem gerebat, necesse fuit. Nam omnium Imperatoris consiliorum magister est particeps, sub cuius cura sunt tabellarii, interpretes

A. C. 448 καὶ στρατιωτῶν τῶν ἀμφὶ τὴν βασιλείαν φυλακὴν ὑπ' αὐτὸν
Ind. 1 Theod. 41 ταττομένων. ἐδόκει δὲ αὐτοῖς βουλευσαμένοις τῶν προκει-
μένων πέρι μὴ μόνον Βιγίλαν, ἀλλὰ γὰρ καὶ Μαξιμῖνον ἐκ-
πέμπειν πρεσβευόμενον παρὰ τὸν Ἀττήλαν.
A. C. 449 ς'. Ὅτι φωραθέντα τὸν Βιγίλαν ἐπιβουλευόμενον τῷ
Ind. 2 Theod. 42 Ἀττήλᾳ, καὶ τοῦ χρυσίου τὰς ἑκατὸν λίτρας τὰς παρὰ τοῦ
P. 39 Χρυσαφίου τοῦ εὐνούχου σταλείσας ἀφελομένου, παρευθὺς
ἔπεμπεν Ὀρέστην καὶ Ἤσλαν ὁ Ἀττήλας ἐς τὴν Κωνσταντί-
νου, ἐντειλάμενος τὸν μὲν Ὀρέστην τὸ βαλάντιον, ἐν ᾧπερ
ἐμβεβλήκει Βιγίλας τὸ χρυσίον Ἐδήκωνι δοθησόμενον, τῷ
σφετέρῳ περιθέντα τραχήλῳ ἐλθεῖν τε παρὰ βασιλέα, καὶ
αὐτῷ ἐπιδείξαντα καὶ τῷ εὐνούχῳ ἀνερωτᾷν εἴγε αὐτὸ ἐπι-
γινώσκοιεν; τὸν δὲ Ἤσλαν λέγειν ἀπὸ στόματος, εὖ μὲν γε-
γονότος εἶναι πατρὸς τὸν Θεοδόσιον παῖδα, εὖ δὲ καὶ αὐτὸν
φύντα καὶ τὸν πατέρα Μουνδίουχον διαδεξάμενον διαφυλά-
B ξαι τὴν εὐγένειαν· ταύτης δὲ τὸν Θεοδόσιον ἐκπεπτωκότα
V. 27 δουλεύειν αὐτῷ τὴν τοῦ φόρου ἀπαγωγὴν ὑφιστάμενον. οὐ
δίκαιον οὖν ποιεῖ τῷ βελτίονι καὶ ὃν αὐτῷ ἡ τύχη δεσπό-
την ἀνέδειξεν, ὡς πονηρὸς οἰκέτης λαθριδίως ἐπιτιθέμενος.
οὐ λύσειν οὖν τὴν αἰτίαν ἔφη τῶν ἐς αὐτὸν ἡμαρτημένων,
εἰ μή γε τὸν εὐνοῦχον ἐκπέμψοι πρὸς κόλασιν. καὶ οὗτοι
μὲν ἐπὶ τοῖσδε ἐς τὴν Κωνσταντίνου παρεγένοντο· συνηνέ-
χθη δὲ τὸν Χρυσάφιον ἐξαιτεῖσθαι καὶ παρὰ Ζήνωνος. Μα-

1. τῶν om. vulg. 7. ἀφελόμενος Cl. 19. ἀπέδειξεν coni. B.

et milites, qui palatii custodiae deputati sunt. Imperatore autem et Martialio de tota re consultantibus placuit, non solum Bigilam, sed et Maximinum legatum mittere ad Attilam.

6. Bigila insidiarum in Attilam manifeste convicto, Attilas, ablatis ab eo centum auri libris, quas a Chrysaphio acceperat, extemplo Orestem et Eslam Constantinopolim misit, iussitque Orestem, crumena, in quam Bigilas aurum, quod Edeconi daretur, coniecerat, collo imposita, in conspectum Imperatoris venire atque eunuchum interrogare, num hanc crumenam nosset; deinde Eslam haec verba proferre, Theodosium quidem clari patris et nobilis esse filium, Attilam quoque nobilis parentis esse stirpem, et patrem eius Mundiuchum acceptam a patre nobilitatem integram conservasse. Sed Theodosium tradita a patre nobilitate excidisse, quod tributum sibi pendendo suus servus esset factus. Non igitur iustam rem facere eum, qui praestantiori et ei, quem fortuna dominum ipsi dederit, tanquam servus improbus clandestinas insidias paret. Neque se prius criminari illum eo nomine destiturum, quam eunuchus ad supplicium sit traditus. Atque hi quidem cum his mandatis Constantinopolim pervenerunt. Eodem quoque tempore accidit, ut

ξιμίνου γὰρ εἰρηκέναι τὸν Ἀττήλαν ἀπαγγείλαντος χρῆναι βασιλέα πληροῦν τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τῷ Κωνσταντίῳ τὴν γυναῖκα διδόναι, ἣν οὐδαμῶς παρὰ τὴν ἐκείνου βουλὴν ἑτέρῳ κατεγγυηθῆναι οἷόν τε ἦν. ἢ γὰρ ὁ τολμήσας ἐκδεδώκει C δίκας, ἢ τοιαῦτα τὰ βασιλέως ἐστὶν, ὥστε μηδὲ τῶν σφετέρων κρατεῖν οἰκετῶν, καθ' ὧν συμμαχίαν, εἴγε βούλοιτο, ἕτοιμον εἶναι παρασχεῖν. ἐδήχθη τε ὁ Θεοδόσιος τὸν θυμὸν, καὶ δημοσίαν τὴν τῆς κόρης οὐσίαν ποιεῖ.

A. C. 449 Ind. 2 Theod. 42

ζ. Ὅτι ὡς ἠγγέλθη τῷ Ἀττήλᾳ, τὸν Μαρκιανὸν ἐς τὰ κατὰ τὴν ἕω Ῥωμαϊκὰ παρεληλυθέναι βασίλεια μετὰ τὴν Θεοδοσίου τελευτὴν, ἠγγέλθη δὲ αὐτῷ καὶ τὰ τῆς Ὀνωρίας πέρι γεγενημένα, πρὸς μὲν τὸν κρατοῦντα τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων ἔστελλε τοὺς διαλεξομένους μηδὲν Ὀνωρίαν πλημμελεῖσθαι, ἣν ἑαυτῷ πρὸς γάμον κατενεγγύησε· τιμωρήσειν γὰρ D αὐτῇ, εἰ μὴ καὶ τὰ τῆς βασιλείας ἀπολάβῃ σκῆπτρα. ἔπεμπε δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἑῴους Ῥωμαίους τῶν ταχθέντων φόρων ἕνεκα. ἀπράκτων δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν αὐτοῦ ἐπανελθόντων πρέσβεων — οἱ μὲν γὰρ τῆς ἑσπερίας ἀπεκρίναντο, Ὀνωρίαν αὐτῷ ἐς γάμον ἐλθεῖν μήτε δύνασθαι, ἐκδεδομένην ἀνδρί· σκῆπτρον δὲ αὐτῇ μὴ ὀφείλεσθαι· οὐ γὰρ θηλειῶν, ἀλλ' ἀῤῥένων ἡ τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας ἀρχή. οἱ δὲ τῆς ἕω ἔφασαν οὐχ ὑποστήσεσθαι τὴν τοῦ φόρου ἀπαγωγὴν, ἣν ὁ Θεο-

A. C. 450 Ind. 3 Marcian. 1

4. ἦν] εἶναι coni. B. ἐκδεδώκει] ἐκδοῦναι δώσει coni. B. 7. ἐδήχθη Val., ἐδείχθη vulg. τι ed. Par. 8. δημοσίαν mg. l H., δημόσιον vulg. 13. διαλεξαμένους vulg.

Chrysaphius a Zenone ad poenam deposceretur. Maximinus enim renuntiaverat, Attilam dicere, decere Imperatorem promissis stare, et Constantio uxorem, quam promiserit, dare, hanc enim, invito Imperatore, nemini fas fuisse desponderi: aut enim eum, qui contra ausus fuisset, poenas daturum fuisse, aut eo Imperatoris res deductas esse, ut ne servos quidem suos coercere posset, contra quos, si vellet, se auxilium ferre paratum. Sed Theodosius iracundiam suam palam fecit, cum bona puellae in publicum redegit.

7. Cum primum Attilae nuntiatum est, Martianum post Theodosii mortem ad imperium pervenisse, et quae Honoriae accidissent, ad eum, qui in Occidente rerum potiebatur, misit, qui contenderent, Honoriam nihil se indignum admisisse, quam matrimonio suo destinasset; seque illi auxilium laturum, nisi summa quoque imperii ei deferretur. Misit et ad Romanos Orientales tributorum constitutorum gratia. Sed re infecta legati utrimque sunt reversi. Etenim qui Occidentis imperio praeerat, respondit, Honoriam illi nubere non posse, quod iam alii nupsisset. Neque imperium Honoriae deberi. Virorum enim, non mulierum, Romanum imperium esse. Qui in Oriente imperabat, se minime ratam habere tributi

A.C. 450 δόσιος ἔταξε· καὶ ἡσυχάζοντι μὲν δῶρα δώσειν, πόλεμον δὲ
Ind. 3 ἀπειλοῦντι ὅπλα καὶ ἄνδρας ἐπάξειν τῆς αὐτοῦ μὴ λειπομέ-
Marcian. 1 P. 40 νους δυνάμεως. ἐμερίζετο οὖν τὴν γνώμην, καὶ διηπόρει
ποίοις πρότερον ἐπιθήσεται, καὶ ἔχειν αὐτῷ ἐδόκει καλῶς
τέως ἐπὶ τὸν μείζονα τρέπεσθαι πόλεμον καὶ ἐς τὴν ἑσπέραν
στρατεύεσθαι, τῆς μάχης αὐτῷ μὴ μόνον πρὸς Ἰταλιώτας,
ἀλλὰ καὶ πρὸς Γότθους καὶ Φράγγους ἐσομένης, πρὸς μὲν
Ἰταλιώτας ὥστε τὴν Ὁνωρίαν μετὰ τῶν χρημάτων λαβεῖν,
πρὸς δὲ Γότθους χάριν Γεζερίχῳ κατατιθέμενον.
A.C. 451 η'. Ὅτι τῷ Ἀττήλᾳ ἦν τοῦ πρὸς Φράγγους πολέμου πρό-
Ind. 4 Marcian. 2 φασις ἡ τοῦ σφῶν βασιλέως τελευτὴ καὶ ἡ τῆς ἀρχῆς τῶν
ἐκείνου παίδων διαφορά, τοῦ πρεσβυτέρου μὲν Ἀττήλαν, τοῦ
B δὲ νεωτέρου Ἀέτιον ἐπὶ συμμαχίᾳ ἐπάγεσθαι ἐγνωκότος· ὃν
κατὰ τὴν Ῥώμην εἴδομεν πρεσβευόμενον, μήπω ἰούλου ἀρ-
χόμενον, ξανθὸν τὴν κόμην τοῖς αὐτοῦ περικεχυμένην διὰ
μέγεθος ὤμοις. θετὸν δὲ αὐτὸν ὁ Ἀέτιος ποιησάμενος παῖδα
καὶ πλεῖστα δῶρα δοὺς ἅμα τῷ βασιλεύοντι ἐπὶ φιλίᾳ τε καὶ
ὁμαιχμίᾳ ἀπέπεμψε. τούτων ἕνεκα ὁ Ἀττήλας τὴν ἐκστρά-
τειαν ποιούμενος, αὖθις τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἄνδρας ἐς τὴν Ἰτα-
λίαν ἔπεμπεν ὥστε τὴν Ὁνωρίαν ἐκδιδόναι· εἶναι γὰρ αὐ-
τῷ ἡρμοσμένην πρὸς γάμον, τεκμήριον ποιούμενος τὸν παρ'
C αὐτῆς πεμφθέντα δακτύλιον, ὃν καὶ ἐπιδειχθησόμενον ἐστάλ-

14. πρεσβευομένοι coni. N. 15. περικεχυμένον coni. B.

illationem, quam Theodosius consensisset: quiescenti munera largiturum; bellum minanti viros et arma obiecturum ipsius opibus non inferiora. Itaque Attilas in varias distrahebatur sententias, et illi in dubio haerebat animus, quos primum aggrederetur. Tandem melius visum est ad periculosius bellum prius sese convertere, et in Occidentem exercitum educere. Illic enim sibi rem fore non solum cum Italis, sed etiam cum Gothis et Francis: cum Italis, ut Honoriam cum ingentibus divitiis secum abduceret: cum Gothis, ut Genserichi gratiam promereretur.

8. Et Francos quidem bello lacessendi illi causa fuit regum ipsorum obitus et de regno inter liberos controversia, quum maior natu Attilam auxilio vocasset, Aëtium minor, quem Romae vidimus legationem obeuntem, nondum lanugine efflorescente, flava coma, et capillis propter densitatem et magnitudinem super humeros effusis. Hunc etiam Aëtius filii loco adoptaverat, et plurimis donis ornatum ad Imperatorem, ut amicitiam et societatem cum eo faceret, miserat. Quamobrem Attilas antequam in eam expeditionem ingrederetur, rursus legatos in Italiam misit, qui Honoriam poscerent: eam enim secum matrimonium pepigisse: cuius rei ut fidem faceret, annulum ab ea ad se missum per legatos, quibus tradide-

A. C. 451 Ind. 4 Marcian. 2

κει. παραχωρεῖν δὲ αὐτῷ τὸν Βαλεντινιανὸν καὶ τοῦ ἡμίσεως τῆς βασιλείας μέρους, ὡς καὶ τῆς Ὀνωρίας διαδεξαμένης μὲν παρὰ πατρὸς τὴν ἀρχήν, ταύτης δὲ τῇ τοῦ ἀδελφοῦ ἀφαιρεθεῖσαν πλεονεξίᾳ. ὡς δὲ οἱ ἑσπέριοι Ῥωμαῖοι τῆς προτέρας ἐχόμενοι γνώμης πρὸς οὐδὲν τῶν αὐτῷ δεδογμένων ὑπήκουον, εἴχετο μᾶλλον τῆς τοῦ πολέμου παρασκευῆς, πᾶν τὸ τῶν μαχίμων ἀγείρων πλῆθος.

A. C. 452 Ind. 5 Marcian. 3

θ'. Ὅτι ὁ Ἀττήλας μετὰ τὸ τὴν Ἰταλίαν ἀνδραποδίσασθαι ἐπὶ τὰ σφέτερα ἀναζεύξας, τοῖς κρατοῦσιν τῶν ἑῴων Ῥωμαίων πόλεμον καὶ ἀνδραποδισμὸν τῆς χώρας κατήγγελλεν, ὡς μὴ ἐκπεμφθέντος τοῦ παρὰ Θεοδοσίου τεταγμένου φόρου. D

p. A. C. 453 Marcian. I.

ι'. Ὅτι Ἀρδαβούριος ὁ τοῦ Ἄσπαρος Σαρακηνοῖς ἐπολέμει κατὰ τὴν Δαμασκόν· καὶ ἐκεῖσε παραγενομένου Μαξιμίνου τοῦ στρατηγοῦ καὶ Πρίσκου τοῦ συγγραφέως, εὗρον αὐτὸν τοῖς Σαρακηνῶν πρέσβεσι περὶ εἰρήνης διαλεγόμενον.

p. A. C. 453 V. 28

ια'. Ὅτι Βλέμμυες καὶ Νουβάδες ἡττηθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων πρέσβεις παρὰ τὸν Μαξιμῖνον ἔπεμπον ἐξ ἀμφοτέρων ἐθνῶν, εἰρήνης πέρι βουλόμενοι σπένδεσθαι. καὶ ταύτην διατηρῆσαι ἔφασαν, ἐφ' ὅσον ὁ Μαξιμῖνος τὴν Θηβαίων ἐγκαταμένοι χώραν. τοῦ δὲ μὴ προσδεξαμένου ἐπὶ χρόνῳ σπένδεσθαι τοσούτῳ, ἔλεγον ἄχρι τῆς αὐτοῦ ζωῆς μὴ κινήσειν ὅπλα. ὡς δὲ οὐδὲ τοὺς δευτέρους τῆς πρεσβείας προσίετο

9. ἀναζεύξας H., ἀναζεῦξαι vulg.

rat, exhiberi mandavit. Etiam dimidiam imperii partem sibi Valentinianum debere, quum ad Honoriam iure paternum regnum pertineret, quo iniusta fratris cupiditate privata esset. Sed quum Romani Occidentales in prima sententia persisterent et Attilae mandata reiicerent, ipse toto exercitu convocato maiore vi bellum paravit.

9. Attilas, vastata Italia, ad sua se retulit, et Romanorum Imperatoribus in Oriente bellum et populationem denuntiavit, propterea quod tributum sibi a Theodosio constitutum non solveretur.

10. Ardaburius, Asparis filius, ad Damascum Saracenos debellavit. Eo Maximino duce, et Prisco, huius historiae scriptore, advenientibus, offenderunt Ardaburium cum Saracenorum legatis de pace tractantem.

11. Blemmyes et Nubades, a Romanis victi, legatos ex utraque gente ad Maximinum pacis exorandae gratia miserunt, quam se servaturos spondebant, quoad usque Maximinus in Thebanorum regione commoraretur. Illo vero ad id tempus abnuente foedus icere, subiecerunt, se, quamdiu Maximino vita suppeteret, in officio futuros nec moturos arma. Hac quoque conditione, quam legati offerebant, reiecta, centum annorum inducias fecerunt. His foederibus placuit captivos Romanos, qui et hoc, et superiore proelio capti erant, sine

p.A.C.453 λόγους, ἑκατοντούτεις ἔθεντο σπονδάς· ἐν αἷς ἐδόκει Ῥωμαίων μὲν αἰχμαλώτους ἄνευ λύτρων ἀφεῖσθαι, εἴτε κατ' ἐκεί- P.41 νην, εἴτε καθ' ἑτέραν ἔφοδον ἥλωσαν, τὰ δὲ τότε ἀπαχθέντα ἀποδοθῆναι βοσκήματα, καὶ τῶν δαπανηθέντων κατατίθεσθαι τὴν ἀποτίμησιν· ὁμήρους δὲ τοὺς εὖ γεγονότας παρά σφισι δίδοσθαι πίστεως ἕνεκα τῶν σπονδῶν. εἶναι δὲ αὐτοῖς κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον ἀκώλυτον τὴν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἴσιδος διάβασιν, τοῦ ποταμίου σκάφους Αἰγυπτίων ἐχόντων τὴν ἐπιμέλειαν, ἐν ᾧπερ τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ ἐντιθέμενον διαπορθμεύεται. ἐν ῥητῷ γὰρ οἱ βάρβαροι χρόνῳ ἐς τὴν οἰκείαν διακομίζοντες τὸ ξόανον, πάλιν αὐτῷ χρηστηριασάμενοι ἐς τὴν νῆσον ἀποσώζουσιν. ἐμπεδωθῆναι τοίνυν ἐν τῷ ἐν Φίλαις ἱερῷ τὰς συνθήκας ἐδόκει τῷ Μαξιμίνῳ ἐπιτήδειον B ὄν. ἐπέμποντο μετεξέτεροι. παρεγίνοντο δὲ καὶ τῶν Βλεμμύων καὶ Νουβάδων οἱ τὰς σπονδὰς ἐν τῇ νήσῳ τιθέμενοι. ἐγγραφέντων δὲ τῶν συνδοξάντων καὶ τῶν ὁμήρων παραδοθέντων, (ἦσαν δὲ τῶν τε τυραννησάντων καὶ ὑπὸ τυράννων γεγονότων, ὅπερ οὐδὲ πώποτε ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἐγένετο· οὔποτε γὰρ Νουβάδων καὶ Βλεμμύων παρὰ Ῥωμαίοις ὡμήρευσαν παῖδες,) συνηνέχθη δὲ τὸν Μαξιμῖνον ἀνωμάλως διατεθῆναι τὸ σῶμα καὶ ἀποθανεῖν. τὴν δὲ τοῦ Μαξιμίνου τελευτὴν μαθόντες οἱ βάρβαροι τούς τε ὁμήρους ἀφείλοντο, βιασάμενοι, καὶ τὴν χώραν κατέδραμον.

1. ἔθετο vulg. 2. αἰχμαλώτων vulg. 3. ἧλω vulg. 5. τοὺς] τριακοσίους susp. N. 6. πίστεων Cl., ὥστε ὧν vulg. 13. ἐν ante Φ. add. Val.

ullo redemtionis pretio liberos dimitti: pecora tunc abacta reddi, et sumptuum aestimationem restitui. Ad firmandam fidem foederis obsides ex nobilioribus dari. Liberam esse ipsis secundum antiquam legem ad templum Isidis traiectionem, dum Aegyptii curam cymbae fluminalis haberent, in qua signum Deae impositum transveheretur. Certo enim tempore barbari statuam Deae e templo, in quo est collocata, domum importantes traiiciunt, et oraculis ab ea sumtis, rursus in insulam reducunt. Hanc pactionem Philis in templo affigi Maximino visum est, et ad eam rem missi ex eius necessariis nonnulli. Adfuerunt etiam ex Blemmyis et Nubadibus qui foedera in insula deponerent. Foedere perscripto et obsidibus traditis, (erant autem ex his, qui dominatum exercuerant, aut ex filiis eorum, quod in hoc bello minime adhuc contigerat, neque unquam antea Nubadum aut Blemmyorum filii obsides apud Romanos fuerant,) Maximinus in morbum incidit, et mortuus est. Postquam vero de eius obitu barbaris nuntiatum est, vi obsides eripuerunt, et regionem excursionibus vastarunt.

ιβ'. Ὅτι Γωβάζης πρεσβεύεται παρὰ Ῥωμαίους. Ῥω- A. C. 456
μαῖοι δὲ ἀπεκρίναντο τοῖς παρὰ Γωβάζου σταλεῖσι πρέσβε- Ind. 9 Marcian. 7
σιν, ὡς ἀφέξονται τοῦ πολέμου, εἴγε ἢ αὐτὸς Γωβάζης ἀπό- C
θοιτο τὴν ἀρχήν, ἢ τὸν παῖδα τῆς βασιλείας ἀφέλοιτο· οὐ
γὰρ θέμις τῆς χώρας ἀμφοτέρους ἡγεμονεύειν παρὰ τὸν πα-
λαιὸν θεσμόν. ὥστε δὲ θάτερον βασιλεύειν, Γωβάζην ἢ τὸν
αὐτοῦ παῖδα, τῆς Κολχίδος, καὶ τῇδε λυθῆναι τὸν πόλεμον,
Εὐφήμιος ἐσηγήσατο, τὴν τοῦ μαγίστρου διέπων ἀρχήν· ὃς
ἐπὶ συνέσει καὶ λόγων ἀρετῇ δόξαν ἔχων Μαρκιανοῦ τοῦ
βασιλέως τὴν τῶν πραγμάτων ἔλαχεν ἐπιτροπήν, καὶ πλεί-
στων τῶν εὖ βουλευθέντων ἐκείνῳ καθηγητὴς ἐγένετο· ὃς D
καὶ Πρίσκον τὸν συγγραφέα τῶν τῆς ἀρχῆς φροντίδων ἐδέ-
ξατο κοινωνόν. τῆς δὲ αἱρέσεως τῆς αὐτῷ δοθείσης ὁ Γω-
βάζης εἵλετο τῆς βασιλείας παραχωρῆσαι τῷ παιδὶ, αὐτὸς
τὰ σύμβολα ἀποθέμενος τῆς ἀρχῆς. καὶ παρὰ τὸν κρατοῦν-
τα Ῥωμαίων τοὺς δεησομένους ἔπεμπεν, ὡς, ἑνὸς Κόλχου
ἡγεμονεύοντος, οὐκέτι δι' αὐτὸν χαλεπαίνοντα ἐπὶ τὰ ὅπλα
χωρεῖν. βασιλεὺς δὲ διαβαίνειν αὐτὸν ἐς τὴν Ῥωμαίων ἐ-
κέλευε, καὶ τῶν αὐτῷ δεδογμένων διδόναι λόγον. ὃς δὲ τὴν
μὲν ἄφιξιν οὐκ ἠρνήσατο, Διονύσιον δὲ τὸν ἐς τὴν Κολχίδα
πάλαι διαπεμφθέντα τῆς τε αὐτοῦ Γωβάζου διαφορᾶς ἕνεκα
πίστιν δώσοντα ᾔτησεν, ὡς οὐδὲν ὑποσταίη ἀνήκεστον. διο

4. τὸν N., γοῦν vulg. 6. δὲ] δέον H. 16. Κόλχων coni. N.
20 Διονύσιον N., Διονύσιος vulg.

12 Gobazes legatos misit ad Romanos, quibus Romani responderunt, se a bello cessaturos, si regnum aut ipse deponeret, aut filio adimeret. Nec enim fas esse secundum antiquam regionis legem, duos simul dominari. Itaque oportere aut ipsum Gobazem, aut eius filium regnare in Colchide, atque ita bellum solutum iri. Haec Euphemius illis suaserat, qui magistri officiorum dignitatem adeptus, prudentia et eloquentia clarus, sub Marciano Imperatore reipublicae administrationem gerebat, et multorum optimorum consiliorum auctor illi fuit. Hic quoque Priscum huius historiae scriptorem assessorem sibi adiunxit. Gobazes igitur, sibi delata optione, regni insignia deposuit, et regnum filio cedere constituit. Tum ad Imperatorem misit, quandoquidem uni solum iam pareret Colchidis regio, uti non amplius illi usque eo succenseret, ut etiam arma inferret. Imperator vero iussit Gobazem in Romanorum regionem transgredi, ut eorum, quae sibi facienda statuisset, rationem redderet. Ille autem profectionem minime abnuit; sed petiit, ut Dionysius, qui iam olim Gobazis discordiarum causa in Colchidem missus erat, ad fidem praestandam ad se veniret, se nihil iniqui

A. C. 456 δὴ ἐς τὴν Κολχίδα Διονύσιος ἐστέλλετο, καὶ περὶ τῶν διαφόρων συνέβησαν.

A. C. 460 ιγ'. Ὅτι ὁ Μαϊοριανὸς ὁ τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων βασι-
Ind. 13 λεύς, ὡς αὐτῷ οἱ ἐν Γαλατίᾳ Γότθοι σύμμαχοι κατέστησαν,
Leon. 4 P. 42 καὶ τὰ παροικοῦντα τὴν αὐτοῦ ἐπικράτειαν ἔθνη τὰ μὲν ὅπλοις, τὰ δὲ λόγοις παρεστήσατο, καὶ ἐπὶ τὴν Λιβύην σὺν πολλῇ διαβαίνειν ἐπειρᾶτο δυνάμει, νηῶν ἀμφὶ τὰς τριακοσίας ἠθροισμένων αὐτῷ· πρέσβεις μὲν πρότερον παρ' αὐτὸν ὁ τῶν Βανδήλων ἡγούμενος ἔπεμπε, λύειν τὰ διάφορα λόγοις βουλόμενος. ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε, τὴν Μαυρουσίων γῆν, ἐς ἣν τοὺς ἀμφὶ τὸν Μαϊοριανὸν ἀπὸ τῆς Ἰβηρίας ἀποβαίνειν ἐχρῆν, πᾶσαν ἐδῄωσε, καὶ ἐκάκωσε καὶ τὰ ὕδατα.

p.A.C.461 ιδ'. Ὅτι οἱ ἑσπέριοι Ῥωμαῖοι ἐς δέος ἐλθόντες περὶ
ante 465 B Μαρκελλίνου, μήποτε αὐξανομένης αὐτῷ τῆς δυνάμεως καὶ
V. 29 ἐπ' αὐτοὺς ἀγάγοι τὸν πόλεμον, διαφόρως ταραττομένων αὐτοῖς τῶν πραγμάτων, τοῦτο μὲν ἐκ Βανδήλων, τοῦτο δὲ καὶ Αἰγιδίου, ἀνδρὸς ἐκ Γαλατῶν μὲν τῶν πρὸς τῇ ἑσπέρᾳ ὁρμωμένου, τῷ δὲ Μαϊοριανῷ συστρατευσαμένου καὶ πλείστην ἀμφ' αὐτὸν ἔχοντος δύναμιν, καὶ χαλεπαίνοντος διὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἀναίρεσιν· ὃν τοῦ πρὸς Ἰταλιώτας τέως ἀπήγαγε πολέμου ἡ πρὸς Γότθους τοὺς ἐν Γαλατίᾳ διαφορά. περὶ

6. παρεστήσατο N., παρεστήσαντο vulg. 17. Νιγιδίου vulg. ὁρμωμένου et συστρατευσαμένου Cantocl., ὁρμωμένῳ et συστρατευσαμένῳ vulg. 21. τοῦ vulg.

passurum esse. Eo igitur in Colchidem profecto, de rebus dubiis convenerunt.

13. Maioriano, Romanorum Occidentalium Imperatori, Gothi, qui in Gallia erant, socii confoederatique facti sunt, et gentes ditionis Romanorum accolas partim armis, partim verbis ad deditionem compulit. Hic etiam in Libyam, trecentis fere navibus coactis, cum magno exercitu traiicere tentavit. Sed Vandalorum dux prius legatos misit, qui illum, si quae essent inter eos controversa, amice transigere paratum esse dicerent. Quod ubi obtinere non potuit, Maurusiorum terram, in quam ex Iberia Maioriani navales copiae appulsurae erant, omnem igni ferroque vastavit, et aquas quoque infecit.

14. Romanis Occidentalibus in suspicionem venit Marcellinus, ne, si copiis augeretur, in eos bellum transferret. Erant enim tunc temporis Romanorum res variis modis afflictae et perturbatae, hinc Vandalis, illinc Aegidio imminente. Hic vir ex Gallia occidentali oriundus, qui in Hispania cum Maioriano militaverat, et magnum exercitum habebat, ob caedem Imperatoris erat illis infensus. Sed a bello appetendis Italis avocavit eum ortum cum Gothis in Gallia dissidium. De contermina enim regione cum illis certans, for-

p.A.C.461 aute 465

γὰρ τῆς ὁμόρου πρὸς ἐκείνους διαφιλονεικῶν γῆς καρτερῶς ἐμάχετο, καὶ ἀνδρὸς ἔργα μέγιστα ἐν ἐκείνῳ ἐπεδείξατο τῷ πολέμῳ. τούτων δὴ ἕνεκα οἱ ἑσπέριοι Ῥωμαῖοι παρὰ τοὺς C ἑῴους πρέσβεις ἔστειλαν, ὥστε αὐτοῖς καὶ τὸν Μαρκελλῖνον καὶ τοὺς Βανδήλους διαλλάξαι. πρὸς μὲν τὸν Μαρκελλῖνον Φύλαρχος σταλεὶς ἔπεισε κατὰ Ῥωμαίων ὅπλα μὴ κινεῖν. ὁ δὲ παρὰ τοὺς Βανδήλους διαβὰς ἄπρακτος ἀνεχώρει, τοῦ Γεζερίχου μὴ ἄλλως τὸν πόλεμον καταθήσειν ἀπειλοῦντος, εἰ μή γε αὐτῷ τοῦ Βαλεντινιανοῦ καὶ Ἀετίου περιουσία δοθῇ. καὶ γὰρ καὶ παρὰ τῶν ἑῴων Ῥωμαίων ἐκεκόμιστο μοῖραν τῆς Βαλεντινιανοῦ περιουσίας ὀνόματι Εὐδοκίας τῆς τῷ Ὀνωρίχῳ γεγαμημένης. διὸ δι' ἔτους ἑκάστου ταύτην τοῦ πολέμου πρόφασιν ποιούμενος, εὐθὺς ἦρος ἀρχομένου σὺν στόλῳ D τὴν ἐκστρατείαν ἐποιεῖτο ἐπί τε Σικελίαν καὶ τὰς Ἰταλίας. καὶ ταῖς μὲν πόλεσιν, ἐν αἷς μάχιμον δύναμιν τῶν Ἰταλιωτῶν εἶναι συνέβαινεν, οὐ ῥαδίως προσεφέρετο· καταλαμβάνων δὲ χωρία, ἐν οἷς μὴ ἔτυχεν οὖσα ἀντίπαλος δύναμις, ἐδῄου τε καὶ ἠνδραποδίζετο. οὐ γὰρ πρὸς πάντα τὰ προσβάσιμα τοῖς Βανδήλοις μέρη οἱ Ἰταλιῶται ἀρκεῖν ἐδύναντο, πλήθει τῶν πολεμίων βιαζόμενοι καὶ τῷ μὴ παρεῖναί σφισι ναυτικὴν δύναμιν, ἣν παρὰ τῶν ἑῴων αἰτοῦντες οὐκ ἐτύγχανον διὰ τὰς πρὸς Γεζέριχον ἐκείνοις τεθείσας σπονδάς· ὅπερ ἔτι μάλιστα ἐκάκωσε τὰ ἐν τῇ ἑσπέρᾳ Ῥωμαίων πρά-

3. οἱ add. B. 9. τοῦ] ἢ coni. B. 12. δι' Val., δὴ vulg. 18. προβάσ. vulg.

titer bellum gerebat, in quo multa viri strenui et magnanimi opera edidit. Haec in causa fuerunt, ut Romani Occidentales legatos ad Orientales mitterent, ut Marcellinum et Vandalos secum in gratiam reducerent. Et ad Marcellinum quidem Phylarchus missus, ei persuasit, ne in Romanos moveret arma. Hinc ad Vandalos deflectens, nihil quicquam profecit, et rediit. Genserichus enim se non alias bellum positurum minatus est, nisi sibi Valentiniani et Aetii bona traderentur. Etenim ab Orientalibus quoque partem bonorum Valentiniani obtinuerat Eudociae nomine, quae Honoricho, eius filio, nupserat. Atque hanc belli renovandi occasionem singulis annis usurpabat. Itaque statim veris initio infesto exercitu Siciliam et Italias invasit, et urbes quidem Italorum praesidiis firmatas non facile expugnavit, sed oppida militibus, qui resisterent, destituta facile capta evertit et diripuit. Nec enim ad omnia, quae Vandalorum invasioni patebant, tuenda sufficere poterant Itali, propterea quod hostium multitudine opprimebantur. Denique copiis navalibus carebant, quas cum a Romanis Orientalibus petiissent, non impetrarunt, quia foedus cum Gensericho fecerant. Ea res, divisa scilicet imperii administrandi ratio, magno detrimento Romanorum

p.A.C.461 ante 465 P.43 γματα διὰ τὸ διῃρῆσθαι τὴν βασιλείαν. ἐπρεσβεύσαντο δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον κατὰ τοὺς ἑῴους Ῥωμαίους Σαράγουροι καὶ Οὔρωγοι καὶ Ὀνόγουροι, ἔθνη ἐξαναστάντα τῶν οἰκείων ἠθῶν, Σαβίρων ἐς μάχην σφισὶν ἐληλυθότων, οὓς ἐξήλασαν Ἀβάρεις, μετανάσται γενόμενοι ὑπὸ ἐθνῶν οἰκούντων μὲν τὴν παρωκεανῖτιν ἀκτὴν, τὴν δὲ χώραν ἀπολιπόντων διὰ τὸ ἐξ ἀναχύσεως τοῦ ὠκεανοῦ ὁμιχλῶδες γενόμενον, καὶ γρυπῶν δὲ πλῆθος ἀναφανέν· ὅπερ ἦν λόγος μὴ πρότερον παύσασθαι, πρὶν ἢ βορὰν ποιήσασθαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· διὸ δὴ ὑπὸ τῶνδε ἐλαυνόμενοι τῶν δεινῶν τοῖς πλησιοχώροις ἐνέβαλον, καὶ τῶν ἐπιθεόντων δυνατωτέρων ὄντων οἱ τὴν ἔφοδον οὐχ ὑφιστάμενοι μετανίσταντο· ὥσπερ καὶ οἱ Σαράγουροι ἐλαθέντες κατὰ ζήτησιν γῆς πρὸς τοῖς Ἀκατίροις Οὔννοις ἐγένοντο, καὶ μάχας πρὸς ἐκείνους πολλὰς συστησάμενοι τό,τε φῦλον κατηγωνίσαντο καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἀφίκοντο, τυχεῖν τῆς αὐτῶν βουλόμενοι ἐπιτηδειότητος. βασιλεὺς οὖν καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν φιλοφρονησάμενοι καὶ δῶρα δόντες αὐτοὺς ἀπέπεμψαν.

A.C.465 Ind.3 Leon.9 B ιε'. Ὅτι στασιασάντων τῶν φυγάδων ἐθνῶν κατὰ τοὺς κατὰ τὴν ἕω Ῥωμαίους, παρὰ τῶν Ἰταλῶν πρεσβεία ἀφίκετο λέγουσα, ὡς οὐχ ὑποστήσονται, εἰ μή γέ σφισι τοὺς Βανδήλους διαλλά-

4. ἠθῶν Cantocl., ἐθνῶν vulg. 5. Ἀβάρεις] Ἀβάρις Suid. s. v., Ἄβαροι vulg. 6. ἀκτὴν Suid. s. v. Ἀβάρις, αὐτὴν vulg. τὴν δὲ χώραν — μετανίσταντο. Omnia haec, omissa in excerptis, e Suida s. v. Ἀβάρις restituit Cl. In his v. 12. οὐχ add. N.

Occidentalium rebus fuit. Circa id tempus legatos ad Orientales Romanos miserunt Saraguri, Urogi et Onoguri. Hae gentes propriis sedibus eiectae, commissa pugna cum Sabiris, quos expulerant Abares, et ipsi quoque extorres facti a gentibus, quae Oceani littus accolebant, sed sedes suas reliquerant propter ingentes nebulas ex maris vaporibus ortas et propter magnam ingruentium gryphorum multitudinem, quos non prius recessuros esse fama erat, quam genus humanum devorassent: quibus calamitatibus excitati in finitimorum sedes irruperunt. Et omnes quidem, qui violentum eorum impetum sustinere non poterant, cesserunt, sicuti et Saraguri, qui ad novas sedes quaerendas coorti, ad Hunnos Acatiros pervenerunt et, multis proeliis initis, gentem devicerant, et demum ad Romanos nanciscendae eorum societatis cupidi se contulerunt. Itaque Imperator legatos benigne excepit, et muneribus affectos remisit.

15. Dum gentes patria profugae cum Romanis in Oriente dissident, legatio ab Italis advenit, quae doceret res Italas stare non posse, nisi sibi Vandalos reconciliarent. Venit et legatio a Persarum rege, quae multos e Perside ad Romanos confugere quere-

A. C. 465 Ind. 3 Leon. 9

ξοιεν. ἀφίκετο δὲ καὶ παρὰ τοῦ Περσῶν μονάρχου, τῶν τε παρ' αὐτοὺς καταφευγόντων ἐκ τοῦ σφετέρου ἔθνους αἰτίαν ἔχουσα, καὶ τῶν Μάγων τῶν ἐν τῇ Ῥωμαίων γῇ ἐκ παλαιῶν οἰκούντων χρόνων, ὡς ἀπάγειν αὐτοὺς τῶν πατρίων ἐθῶν καὶ νόμων ἐθέλοντες καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον ἁγιστείας, παρενοχλοῦσί τε ἐσαεὶ καὶ ἀνακαίεσθαι κατὰ τὸν θεσμὸν οὐ συγχωροῦσι τὸ παρ' αὐτοῖς ἄσβεστον καλούμενον πῦρ. καὶ ὡς χρὴ τοῦ Ἰουροειπαὰχ φρουρίου ἐπὶ τῶν Κασπίων κειμένου πυλῶν χρήματα χορηγοῦντας Ῥωμαίους ποιεῖσθαι ἐπιμέλειαν C, ἢ γοῦν τοὺς φρουρήσαντας αὐτὸ στρατιώτας στέλλειν, καὶ μὴ μόνους δαπάνῃ καὶ φυλακῇ τοῦ χωρίου βαρύνεσθαι· εἰ γὰρ ἐνδοῖεν, οὐκ εἰς Πέρσας μόνους, ἀλλὰ καὶ εἰς Ῥωμαίους τὰ ἐκ τῶν παροικούντων ἐθνῶν κακὰ ῥᾳδίως ἀφικέσθαι. χρῆναι δὲ αὐτοὺς ἔλεγον καὶ χρήμασιν ἐπικουρεῖν ἐπὶ τῷ πρὸς Οὔννους πολέμῳ τοὺς Κιδαρίτας λεγομένους· ἔσεσθαι γὰρ σφισιν αὐτῶν νικώντων ὄνησιν, μὴ συγχωρουμένου τοῦ ἔθνους καὶ εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν διαβαίνειν ἐπικράτειαν. πάντων δὲ ἕνεκα Ῥωμαίων ἀποκριναμένων στέλλειν τὸν διαλεξόμενον τῷ Παρθυαίῳ μονάρχῃ· μήτε γὰρ φυγάδας εἶναι V. 30 παρά σφισι, μήτε παρενοχλεῖσθαι τοὺς Μάγους τῆς θρησκείας D πέρι· τὴν φυλακὴν δὲ τοῦ Ἰουροειπαὰχ φρουρίου καὶ πόλεμον τὸν πρὸς τοὺς Οὔννους ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν ἀναδεδε-

3. τῶν ἐν Vales., καὶ τῶν ἐν vulg. 5. ἐθέλοντες et mox παρενοχλοῦσί τε N., ἐθέλοντας et παραχωροῦσι δὲ vulg. 6. ἐσαεὶ καὶ B., καὶ ἐσαεὶ vulg. 8. Ἰουροειπαὰχ mg. H. h. l. et vulg infra lin. 21. et pag. 161. lin. 21., Οὐροεισὰχ vulg. 12. μόνους] μόνους σφᾶς coni. B. 19. Παρθυαίων coni. N.

batur, et quod Romani Magos, qui iam inde a priscis temporibus eorum finium incolae essent, a patriis moribus et institutis et antiquo religionis cultu abducturi, quavis ratione vexarent, et ignem, qui apud eos vocaretur inextinguibilis, in perpetuum ardere secundum legem non sinerent. Addebant, aequum videri, Romanos castelli Ierouach, ad portas Caspias siti, curam habere, et pecunias ad illud conservandum conferre, neque se solos sumtibus et arcis custodia gravari. Si enim cessserint, non solum in Persarum, sed etiam in Romanorum terras a finitimis gentibus facile vastationes inferri posse. Oportere etiam se iuvari pecuniis ad bellum contra Hunnos Cidaritas gerendum, ex quo Romani quoque essent utilitatem reportaturi, si ea gens a finibus ipsorum arceretur. Romani responderunt, se quamprimum legatos missuros, haec omnia cum Parthorum rege disceptaturos. Neque enim ullos apud se esse fugitivos, neque Magos in suae religionis cultu impediri. Quum autem ipsi custodiam castelli Ierouach et bellum contra Hunnos Cidaritas

A. C. 465 Ind. 3 Leon. 9 γμένους μὴ δικαίως χρήματα αἰτεῖν παρ' αὐτῶν. ἐπρεσβεύσατο δὲ παρὰ μὲν Βανδήλους ὑπὲρ Ἰταλῶν Τατιανὸς ἐν τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ καταλεγόμενος, παρὰ δὲ Πέρσας Κωνστάντιος, τρίτον μὲν τὴν ὕπαρχον λαχὼν ἀρχὴν, πρὸς δὲ τῇ ὑπατικῇ ἀξίᾳ καὶ τῆς πατρικιότητος τυχών.

A. C. 465 Ind. 3 Leon. 9 ιϛ'. Ὅτι μετὰ τὸν ἐμπρησμὸν τῆς πόλεως τὸν ἐπὶ Λέοντος ἧκεν. ὁ Γωβάζης σὺν Διονυσίῳ ἐς τὴν Κωνσταντίνου, Περσικὴν ἔχων στολὴν καὶ τῷ Μηδικῷ δορυφορούμενος τρόπῳ. ὃν οἱ ἀμφὶ τὰ βασίλεια δεξάμενοι πρότερον μὲν τοῦ P. 44 νεωτερισμοῦ κατεμέμψαντο, ἔπειτα δὲ φιλοφρονησάμενοι ἀπέπεμψαν· εἷλε γὰρ αὐτοὺς τῇ τε θωπείᾳ τῶν λόγων, καὶ τὰ τῶν Χριστιανῶν ἐπιφερόμενος σύμβολα.

c. A. C. 467 Ind. 5 Leon. 11 ιζ'. Ὅτι Σκίροι καὶ Γότθοι εἰς πόλεμον συνελθόντες καὶ διαχωρισθέντες ἀμφότεροι πρὸς συμμάχων μετάκλησιν παρεσκευάζοντο· ἐν οἷς καὶ παρὰ τοὺς ἑῴους ἦλθον. καὶ Ἄσπαρ μὲν ἡγεῖτο μηδετέροις συμμαχεῖν, ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Λέων ἐβούλετο Σκίροις ἐπικουρεῖν. καὶ δὴ γράμματα πρὸς τὸν ἐν Ἰλλυριοῖς στρατηγὸν ἔπεμπεν, ἐντελλόμενός σφισιν κατὰ τῶν Γότθων βοήθειαν τὴν προσήκουσαν πέμπειν.

c. A. C. 468 Ind. 6 Leon. 12 ιη'. Ὅτι ἧκε κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον παρὰ τῶν Ἀττήλα παίδων ὡς τὸν βασιλέα Λέοντα πρεσβεία, τὰς αἰτίας δι- B αλύουσα τῆς προϋπαρξάσης διαφορᾶς, καὶ ὡς χρὴ αὐτοὺς

2. Hic et supra p. 146 et 158. *Βανδήλους* pro *Βανδίλους* scripsi, constantiae causa. N. 3. *Κωνστάντιος* Val., *Κωνσταντῖνος* vulg. 13. *Σκίροι* Cant., *Σκύθαι* vulg. 15. *Ἄσπαρ* Cant., *ἅπερ* vulg.

in se recceperint, minime iuste eos ab ipsis pecuniam petere. Legationem ad Vandalos suscepit Tatianus, patriciatus dignitate ornatus: ad Persas vero Constantius, qui ter praefectus urbi fuerat, et ad consulatus patriciatusque honorem evectus.

16. Post incendium civitatis, quod accidit sub Leone, Gobazes venit Constantinopolim cum Dionysio, stola Persica indutus, et Medorum in morem satellitibus stipatus. Hunc Imperator excepit, et primum quidem ob novarum rerum studium vituperavit, deinde comiter eum amplexus dimisit. Gobazes enim Christianorum symbola ostentans, blanda oratione eum cepit.

17. Sciri et Gothi acie decertantes, et a pugna utrique recedentes, ad accersenda auxilia animum adiecerunt. Qua de re Romanos Orientales adierunt. Aspar quidem censuit, neutris opitulandum esse. Sed Imperator Leo statuit Sciris opem ferre. Itaque litteras ad praefectum Illyrici misit, iussitque quoad necesse esset, auxiliares copias Sciris adversus Gothos praebere.

18. Eodem tempore venit et ad Leonem Imperatorem legatio a filiis Attilae, ut omnibus omnino praeteritorum dissidiorum causis resecatis, pacem inirent, et inter se, ut olim erat in more positum,

ἐπὶ εἰρήνῃ σπένδεσθαι, καὶ κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος παρὰ τὸν Ἴστρον ἐς ταὐτὸν ἰόντας Ῥωμαίοις προτιθέναι ἀγορὰν, καὶ ἀντιλαμβάνειν ὧν ἂν δεόμενοι τύχοιεν. καὶ ἡ μὲν σφῶν αὐτῶν πρεσβεία ἐν τοῖσδε οὖσα ἄπρακτος ἐπανῄει· οὐ γὰρ ἐδόκει τῷ βασιλεύοντι Οὔννους τῶν Ῥωμαϊκῶν συμβολαίων μετέχειν πολλὰ τὴν αὐτοῦ κακώσαντας γῆν. οἱ δὲ τοῦ Ἀττήλα παῖδες τὴν ἐπὶ τῇ πρεσβείᾳ ἀπόκρισιν δεξάμενοι πρὸς σφᾶς διεφέροντο· ὁ μὲν γὰρ Δεγγιζὶχ, ἀπράκτως ἐπανελθόντων τῶν πρέσβεων, πόλεμον Ῥωμαίοις ἐπάγειν ἐβούλετο, C ὁ δὲ Ἡρνὰχ πρὸς ταύτην ἀπηγόρευε τὴν παρασκευὴν, ὡς τῶν κατὰ χώραν ἀπαγόντων αὐτὸν πολέμων.

A.C. 468 Ind. 6 Leon. 14

ιθ΄. Ὅτι Σαράγουροι Ἀκαττίροις καὶ ἄλλοις ἔθνεσιν eod. fere a. ἐπιθέμενοι ἐπὶ Πέρσας ἐστράτευον. καὶ πρότερον μὲν ἐπὶ Κασπίας παρεγένοντο πύλας· καὶ φρουρὰν Περσικὴν ἐν αὐταῖς ἐγκαθεστῶσαν εὑρόντες ἑτέραν ὁδὸν ἐτράποντο, δι' ἧς ἐπὶ τοὺς Ἴβηρας ἐλθόντες τήν τε αὐτῶν ἐδῄουν καὶ τὰ Ἀρμενίων χωρία κατέτρεχον, ὥστε Πέρσας πρὸς τῷ πολέμῳ τῶν Κιδαριτῶν τῷ πάλαι αὐτοῖς συστάντι καὶ ταύτην εὐλαβουμένους ἔφοδον παρὰ Ῥωμαίους πρεσβεύσασθαι, καὶ αἰ- D τεῖν χρήματά σφισιν αὐτοῖς δίδοσθαι ἢ ἄνδρας πρὸς φυλακὴν τοῦ Ἰουροειπαὰχ φρουρίου, καὶ λέγειν ἅπερ αὐτοῖς πολλάκις εἴρητο πρεσβευομένοις, ὅτι, αὐτῶν ὑφισταμένων τὰς μάχας καὶ μὴ συγχωρούντων τὰ ἐπιόντα ἔθνη βάρβαρα πά-

11. πολέμων Val., πόλεμον vulg. 22. ὅτι et mox μὴ om. vulg. Negationem (οὐ) addi iubebat Val.

ad Istrum convenientes, mercatum celebrarent, ex quo invicem ea, quae sibi opus essent, desumerent. Et ea quidem legatio, quae circa haec versabatur, re infecta rediit. Nec enim Imperator commercium Romanorum cum Hunnis, qui eos tot damnis et cladibus affecerant, concedendum esse duxit. At vero Attilae filii, renuntiata legatione, inter se dissenserunt. Etenim Dengisich, legatis nulla re impetrata reversis, bellum Romanis inferre volebat. Cui consilio Irnach repugnabat, quod in praesentia multa a bello avocarent.

19. Saraguri cum Acathiris aliisque gentibus coniuncti in Persas exercitum duxerunt. Primum quidem ad portas Caspias accesserunt, ubi cum praesidium Persicum offendissent, ad aliam viam deflexerunt, qua ad Iberos conversi, regionem vastarunt, et excursiones in oppida Armeniorum fecerunt. At Persae, qui iam superiore bello cum Cidaritis hunc aditum communierant, legatos ad Romanos miserunt, qui ab illis pecunias aut milites ad custodiam arcis Iouroach peterent, et quod iam saepe per legatos egissent, docerent, se ipsi certamina sustinerent et barbaros aggredientes ab aditu prohiberent, tutos fore Romanorum fines. His vero respondentibus,

c. A.C. 468 ροδον ἔχειν, ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀδῄωτος διαμένει χώρα. τῶν
Ind 6 δὲ ἀποκριναμένων, ὡς ἕκαστον ἀνάγκη τῆς οἰκείας ὑπερμα-
Leon. 12 χοῦντα γῆς τῆς σφετέρας φρουρᾶς ἐπιμελεῖσθαι, πάλιν ἄπρα-
κτοι ἐπανέζευξαν.

A. C. 469 κ'. Ὅτι Δεγγιζὶχ πόλεμον ἐπὶ Ῥωμαίους ἐπενεγκόντος
Ind. 7 καὶ τῇ τοῦ Ἴστρου προσκαρτεροῦντος*, τοῦτο μαθὼν ὁ Ὀρνι-
Leon. 13 γίσκλου, (αὐτὸς γὰρ εἶχε τὴν πρὸς τῷ Θρακίῳ μέρει τοῦ πο-
ταμοῦ φυλακὴν,) ἐκ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐκπέμψας ἐπυνθάνετο
P. 45 ὅ,τι βουλόμενοι πρὸς μάχην παρασκευάζονται. ὁ δὲ Δεγγιζὶχ
τοῦ Ἀναγάστου κατολιγωρήσας τοὺς ὑπ' αὐτοῦ πεμφθέντας
ἀπράκτους ἠφίει, παρὰ δὲ τὸν βασιλέα τοὺς διαλεξομένους
ἔστελλεν, ὡς, εἰ μὴ γῆν καὶ χρήματα αὐτῷ καὶ τῷ ἑπομένῳ
δῴη στρατῷ, πόλεμον ἐπάξει. τῶν δὲ παρ' ἐκείνου πρέσβεων
ἐς τὰ βασίλεια ἀφικομένων καὶ τὰ αὐτοῖς ἐνταλθέντα ἀπαγ-
γειλάντων, ἀπεκρίνατο βασιλεὺς ἑτοίμως ἔχειν πάντα ποιεῖν,
V. 31 εἴγε ὑπακουσόμενοι αὐτῷ παραγένωνται· χαίρειν γὰρ τοῖς
ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐπὶ συμμαχίᾳ ἀφικνουμένοις.

A. C. 470 κα'. Ὅτι Ἀναγάστου καὶ Βασιλίσκου καὶ Ὀστρύου
Ind. 8 καὶ ἄλλων τινῶν στρατηγῶν Ῥωμαίων τοὺς Γότθους ἔς τινα
Leon. 14 B κοῖλον χῶρον συγκλεισάντων καὶ πολιορκούντων, λιμῷ τε πιε-
ζομένων τῶν Σκυθῶν σπάνει τῶν ἐπιτηδείων, πρεσβείαν παρὰ
τοὺς Ῥωμαίους ποιήσασθαι, ὥστε αὐτοὺς ἐνδιδόασι νεμομέ-
νους γῆν ὑπακούειν αὐτῶν ἐς ὅ,τι ἂν θέλοιεν. τῶν δὲ ἐπὶ

6. Post προσκ. excidit f. ὄχθῃ. N. 12. καὶ τῷ add. N. 18. Ὀστρύου N., Ὀστροῦϊ vulg.

rationi consentaneum esse, unumquemque sua tueri et defendere, et de suis arcibus sollicitum esse, rursus re non obtenta, legati ad suos revertere.

20. Dengisich bellum Romanis intulit, et Istro potiri institit. Quod ubi Ornigiscli filius comperit, (is in ea parte Thraciae, quae ad Istrum est, custodiae ripae fluminis praefectus erat,) per suos ex eo quaesivit, an acie decertare vellet. Sed Dengisich Anagastum contemnens, ab eo missos re infecta dimisit, et per legatos Imperatori denuntiavit, se bellum illaturum, nisi sibi suisque terram et pecunias subministraret. Legatis in regiam introductis et mandata exponentibus Imperator respondit, se omnia paratum esse facere, si suo imperio obsequi vellent. Sibi enim pergratum et iucundum esse, si quando inimici in foedus societatemque transirent.

21. Anagastus, Basiliscus et Ostrys et alii quidam duces Romani in locum abruptum et concavum Gothos inclusos obsederunt. Ibi Scythae victuum inopia laborantes, Romanos missis legatis certiores fecerunt, se, facta deditione, omnibus, quae statuerint, parituros, modo sibi terram ad inhabitandum concedant.

A. C. 478 Ind. 8 Leon. 14

βασιλέα τὴν ἐκείνων φέρειν ἀποκριναμένων πρεσβείαν, καὶ τῶν βαρβάρων τοῦ λιμοῦ πέρι σφᾶς θέσθαι ἐθέλειν τὰς συμβάσεις φαμένων, καὶ μὴ οἵους τε εἶναι μακρὰς ποιεῖσθαι ἀνακωχὰς, βουλευόμενοι οἱ τὰς Ῥωμαϊκὰς τάξεις διέποντες, τροφὰς χορηγήσειν αὐτοῖς ὑπέσχοντο ἄχρι τῆς βασιλέως ἐπιτροπῆς, εἴγε σφᾶς αὐτοὺς διέλοιεν ὥσπερ καὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν C διακέκριται πλῆθος· ἔσεσθαι γὰρ αὐτῶν ῥαδίως οὕτως ἐπιμέλειαν, ἐς τοὺς κληρουμένους καὶ οὐκ εἰς πάντας ἀποβλεπόντων τῶν στρατηγῶν, οἵπερ ἐς φιλοτιμίαν ὁρῶντες πρὸς τὴν αὐτῶν πάντως ἁμιλληθήσονται κομιδήν. τῶν δὲ Σκυθῶν τοὺς ἀπαγγελθέντας διὰ τῶν πρέσβεων προσδεξαμένων λόγους καὶ ἐς τοσαύτας σφᾶς αὐτοὺς ταξάντων μοίρας, ἐς ὅσασπερ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι διεκέκριντο, Χελχὰλ, τοῦ Οὔννων γένους ἀνὴρ καὶ ὑποστράτηγος τῶν διεπόντων τὰ Ἄσπαρος τάγματα, παρὰ τὴν ἐπιλαχοῦσαν αὐτοῖς βαρβαρικὴν μοῖραν ἐλθὼν, καὶ τῶν Γότθων (πλείονες δὲ τῶν ἄλλων ὑπῆρχον) μεταπεμψάμενος τοὺς λογάδας τοιῶνδε ἐποιήσατο λόγων ἀρχὴν, ὡς δώ- D σει μὲν αὐτοῖς γῆν ὁ βασιλεὺς, οὐκ εἰς σφετέραν δὲ αὐτῶν ὄνησιν, ἀλλὰ τοῖς ἐν σφισιν Οὔννοις. τούτους γὰρ ὀλιγώρως γεηπονίας ἔχοντας δίκην λύκων τὰς αὐτῶν ἐπιόντας διαρπάζεσθαι τροφὰς, ὥστε θεραπόντων τάξιν ἐπέχοντας τῆς ἐκείνων ἕνεκα ταλαιπωρεῖσθαι τροφῆς, καίπερ ἐς ἀεί ποτε τοῖς

10. ἁμιλληθήσονται] ἀμεληθήσονται coni. Cantocl. 12. ὅσας ὥσπερ vulg. 16. τῶν Γ. B., αὐτῶν Γ. vulg. 19. ὀλιγώρους vulg.

Romani responderunt, se ad Imperatorem eorum postulata delaturos. At Scythae propter famem, quae eos premebat, transigere velle dixerunt, neque longiores moras ferre posse. Tum Romanis ordinibus praepositi, habito consilio, tantisper dum Imperator aliter statueret, alimenta se praebituros polliciti sunt, si Scythae Romanorum more exercitus in partes se ipsos dividerent. Sic enim facilius eos, quum singuli ordines, non universi simul respiciendi essent, a ducibus curari posse, quippe qui cura et diligentia inter se sint certaturi. Itaque Scythae his, quae legati renuntiarunt, paruerunt, seque in totidem ordines distribuerunt, in quos Romani erant distributi. Quo facto Chelchal, genere Hunnus, qui secundum ab Aspare imperii gradum in eos, qui sub eo ordines ducebant, tenebat, barbarorum, quae suis ordinibus accesserat, cohortem obiens, in qua erant plures numero Gothi, quam reliqui, accitis primoribus huiusmodi orationem habere coepit. Terram quidem Imperatorem ad inhabitandum daturum, quae non illis fructui et commodo futura esset, sed cuius utilitas ad solos Hunnos redundaret. Hos enim terrae cultum negligere, et luporum more bona Gothorum invadentes diripere, qui ipsi servorum conditione habiti ad victum illis comparandum laborare coacti essent: quamvis nullum unquam foe-

A. C. 470 Ind. 8 Leon. 14 Οὔννοις τοῦ Γότθων γένους ἀσπόνδου διαμείναντος, καὶ ἐκ προγόνων τὴν αὐτῶν ἀποφυγεῖν ὁμαιχμίαν ὀμοσαμένων, ἐφ' ᾧ καὶ ὅρκων πατρίων πρὸς τῇ τῶν οἰκείων στερήσει κατα- P. 46 φρονεῖν. αὐτὸν δὲ, εἰ καὶ τὸ Οὔννων αὐχεῖ γένος, δικαιοσύνης πόθῳ τάδε πρὸς αὐτοὺς εἰπόντα δεδωκέναι περὶ τοῦ πρακτέου βουλήν. ἐπὶ τούτοις οἱ Γότθοι διαταραχθέντες, καὶ εὐνοίᾳ τῇ πρὸς αὐτοὺς ταῦτα τὸν Χελχὰλ εἰρηκέναι νομίσαντες, τοὺς ἐν αὐτοῖς Οὔννους [ὡς] συστάντες διεχειρίζοντο· καὶ μάχη καρτερὰ ἀμφοτέρων συνίστατο τῶν ἐθνῶν ἐκ συνθήματος. ὁ Ἄσπαρ πυθόμενος, ἀλλὰ γὰρ καὶ οἱ τῶν λοιπῶν στρατοπέδων ἡγεμόνες μετὰ τῶν οἰκείων παραταξάμενοι τὸν ἐπιτυχόντα τῶν βαρβάρων ἀνῄρουν. τοῦ δὲ δόλου καὶ τῆς ἀπάτης οἱ Σκύθαι λαβόντες ἔννοιαν σφᾶς τε ἀνεκα- B λοῦντο, καὶ ἐς χεῖρας τοῖς Ῥωμαίοις ἐχώρουν. ἀλλ' οἱ μὲν Ἄσπαρος τὴν σφισιν ἐπιλαχοῦσαν ἔφθασαν ἀναλώσαντες μοῖραν· τοῖς δὲ λοιποῖς στρατηγοῖς οὐκ ἀκίνδυνος ἡ μάχη ἐγένετο, τῶν βαρβάρων καρτερῶς ἀγωνισαμένων, ὥστε τοὺς ἐξ αὐτῶν ὑπολειφθέντας τάς τε Ῥωμαϊκὰς τάξεις διώσασθαι καὶ τῇδε τὴν πολιορκίαν διαφυγεῖν.

c. A. C. 472 Ind. 10 Leon. 16 κβ. Ὅτι μεγίστης πρὸς τὸ Σουάννων ἔθνος Ῥωμαίοις τε καὶ Λαζοῖς ὑπαρχούσης διαφορᾶς, καὶ σφόδρα ἐς τὴν τοῦ

8. ὡς del. N. 10. ὁ Ἄσπαρ πυθόμενος B., οἷάπερ πειθόμενοι vulg. 18. ὑποληφθέντας vulg. διώσασθαι N., δηώσασθαι vulg.

dus inter utramque gentem sancitum sit, et maiores iureiurando eos obstrinxerint, ut Hunnorum societatem fugerent. Quare non tantum suis eos privari, sed etiam patria sacramenta negligere. Se quidem genere Hunnum, quo maxime glorietur, sed aequitate motum haec illis dicere, ut, quae facienda essent, viderent. His dictis Gothi commoti, et haec Chelchalem pro benevolentia, qua ipsos prosequebatur, suggessisse rati, Hunnos sibi immixtos trucidarunt. Deinde quasi ex compacto ingens pugna inter utramque gentem est commissa. Quod quum Aspari nuntiatum esset, ipse et reliqui duces acies suorum instruxerunt, et obvium quemque barbarorum occiderunt. Scythae, cognito dolo et fraude perspecta, sese collegerunt, et manus cum Romanis conseruerunt. Sed illi, qui sub Aspare stipendia faciebant, omnem barbarorum cohortem, quae illis obvenerat, ad internecionem usque ceciderunt: Reliquis ducibus non incruenta pugna fuit, barbaris strenue et fortiter pugnam capessentibus. Ex qua pugna qui superstites ex Scythis fuerunt, perruptis Romanis legionibus, evaserunt.

22. Maxima intercedente Romanis et Lazis cum Suanorum gente controversia, ** Persas quoque cupido belligerandi incessit propter oppida, quae Suanis eripuerant. Itaque ad Romanum Imperatorem legationem misit, sibi auxilia mitti postulans ex militi-

c. A. C. 472 Ind. 10 Leon. 16

† σήματος τῶν Σουάννων συνισταμένων μάχην. καὶ Περσῶν δὲ ἐθελόντων αὐτῷ πολεμεῖν διὰ τὰ φρούρια, ἅπερ ὑπὸ τῶν Σουάννων ἀφήρηντο, πρεσβείαν ἔστελλεν, ἐπικούρους αὐτῷ διαπεμφθῆναι παρὰ βασιλέως αἰτῶν ἐκ τῶν παραφυλαττόντων C στρατιωτῶν τὰ Ἀρμενίων ὅρια τῶν Ῥωμαίοις ὑποτελῶν, ἐφ' ᾧ προσχώρων ὄντων ἑτοίμην ἔχειν βοήθειαν, καὶ μὴ κινδυνεύειν τοὺς πόῤῥωθεν ἀπεκδεχόμενον, ἢ παραγενομένων ἐπιτρίβεσθαι δαπάνῃ, τοῦ πολέμου, ἂν οὕτω τύχῃ, διαβαλλομένου, καθάπερ ἤδη πρότερον ἐγεγόνει. τῆς γὰρ σὺν Ἡρακλείῳ ἀπεσταλμένης βοηθείας, καὶ Περσῶν καὶ Ἰβήρων τῶν αὐτῷ ἐπαγόντων τὸν πόλεμον πρὸς ἑτέρων ἐθνῶν τότε ἀπα- † σχοληθέντων μάχην, τὴν συμμαχίαν ἀπέπεμψεν ἀσχάλλων ἐπὶ τῇ τῶν τροφῶν χορηγίᾳ, ὥστε, αὖθις τῶν Πάρθων ἐπ' V. 32 αὐτὸν ἀναζευξάντων, Ῥωμαίους ἐπικαλέσασθαι. τῶν δὲ στεῖ- D λαι τὴν βοήθειαν ἐπαγγειλαμένων καὶ ἄνδρα τὸν αὐτῆς ἡγησόμενον, παρεγένετο καὶ Περσῶν πρεσβεία ἀγγέλλουσα, τοὺς Κιδαρίτας Οὔννους ὑπ' αὐτῶν κατηγωνίσθαι, καὶ Βαλαὰμ πόλιν αὐτῶν ἐκπεπολιορκηκέναι. ἐμήνυον δὲ τὴν νίκην καὶ βαρβαρικῶς ἐπεκόμπαζον, τὴν παροῦσαν αὐτοῖς μεγίστην δύναμιν ἀποφαίνειν ἐθέλοντες. ἀλλὰ αὐτοὺς παραυτίκα, τούτων ἀγγελθέντων, ἀπέπεμπε βασιλεύς, ἐν μείζονι φροντίδι τὰ ἐν Σικελίᾳ συνενεχθέντα ποιούμενος.

1. Μάχην nomen ducis Suanorum esse videtur Classeno, collato v. 12. 2. ὑπὸ add. B. 8. ἀναβαλλομένου coni. B. 15. ἡγησάμενον vulg. 17. κατηγωνίσασθαι vulg. 19. ἐπεκόμπαζον N., ἀπεκόμπαζον vulg. 20. τούτων H., τῶν vulg.

bus, qui Armeniae oram Romanis subiectam tuebantur, ut, quia proximi erant, praesto essent, ne, dum longinqua auxilia exspectant, periculum incurrant, aut, si advenerint, sumptibus atterantur, producto ob eam causam bello, sicut iam antea evenerat. Missam enim cum Heraclio validam auxiliariorum manum, Persis et Iberis, quibuscum nunc illi bellum erat, alio bello tum adversus alias gentes occupatis, cum grave illi et molestum esset exercitum alere, remiserat. Sed rursus in eum Parthis redeuntibus, Romanos revocavit. Legati vero retulerunt, Romanos missuros ad eos auxilia et ducem. Quo tempore advenit etiam legatio a Persis nuntians, Hunnos Cidaritas ab ipsis devictos, et Balaam, Hunnorum urbem, expugnatam. Nuntiaverunt igitur legati victoriam, quam Persae obtinuerant et barbarorum in morem magnificis verbis extulerunt, maximas, quae illis adessent, copias ostentaturi. Sed legatos statim peractis mandatis Imperator dimisit. Nam illi res Siculae longe maiori curae erant.

ΠΡΙΣΚΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ
ΚΑΙ ΣΟΦΙΣΤΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΓΟΤΘΙΚΗΣ
ΕΚΛΟΓΑΙ ΠΕΡΙ ΠΡΕΣΒΕΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ
ΠΡΟΣ ΕΘΝΙΚΟΥΣ.

EX HISTORIA GOTHICA
PRISCI RHETORIS
ET SOPHISTAE
EXCERPTA DE LEGATIONIBUS ROMANORUM
AD GENTES.

ARGUMENTUM.

Legati Romanorum cum Attila post mortem Ruae de pace conveniunt (1). *Altera legatio a Theodosio ad Attilam missa* (2). *Accurata narratio de legatione Maximini ad Attilam, cui Priscus comitem se adiunxerat, in qua Chrysaphii insidiae contra regem Hunnorum structae aperiuntur. Prisci colloquia cum quodam Romano apud Hunnos captivo de statu imperii Romani, et cum legatis Romanorum Occidentalium de bellicis Hunnorum opibus. Descriptio coenae regiae* (3). *Nomus et Anatolius ad Attilam mittuntur ad iram eius in Chrysaphium placandam* (4). *Felix eius legationis eventus* (5). *Apollonius tributi causa ad Attilam mittitur*(6). *Gensericus nullis neque Marciani, neque Aviti legationibus ab Italia et Sicilia vastandis retinetur* (7). *Romani bellum parant contra Lazos* (8). *Leo Imperator Balamerum a vastatione finium Romanorum dehortatur* (9). *Marcellini et Recimeri in Sicilia discordiae. Gensericus denuo Italiam invadit* (10). *Tatiani ad Vandalos, Constantii ad Persas legatio* (11). *Bella inter Persas et Hunnos Cidaritas paulum intermissa renovantur*(12). *Gensericus pacis conditiones a Leone oblatas reiicit* (13).

A. C. 433
Ind. 1
Theod. 26 α'. Ὅτι Ῥούα βασιλεύοντος Οὔννων, Ἀμιλζούροις καὶ Ἰτιμάροις καὶ Τονώσουρσι καὶ Βοΐσκοις καὶ ἑτέροις ἔθνεσι
P. 47

1. Cum Rua, Hunnorum rex, statuisset cum Amalsuris, Itimaris, Tonosuribus, Boiscis ceterisque gentibus, quae Istrum accolunt,

προσοικοῦσι τὸν Ἴστρον, καὶ ἐς τὴν Ῥωμαίων ὁμαιχμίαν A. C. 433 καταφυγγάνουσιν, ἐς μάχην ἐλθεῖν προῃρημένος ἐκπέμπει Iul. 1 Theod. 26 Ἤσλαν, εἰωθότα τοῖς διαφόροις αὐτῷ τε καὶ Ῥωμαίοις διακονεῖσθαι, λύειν τὴν προϋπάρχουσαν εἰρήνην ἀπειλῶν, εἰ μή γε πάντας τοὺς παρὰ σφᾶς καταφυγόντας ἐκδοῖεν. βουλευομένων δὲ Ῥωμαίων στεῖλαι πρεσβείαν παρὰ τοὺς Οὔννους, πρεσβεύειν μὲν ἤθελον Πλίνθας καὶ Διονύσιος, Πλίνθας μὲν τοῦ Σκυθικοῦ, Διονύσιος δὲ τοῦ Θρᾳκίου γένους, ἀμφότεροι B δὲ στρατοπέδων ἡγούμενοι καὶ ἄρξαντες τὴν ὕπατον παρὰ Ῥωμαίοις ἀρχήν. ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει Ἤσλαν παρὰ τὸν Ῥούαν ἀφικνεῖσθαι πρότερον τῆς ἐκπεμφθησομένης πρεσβείας, συνεκπέμπει Πλίνθας Σηγγίλαχον, ἄνδρα τῶν ἐπιτηδείων, πεῖσαι τὸν Ῥούαν αὐτῷ καὶ μὴ ἑτέροις Ῥωμαίων ἐς λόγους ἐλθεῖν. τελευτήσαντος δὲ Ῥούα καὶ περιστάσης τῆς Οὔννων βασιλείας ἐς Ἀττήλαν ἐδόκει τῇ Ῥωμαίων βουλῇ Πλίνθαν πρεσβεύεσθαι παρ' αὐτούς. καὶ κυρωθείσης ἐπ' αὐτῷ παρὰ βασιλέως ψήφου, ἐβούλετο καὶ Ἐπιγένην ὁ Πλίνθας συμ- C πρεσβεύειν αὐτῷ ὡς μεγίστην ἐπὶ σοφίᾳ δόξαν ἐπιφερόμενον καὶ τὴν ἀρχὴν ἔχοντα τοῦ κοιαίστορος. χειροτονίας δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ γενομένης, ἄμφω ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἐξώρμησαν, καὶ παραγίνονται ἐς Μάργον. ἡ δὲ πόλις τῶν ἐν Ἰλλυρίᾳ Μυσῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ κειμένη ποταμῷ ἄντικρυ Κωνσταντίας

3. Εἴσλαν vulg. 15. Ἀττήλαν] καὶ Βλήδαν add. N. 21. βυσῶν vulg.

quod ad armorum societatem cum Romanis iungendam confugissent, bello decertare, Eslam componendis Romanorum et Hunnorum controversiis adhiberi solitum misit, qui Romanis denuntiaret, se a foedere, quod sibi cum illis esset, recessurum, nisi omnes Scythas, qui ad eos se contulissent, redderent. Romanis vero consilium de mittendis ad Hunnos legatis capientibus, Plinthas et Dionysius, hic ex Thracia, ille ex Scythia oriundus, ambo exercituum duces, et qui consulatus dignitatem apud Romanos gesserant, hanc legationem obire voluerunt. Ut vero visum est non ante legatos proficisci, quam Eslas ad Ruam rediisset, Plinthas una cum Esla misit Singulachum, unum ex suis necessariis, qui Ruae persuaderet cum nullo alio Romanorum, quam cum ipso, colloquium inire. Cum autem, Rua mortuo, Hunnorum regnum ad Attilam pervenisset, Senatus decrevit Plintham legationem ad Attilam exsequi. Quo S. C. Imperatoris suffraglo comprobato, Plintham cupido incessit, Epigenem, qui sapientiae laude celebris erat et quaesturae dignitatem obtinebat, socium legationis sibi adsciscere. Qua de re lato quoque suffragio ambo in eam legationem profecti sunt, et Margum pervenerunt. Est autem Margus urbs in Illyrico Mysorum ad Istrum sita, ex adverso Constantiae arcis, ad alteram fluminis ripam collocatae, quo et regii Scythae convenerant. Extra civitatem equis insidentes utrique con-

A. C. 433 φρουρίου κατὰ τὴν ἑτέραν ὄχθην διακειμένου, εἰς ἣν καὶ οἱ
Ind. 1 Theod. 26 βασίλειοι συνῄεσαν Σκύθαι. καὶ τὴν σύνοδον ἔξω τῆς πόλεως ἐποιοῦντο, ἐπιβεβηκότες ἵππων· οὐ γὰρ ἐδόκει τοῖς βαρβάροις ἀποβᾶσι λογοποιεῖσθαι, ὥστε καὶ τοὺς Ῥωμαίων πρέσβεις τῆς σφῶν αὐτῶν ἀξίας προνοουμένους ἀπὸ τῆς αὐτῆς προαιρέσεως ἐς ταὐτὸν τοῖς Σκύθαις ἐλθεῖν, πρὸς τὸ μὴ τοὺς μὲν ἀφ' ἵππων, τοὺς δὲ πεζοὺς διαλέγεσθαι . . . . . τοὺς ἀπὸ τῆς Σκυθικῆς καταφεύγοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἤδη
P. 48 πεφευγότας, σὺν καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις Ῥωμαίοις τοῖς ἄνευ λύτρων ἐς τὰ σφέτερα ἀφιγμένοις ἐκδίδοσθαι, εἰ μὴ γε
V. 33 ὑπὲρ ἑκάστου πεφευγότος τοῖς κατὰ πόλεμον κτησαμένοις ὀκτὼ δοθεῖεν χρυσοῖ. ἔθνει δὲ βαρβάρῳ μὴ συμμαχεῖν Ῥωμαίους πρὸς Οὔννους αἱρομένους πόλεμον. εἶναι δὲ καὶ τὰς πανηγύρεις ἰσονόμους καὶ ἀκινδύνους Ῥωμαίοις τε καὶ Οὔννοις. φυλάττεσθαι δὲ καὶ διαμένειν τὰς συνθήκας ἑπτακοσίων λιτρῶν χρυσίου ἔτους ἑκάστου τελουμένων παρὰ Ῥω-
B μαίων τοῖς βασιλείοις Σκύθαις. πρότερον δὲ πεντήκοντα καὶ τριακόσιαι αἱ τοῦ τέλους ἐτύγχανον οὖσαι. ἐπὶ τούτοις ἐσπένδοντο Ῥωμαῖοί τε καὶ Οὖννοι, καὶ πάτριον ὅρκον ὀμόσαντες ἐς τὰ ἀμφότερα ἐπανῄεσαν. οἱ δὲ παρὰ Ῥωμαίους καταφυγόντες ἐξεδόθησαν βαρβάροις, ἐν οἷς καὶ παῖδες Μάμα καὶ Ἀτακὰμ τοῦ βασιλείου γένους, οὓς ἐν Καρσῷ φρου-

2. συνῄεσαν N., συνῆσαν vulg. Σκύθαις vulg. 4. Ῥωμαίων H., Ῥωμαίους vulg. 7. Quae exciderunt partim ita suppl. N. . . . Ῥωμαίους οὐ μόνον εἰς τὸ μέλλον μὴ δέχεσθαι τ. α. τ. Σ. 13. αἰρουμένους vulg., αἰρομένῳ N. 20. [ἀμφότερα] σφέτερα vel σφέτερα ἀμφότεροι coni. B.

gressi sunt. Nec enim barbaris de plano verba facere placuit, et legati Romani suae dignitatis memores eodem quoque apparatu in Scytharum conspectum venire statuerunt, ne sibi peditibus cum equitibus disserendum foret. *Itaque placuit*, profugos omnes, etiam qui multo ante profugerant, una cum captivis Romanis, qui non soluto redemtionis pretio ad sua redierant, dedi: aut pro unoquoque captivo Romano his, qui eum bello ceperant, octo aureos dari, Romanos belli societatem cum barbara gente, quae bellum cum Hunnis gerat, non facere. Conventus ad mercatus paribus legibus celebrari, et in tuto Romanos et Hunnos esse. Foedera rata manere et observari, si quoque anno septingentae auri librae tributi nomine Scythis regiis a Romanis penderentur, cum antea tributum annuum non fuisset nisi trecentarum quinquaginta librarum. His conditionibus pacem Romani et Hunni pepigerunt, qua iureiurando patrio ritu utrimque praestito firmata, utrique ad sua redierunt. Itaque qui ex barbaris ad Romanos transierant redditi sunt, de quorum numero erant filii Mama et Attacam ex regio genere,

A. C. 433 Ind. 1 Theod. 26

ρίῳ Θρακίῳ οἱ παρειληφότες ἐσταύρωσαν, δίκας αὐτοὺς πραττόμενοι τῆς φυγῆς. οἱ δὲ περὶ Ἀττήλαν καὶ Βλήδαν τὴν εἰρήνην πρὸς Ῥωμαίους θέμενοι διεξήεσαν τὰ ἐν τῇ Σκυθικῇ ἔθνη χειρούμενοι, καὶ πόλεμον πρὸς Σορόσγους συνεστήσαντο.

c. A. C. 441 Ind. 9 Theod. 34

β. Ὅτι Θεοδόσιος ἔπεμπε Σηνάτορα, ἄνδρα ὑπατικὸν, παρὰ τὸν Ἀττήλαν πρεσβευσόμενον. ὃς οὐδὲ τὸ τοῦ πρεσβευτοῦ ἔχων ὄνομα ἐθάῤῥησε πεζὸς παρὰ τοὺς Οὔννους C ἀφικέσθαι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸν Πόντον καὶ τὴν Ὀδησσηνῶν ἔπλευσε πόλιν, ἐν ᾗ καὶ Θεόδουλος στρατηγὸς ἐκπεμφθεὶς διέτριβεν.

A. C. 448 Ind. 1 Theod. 41

γ. Ὅτι τοῦ Χρυσαφίου τοῦ εὐνούχου παραινέσαντος Ἐδέκωνι ἀνελεῖν τὸν Ἀττήλαν, ἐδόκει τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ καὶ τῷ μαγίστρῳ Μαρτιαλίῳ βουλευομένοις τῶν προκειμένων πέρι μὴ μόνον Βιγίλαν, ἀλλὰ Μαξιμῖνον ἐκπέμπειν πρεσβευόμενον παρὰ τὸν Ἀττήλαν, καὶ Βιγίλαν μὲν τῷ φαινομένῳ τὴν τοῦ ἑρμηνέως ἐπέχοντα τάξιν πράττειν ἅπερ Ἐδέκωνι D δοκεῖ, τὸν δὲ Μαξιμῖνον μηδὲν τῶν αὐτοῖς βουλευθέντων ἐπιστάμενον τὰ βασιλέως ἀποδιδόναι γράμματα. ἐνεγέγραπτο δὲ τῶν πρεσβευομένων ἀνδρῶν ἕνεκα, ὡς ὁ μὲν Βιγίλας ἑρμηνεὺς, ὁ δὲ Μαξιμῖνος μείζονος, ἤπερ ὁ Βιγίλας, ἀξίας, γένους τε περιφανοῦς, καὶ ἐπιτήδειος ἐς τὰ μάλιστα βασιλεῖ· ἔπειτα ὡς οὐ δεῖ παρασαλεύοντα τὰς σπονδὰς τῇ Ῥωμαίων

9. Ὀδυσσηνῶν vulg. 12. Ἐδέκωνι H., Ἐδέκωνα vulg. 16. Ἐδέκωνι H., Ἐδέκων vulg. 18. ἐνεγέγρ. B., ἀναγ. vulg. 20. εἴπερ vulg.

quos Scythae receptos in Carso, Thraciae castello, crucis supplicio affecerunt, et hanc ab his fugae poenam exegerunt. Pace cum Romanis facta, Attilas et Bleda ad subigendas gentes Scythicas profecti sunt, et contra Sorosgos bellum moverunt.

2. Theodosius misit Senatorem, virum consularem, ad Attilam legationem obiturum. Et ille quidem quamvis legati nomen adeptus esset, minime tamen est ausus terrestri itinere Hunnos adire: sed iter per Pontum Euxinum instituit, et in Odessenorum civitatem navigavit, in qua Theodulus dux commorabatur.

3. Chrysaphius eunuchus suasit Edeconi Attilam de medio tollere. Super ea re, habito ab Imperatore Theodosio cum Martialio magistro consilio, decreverunt non solum Bigilam, sed et Maximinum legatum ad Attilam ire, et Bigilam quidem specie interpretis, quo munere fungebatur, quae Edeconi viderentur, exsecuturum, Maximinum vero, qui minime eorum, quae in consilio Imperatoris agitata erant, conscius esset, litteras ab eo Attilae redditurum. Scripserat enim Imperator legatorum causa, Bigilam interpretis munus obiturum, et Maximinum legatum mitti, qui quidem Bigilam dignitate superaret, et genere illustris et sibi valde familiaris esset. Ad haec minime decere Attilam foedera transgredientem Romanorum re-

A. C. 448 ἐμβατεύειν γῇ. φυγάδας δὲ μετὰ τοὺς ἤδη ἐκδοθέντας ἑ-
Ind. 1 Theod. 41 πτακαίδεκα ἀπέσταλκά σοι, ὡς ἑτέρων οὐκ ὄντων. καὶ ταῦτα
μὲν ἦν ἐν τοῖς γράμμασι, φράζειν δὲ τὸν Μαξιμῖνον ἀπὸ
στόματος τῷ Ἀττήλᾳ, μὴ χρῆναι αἰτεῖν πρέσβεις μεγίστης
ἀξίας παρ' αὐτὸν διαβῆναι· τοῦτο γὰρ οὐδὲ ἐπὶ τῶν αὐτοῦ
P. 49 προγόνων, οὐδὲ ἐπὶ ἑτέρων τῶν ἀρξάντων τῆς Σκυθικῆς γενέ-
σθαι, ἀλλὰ πρεσβ·ύσασθαι τόν τε ἐπιτυχόντα στρατιώτην καὶ
ἀγγελιαφόρον. εἰς δὲ τὸ διευκρινῆσαι τὰ ἀμφιβαλλόμενα
ἐδόκει πέμπειν Ὀνηγήσιον παρὰ Ῥωμαίους· μὴ οἷόν τε γὰρ
αὐτὸν, Σερδικῆς δῃωθείσης, σὺν ὑπατικῷ ἀνδρὶ ἐς αὐτὴν
προϊέναι. ἐπὶ ταύτην τὴν πρεσβείαν ἐκλιπαρήσας πείθει με
Μαξιμῖνος αὐτῷ συναπᾶραι. καὶ δῆτα ἅμα τοῖς βαρβάροις
ἐχόμενοι τῆς ὁδοῦ ἐς Σερδικὴν ἀφικνούμεθα, τρισκαίδεκα
ὁδὸν ἀνδρὶ εὐζώνῳ τῆς Κωνσταντίνου ἀπέχουσαν. ἐν ᾗ
καταλύσαντες καλῶς ἔχειν ἡγησάμεθα ἐπὶ ἑστίαν Ἐδέκωνα
B καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ βαρβάρους καλεῖν. πρόβατα οὖν καὶ
βόας ἀποδομένων τῶν ἐπιχωρίων ἡμῖν, κατασφάξαντες ἀρι-
στοποιούμεθα. καὶ παρὰ τὸν τοῦ συμποσίου καιρὸν τῶν μὲν
βαρβάρων τὸν Ἀττήλαν, ἡμῶν δὲ τὸν βασιλέα θαυμαζόντων,
ὁ Βιγίλας ἔφη, ὡς οὐκ εἴη θεὸν καὶ ἄνθρωπον δίκαια συγ-
κρίνειν, ἄνθρωπον μὲν τὸν Ἀττήλαν, θεὸν δὲ τὸν Θεοδόσιον
λέγων. ἤσχαλλον οὖν οἱ Οὖννοι, καὶ κατὰ μικρὸν ὑποθερ-

2. ἀπέσταλκέ vulg., ἀπέσταλκέν οἱ Val. 12. συναπᾶραι N., συνεπᾶραι vulg.

gionem invadere. Et antea quidem ad eum plures, nunc vero decem et septem transfugas mittere. Nec enim plures apud se esse. Et haec quidem litteris continebantur. Coram autem Maximinum suis verbis iusserat Attilae dicere, ne postularet maioris dignitatis viros ad se legatos transire. Hoc enim neque ipsius maioribus datum esse, neque ceteris Scythiae regibus, sed quemlibet militem aut alium nuntium legationis munus obiisse. Ceterum ad ea, quae inter ipsos in dubietate versabantur, diludicanda sibi videri, Onegesium mitti debere. Qui enim fieri posset, ut in Serdicam, quae diruta esset, Attilas cum viro consulari conveniret? In hac legatione Maximinus precibus mihi persuasit, ut illi comes essem. Atque ita cum barbaris iter facere coepimus, et in Serdicam pervenimus trium et decem dierum itinere expedito homini a Constantinopoli distantem. Ibi commorantes ad cibum nobiscum sumendum Edecona et ceteros barbaros invitandos duximus. Bobus igitur et ovibus, quas incolae nobis suppeditaverant, ingulatis, instructo convivio epulati sumus. Inter epulas barbari Attilam, nos Imperatorem admirari et extollere. Ad quae Bigilas dixit, minime iustum esse, deum cum homine comparare, hominem Attilam, deum Theodosium vocans. Id aegre tulerunt Hunni, et sensim ira accensi exasperabantur. Nos vero alio sermonem detorquere, et eorum iram blandis verbis leni-

μαινόμενοι ἐχαλέπαινον. ἡμῶν δὲ ἐς ἕτερα τρεψάντων τὸν A. C. 448 λόγον καὶ φιλοφροσύνῃ τὸν σφῶν αὐτῶν καταπραϋνόντων Ind. 1 Theod. 41 θυμὸν, μετὰ τὸ δεῖπνον ὡς διανέστημεν, δώροις ὁ Μαξιμῖνος Ἐδέκωνα καὶ Ὀρέστην ἐθεράπευσε, σηρικοῖς ἐσθήμασι καὶ λίθοις Ἰνδικοῖς. ἀναμείνας δὲ τὴν Ἐδέκωνος Ὀρέστης C ἀναχώρησιν, πρὸς τὸν Μαξιμῖνον φράζει, ὡς σοφός τε εἴη καὶ ἄριστος, μὴ ὅμοια σὺν τοῖς ἀμφὶ τὰ βασίλεια πλημμελήσας· χωρὶς γὰρ αὐτοῦ ἐπὶ δεῖπνον τὸν Ἐδέκωνα καλοῦντες δώροις ἐτίμων. ἀπόρου δὲ τοῦ λόγου ὡς μηδὲν ἐπισταμένοις φανέντος, καὶ ἀνερωτήσασιν ὅπως καὶ κατὰ ποῖον καιρὸν περιώπται μὲν αὐτὸς, τετίμηται δὲ ὁ Ἐδέκων, οὐδὲν V. 34 ἀποκρινάμενος ἐξῆλθε. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὡς ἐβαδίζομεν, φέρομεν ἐπὶ Βιγιλαν ἅπερ ἡμῖν Ὀρέστης εἰρήκει. ὃς δὲ ἐκεῖνον μὴ δεῖν χαλεπαίνειν ὡς τῶν αὐτῶν Ἐδέκωνι μὴ τυγχάνοντα· αὐτὸν μὲν γὰρ ὀπάονά τε καὶ ὑπογραφέα εἶναι Ἀττήλα, D Ἐδέκωνα δὲ τὰ κατὰ πόλεμον ἄριστον, ὡς τοῦ Οὔννου γένους, ἀναβεβηκέναι τὸν Ὀρέστην πολύ. ταῦτα εἰπὼν καὶ τῷ Ἐδέκωνι ἰδιολογησάμενος ἔφασκεν ὕστερον πρὸς ἡμᾶς, εἴτε ἀληθιζόμενος, εἴτε ὑποκρινόμενος, ὡς εἴποι μὲν αὐτῷ τὰ εἰρημένα, μόγις δὲ αὐτὸν καταπραΰναι τραπέντα ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσιν εἰς ὀργήν. ἀφικόμενοι δὲ ἐς Ναϊσσὸν ἔρημον μὲν εὕρομεν ἀνθρώπων τὴν πόλιν, ὡς ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀνατρα-

14. Ἐδέκων vulg. 17. εἰπὼν H., εἰπεῖν vulg. 19. εἴποι μὲν Cantocl., εἴποιμεν vulg.

re. A coena ut surreximus, Maximinus Edeconem et Orestem donis conciliaturus, sericis vestibus et gemmis Indicis donavit. Orestes deinde praestolatus Edeconis discessum verba faciens cum Maximino, sibi quidem, ait, illum probum et prudentem videri, qui non ut alii ministri regii peccasset. Etenim nonnulli, spreto Oreste, Edeconem ad coenam invitaverant et donis coluerant. Nos antem harum omnium rerum ignari, quo pertinerent Orestis verba, non satis percipientes, cum ex eo sciscitaremur, quomodo et qua in re despectui esset habitus et Edecon honore affectus, nihil respondit, et discessit. Postridie cum iter faceremus, Bigilae, quae Orestes dixerat, retulimus. Ille vero ait, Orestem non debere iniquo animo ferre, si eadem, quae Edecon, minime esset consecutus. Orestem enim comitem et scribam Attilae, Edeconem vero bello clarissimum, ut in gente Hunnorum, longe illum dignitate antecellere. Quae cum loqueretur, patrio sermone Edeconem affatus, non multo post nobis confirmavit, seu vera proferret, seu fingeret, se Edeconi ea, quae prius illi dixeramus, exposuisse, et aegre iram eius ob dicta Orestis lenivisse. Venimus Naissum, quae ab hostibus fuerat eversa et solo aequata: itaque eam desertam hominibus offendimus, praeterquam quod in ruderibus sacrarum aedium erant quidam ae-

A. C. 448 πεῖσαν· ἐν δὲ τοῖς ἱεροῖς καταλύμασι τῶν ὑπὸ νόσων κατεχομένων τινὲς ἐτύγχανον ὄντες. μικρὸν δὲ ἄνω τοῦ ποταμοῦ
Ind. 1 Theod. 41 ἐν καθαρῷ καταλύσαντες, (σύμπαντα γὰρ τὰ ἐπὶ τὴν ὄχθην
P. 50 ὀστέων ἦν πλέα τῶν ἐν πολέμῳ ἀναιρεθέντων,) τῇ ἐπαύριον πρὸς Ἀγίνθεον τῶν ἐν Ἰλλυριοῖς ταγμάτων ἡγούμενον ἀφικόμεθα, οὐ πόῤῥω ὄντα τῆς Ναϊσσοῦ, ἐφ' ᾧ τὰ παρὰ βασιλέως ἀγγεῖλαι καὶ τοὺς φυγάδας παραλαβεῖν· τοὺς γὰρ ε' τῶν ιζ, περὶ ὧν Ἀττήλᾳ ἐγέγραπτο, αὐτὸν ἔδει παραδιδόναι. ἤλθομεν οὖν ἐς λόγους, καὶ τοὺς ε' φυγάδας παραδοῦναι αὐτὸν τοῖς Οὔννοις παρεσκευάσαμεν· οὓς φιλοφρονησάμενος σὺν ἡμῖν ἀπέπεμψε. διανυκτερεύσαντες δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ὁρίων τῆς Ναϊσσοῦ τὴν πορείαν ποιησάμενοι ἐπὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν, ἔς τι χωρίον ἐσβάλλομεν συνηρεφὲς, καμπὰς δὲ καὶ
B ἑλιγμοὺς καὶ περιαγωγὰς πολλὰς ἔχον. ἐν ᾧπερ τῆς ἡμέρας διαφαινούσης, οἰομένοις ἐπὶ δυσμὰς πορεύεσθαι τοῦ ἡλίου ἀνατολὴ κατεναντίον ὤφθη, ὥστε τοὺς ἀπείρως ἔχοντας τῆς τοῦ χωρίου θέσεως ἀναβοῆσαι, οἷα δὴ τοῦ ἡλίου τὴν ἐναντίαν ποιουμένου πορείαν καὶ ἕτερα παρὰ τὰ καθεστῶτα σημαίνοντος. ὑπὸ δὲ τῆς τοῦ τόπου ἀνωμαλίας ἐπὶ ἀνατολὰς ἐκεῖνο τὸ μέρος ἔβλεπε τῆς ὁδοῦ. μετὰ δὲ τὴν δυσχωρίαν ἐν πεδίῳ καὶ αὐτῷ ὑλώδει παραγινόμεθα. ἐντεῦθεν βάρβαροι πορθμεῖς ἐν σκάφεσι μονοξύλοις, ἅπερ αὐτοὶ δένδρα ἐκτέμνοντες καὶ διαγλύφοντες κατασκευάζουσιν, ἐδέχοντο ἡμᾶς καὶ

3. καθαρῷ Cantocl., καπαρῷ vulg. 5. τῶν B., τὸν vulg. 15. διαφαν. vulg., ἡ τοῦ ἡλ, coni. B. 18. κατεναντίον ὤφθη post ποιουμένου iterat vulg. παραγεν. vulg.

groti. Paulo longius a flumine ad vacua loca divertentes, (omnia enim circa ripam erant plena ossibus eorum, qui bello ceciderant,) postridie ad Agintheum, copiarum in Illyrico ducem, qui non longe a Naisso habitabat, accessimus, ut, traditis Imperatoris mandatis, reciperemus ab eo quinque transfugas, qui septemdecim numerum, de quibus ad Attilam scripserat, explerent. Hominem igitur convenimus, et quinque profugos Hunnos tradere praecepimus, quos verbis consolatus, nobiscum dimisit. Nocte transacta, a montibus Naissi Istrum versus pergentes, in angustam convallem per obliquos flexus et circuitus multos deferimur. Hic cum in ea opinione essemus, ut in occasum iter tendere existimaremus, simulatque illuxit, sol exoriens sese ex adverso oculis nostris obiecit. Itaque qui loci situm ignorabant, exclamare, tanquam sol contrarium solito cursnm conficeret, et abhorrentia a constituto rerum ordine designaret: sed propter loci inaequalitatem via ea parte ad Orientem spectat. Ex illo difficili et arduo loco ad plana et uliginosa devenimus. Hic nos barbari portitores in scaphis unico ligno constantibus, quas arboribus sectis et

A. C. 448 Ind. 1 Theod. 41

διεπόρθμευον τὸν ποταμὸν, οὐχ ἡμῶν ἕνεκα παρασκευασάμενοι, ἀλλὰ διαπορθμεύσαντες πλῆθος βαρβαρικὸν, ὅπερ ἡμῖν κατὰ τὴν ὁδὸν ἀπηντήκει, οἷα δὴ βουλομένου ὡς ἐπὶ C θήραν Ἀττήλα διαβαίνειν ἐς τὴν Ῥωμαίων γῆν. τοῦτο δὲ ἦν πολέμου παρασκευὴν ποιουμένῳ τῷ βασιλείῳ Σκύθῃ, προφάσει τοῦ μὴ πάντας αὐτῷ τοὺς φυγάδας δεδόσθαι. περαιωθέντες δὲ τὸν Ἴστρον καὶ σὺν τοῖς βαρβάροις ὡς ο' πορευθέντες σταδίους, ἐν πεδίῳ τινὶ ἐπιμένειν ἠναγκάσθημεν, ὥστε τοὺς ἀμφὶ τὸν Ἐδέκωνα τῷ Ἀττήλᾳ γενέσθαι τῆς ἡμετέρας ἀφίξεως μηνυτάς. καταμεινάντων δὲ σὺν ἡμῖν καὶ τῶν ξεναγησάντων ἡμᾶς βαρβάρων, ἀμφὶ δείλην ὀψίαν δεῖπνον ἡμῶν αἱρουμένων, κρότος ἵππων ὡς ἡμᾶς ἐρχομένων ἠκούετο. καὶ δὴ ἄνδρες δύο Σκύθαι παρεγίνοντο ὡς τὸν Ἀττήλαν ἡμᾶς ἀπιέναι παρακελευόμενοι. ἡμῶν δὲ πρότερον D ἐπὶ τὸ δεῖπνον αὐτοὺς ἐλθεῖν αἰτησάντων, ἀποβάντες τῶν ἵππων εὐωχήθησαν, καὶ ἡμῖν τῆς ὁδοῦ τῇ ὑστεραίᾳ ἡγήσαντο. παραγενομένων δὲ ἐς τὰς Ἀττήλα σκηνὰς ἀμφὶ θ' τῆς ἡμέρας ὥρᾳ, (πολλαὶ δὲ αὐτῷ ἐτύγχανον οὖσαι,) ἐπί τε λόφου τινὸς σκηνοποιῆσαι βουληθέντων, οἱ ἐπιτυχόντες διεκώλυσαν βάρβαροι, ὡς τῆς Ἀττήλα ἐν χθαμαλῷ ὑπαρχούσης σκηνῆς. καταλυσάντων δὲ ὅπου τοῖς Σκύθαις ἐδόκει, Ἐδέκων καὶ Ὀρέστης καὶ Σκόττας καὶ ἕτεροι τῶν ἐν αὐτοῖς λο-

3. βουλόμενον vulg. 5. παρασκευὴ ποιουμένη coni. B. 11. ὑμᾶς vulg. 17. τὰς B., τοῦ vulg. 18. αὐτῷ B., αὐτῶν vulg.

cavatis adornant, exceperunt, et flumen transmiserunt. Et lembi quidem minime ad nos traducendos, sed ad multitudinem barbarorum traiiciendam erant praeparati, quae nobis in via occurreret, quia Attilas ad venationem in Romanorum fines transgredi volebat. Revera autem bellum contra Romanos paravit, cuius gerendi occasionem sumebat, quod transfugae non redderentur. Transmisso Istro, septuaginta fere stadiorum iter cum barbaris emensi in campo quodam subsistere coacti sumus, tantisper dum Edecon Attilam nostri adventus certiorem faceret, manentibus interea nobiscum ex barbaris, qui nos erant deducturi. Circa vesperam nobis coenantibus, auditus est strepitus equorum ad nos venientium. Et duo viri Scythae advenerunt, qui nos ad Attilam venire iusserunt. Nobis vero prius eos ad coenam accedere rogantibus, de equis descendentes una convivium inierunt, et postridie viam praeeuntes demonstrarunt. Qua die hora fere nona ad Attilae tentoria pervenimus: nam erant ei plurima. Et cum in colle quodam tentoria figere vellemus, obvii barbari prohibuerunt, quoniam Attilae tentorium esset in planitie positum. Quamobrem ad barbarorum arbitrium locum tentorii collocandi cepimus. Huc Edecon, Orestes, Scotta et alii ex Scythis primores

A. C. 448 γάδων ἧκον ἀνερωτῶντες τίνων τυχεῖν ἐσπουδακότες τὴν πρε-
Ind. 1 σβείαν ποιούμεθα. ἡμῶν δὲ τὴν ἄλογον ἀποθαυμαζόντων
Theod. 41 P. 51 ἐρώτησιν καὶ ἐς ἀλλήλους ὁρώντων, διετέλουν πρὸς ὄχλου
τῆς ἀποκρίσεως ἕνεκα γινόμενοι. εἰπόντων δὲ, Ἀττήλᾳ καὶ
οὐχ ἑτέροις λέγειν βασιλέα παρακελεύσασθαι, χαλεπήνας ὁ
Σκόττας ἀπεκρίνατο τοῦ σφῶν αὐτῶν ἡγουμένου ἐπίταγμα
εἶναι· οὐ γὰρ ἂν πολυπραγμοσύνῃ σφετέρᾳ παρ' ἡμᾶς ἐ-
V. 35 ληλυθέναι. φησάντων δὲ μὴ τοῦτον ἐπὶ τοῖς πρέσβεσι κεῖ-
σθαι τὸν νόμον, ὥστε μὴ ἐντυγχάνοντας, μηδὲ ἐς ὄψιν ἐρ-
χομένους παρ' οὓς ἐστάλησαν, δι' ἑτέρων ἀνακρίνεσθαι ὧν ἕ-
νεκα πρεσβεύοιντο, καὶ τοῦτο μηδὲ αὐτοὺς ἀγνοεῖν Σκύθας
B θαμινὰ παρὰ βασιλέα πρεσβευομένους· χρῆναι δὲ τῶν ἴσων
κυρεῖν, μὴ γὰρ ἄλλως τὰ τῆς πρεσβείας ἐρεῖν· ὡς τὸν Ἀτ-
τήλαν ἀνέζευξαν, καὶ αὖθις ἐπανῆκον Ἐδέκωνος χωρὶς, καὶ
ἅπαντα, περὶ ὧν ἐπρεσβευόμεθα, ἔλεγον, προστάττοντες τὴν
ταχίστην ἀπιέναι, εἰ μὴ ἕτερα φράζειν ἔχοιμεν. ἐπὶ δὲ τοῖς
λεχθεῖσι πλέον ἔτι ἀποροῦντες, (οὐ γὰρ ἦν ἐφικτὸν γινώσκειν
ὅπως ἔκδηλα ἐγεγόνει τὰ θεῶν παράβυστα δεδογμένα βασιλεῖ,)
συμφέρειν ἡγούμεθα μηδὲν περὶ τῆς πρεσβείας ἀποκρίνε-
σθαι, εἰ μὴ τῆς παρὰ τὸν Ἀττήλαν εἰσόδου τύχοιμεν. διὸ
ἐφάσκομεν, εἴτε τὰ εἰρημένα τοῖς Σκύθαις, εἴτε καὶ ἕτερα

1. ἀνερωτῶντες Cl., ἀνερῶντες vulg. 4. γενόμενοι vulg. 17. ἔτι ἀποροῦντες B., ἐπαποροῦντες vulg. 18. τὰ ἐν παραβύστῳ N. pro τὰ θεῶν παράβ.

mox advenerunt, et ex nobis quaesierunt, quarum rerum consequendarum gratia hanc legationem suscepissemus. Nos vero invicem intueri, et tam ineptam percunctationem admirari. Illi nihilominus perseverare, et nobis, ut responderemus, instabant. At quum soli Attilae, non aliis Imperatorem mandata exponere iussisse respondissemus, Scotta offensus, hoc sibi a suo duce praeceptum esse dixit, neque sua sponte se ad nos venisse. Nos vero obtestari, nusquam hanc legem legatis impositam, ut per alios mandata edant et palam faciant, antequam eos, ad quos missi sint, adierint, et in conspectum eorum venerint. Neque hoc Scythas nescire, qui saepenumero legatos ad Imperatorem miserint. Idem et nobis contingere par esse, neque aliter nos mandata esse dicturos. Quibus auditis ad Attilam perrexerunt, unde non multo post sine Edecone reversi, omnia, quae cum illis agere in mandatis habebamus, dixerunt, confestimque, nisi quid aliud nobis cum illis rei esset, discedere iusserunt. Quae ubi audivimus, animis dubii suspensique haesimus. Nec enim satis intelligere poteramus, qua ratione occulta Imperatoris consilia patefacta essent. Quamobrem potius esse duximus, nihil quicquam de mandatis nostris efferre, priusquam nobis Attilam adeundi potestas fieret: itaque respondimus: „Sive ea, quae Scythae modo pro-

A.C. 448 Ind. 1 Theod 41

ἤκομεν πρεσβευόμενοι, τοῦ σφῶν αὐτῶν ἡγουμένου τὴν πεῦσιν εἶναι, καὶ μηδαμῶς ἄλλοις τούτου χάριν διαλεχθήσεσθαι. οἱ δὲ ἡμᾶς παραχρῆμα ἀναχωρεῖν προσέταττον. ἐν παρασκευῇ C δὲ τῆς ὁδοῦ γενομένους τῆς ἀποκρίσεως ἡμᾶς ὁ Βιγίλας κατεμέμφετο, ἐπὶ ψεύδει ἁλῶναι ἄμεινον λέγων ἢ ἀπράκτους ἀναχωρεῖν. „εἰ γὰρ ἐς λόγους τῷ Ἀττήλᾳ ἐτύχον, φησιν, ἐληλυθὼς, ἐπεπείκειν ῥᾳδίως ἂν αὐτὸν τῆς πρὸς Ῥωμαίους ἀποστῆναι διαφορᾶς, οἷα δὴ ἐπιτήδειος αὐτῷ ἐν τῇ κατὰ Ἀνατόλιον πρεσβείᾳ γενόμενος." ταῦτα εὔνουν αὐτῷ τὸν Ἐδέκωνα ὑπάρχειν· ὥστε λόγῳ τῆς πρεσβείας καὶ τῶν ὁπωσοῦν, εἴτε ἀληθῶς, εἴτε ψευδῶς, ῥηθησομένων προφάσεως τυχεῖν ἐπὶ τῷ βουλεύσασθαι περὶ τῶν αὐτοῖς κατ᾽ Ἀττήλα D δεδογμένων, καὶ ὅπως τὸ χρυσίον, οὗπερ ἔφασκε δεῖσθαι ὁ Ἐδέκων, κομίσαι τὸ διανεμηθησόμενον ταττομένοις ἀνδράσι. προδεδομένος δὲ ἐλελήθει. ὁ γὰρ Ἐδέκων, εἴτε δόλῳ ὑποσχόμενος, εἴτε καὶ τὸν Ὀρέστην εὐλαβηθεὶς, μὴ ἐς τὸν Ἀττήλαν ἀγάγοι ἅπερ ἡμῖν ἐν τῇ Σερδικῇ μετὰ τὴν ἑστίασιν εἰρήκει, ἐν αἰτίᾳ ποιούμενος τὸ χωρὶς αὐτοῦ βασιλεῖ καὶ τῷ εὐνούχῳ ἐς λόγους αὐτὸν ἐληλυθέναι, καταμηνύει τὴν μελετηθεῖσαν αὐτῷ ἐπιβουλὴν καὶ τὸ ποσὸν τοῦ ἐκπεμφθησομένου

5. ψεύδει Cl., ψευδῆ vulg. 9. διὰ ταῦτα H., ταῦτα [δ᾽ ἔλεγεν ἐλπίζων] εὔνουν coni. B. 14. κομίσαιτο διαν. Vales. male, διανεμ. [τοῖς ὑπ᾽ αὐτὸν] ταττ. coni. B. 15. προδεδομένος Vales., προσδεδομένος vulg. ἐλελήθει B., ἐληλύθει vulg. 18. ἐν αἰτίᾳ Cantocl., ἐναντία vulg.

tulerunt, sive alia nuntiaturi venerimus, neminem nisi ducem vestrum quaerere decet, neque de his eum aliis ullo pacto disserere constituimus." Illi vero nos quam primum abire iusserunt. Dum reditum parabamus, Bigilas nos propter responsionem Scythis factam increpavit. Longe enim potius fuisse in mendacio deprehendi, quam re infecta domum reverti. „Si enim, inquit, cum Attila collocutus fuissem, facile illi a contentione cum Romanis discedere persuasissem, quippe qui antea familiaritatem cum illo in legatione cum Anatolio suscepta contraxi." Atque inde Edeconem quoque bene sibi velle dixit, ideoque specie legationis et eorum, quae vere aut falso dicturi essent, ope viam se inventuros esse speravit, qua compositas in Attilam insidias exsequerentur, et aurum, quo Edecon sibi ad eam rem opus esse eunucho dixerat, adferretur, quod certis hominibus divideretur. Sed Bigilam latebat, se proditum: Edecon enim, sive simulate cum eunucho pactus, sive ut ab Oreste sibi caveret, ne ob eam causam, quam in Serdica inter coenandum nobis indicaverat, iratus ad Attilam deferret, quod sine se secretos sermones cum Imperatore et eunucho habuisset, Attilae comparatam in ipsum coniurationem aperuit, et auri summam, quam in eam rem mitti convenerat, simul et ea, quae per nos in ista legatione

A. C. 448 Ind. 1 Theod. 41 P. 52 χρυσίον, ἐκλέγει δὲ καὶ ἐφ' οἷς τὴν πρεσβείαν ἐποιούμεθα. τῶν δὲ φορτίων ἤδη τοῖς ὑποζυγίοις ἐπιτεθέντων, καὶ ἀνάγκῃ τὴν πορείαν κατὰ τὸν τῆς νυκτὸς καιρὸν ποιεῖσθαι πειρώμενοι, μετεξέτεροι τῶν βαρβάρων παραγενόμενοι ἐπιμεῖναι ἡμᾶς τοῦ καιροῦ χάριν παρακελεύσασθαι τὸν Ἀττήλαν ἔλεγον. ἐν αὐτῷ οὖν τῷ χωρίῳ, ὅθεν καὶ διανέστημεν, ἧκον ἡμῖν βοῦν ἄγοντές τινες καὶ ποταμίους ἰχθύας παρὰ τοῦ Ἀττήλα διαπεμφθέντας. δειπνήσαντες οὖν ἐς ὕπνον ἐτράπημεν. ἡμέρας δὲ γενομένης ᾠόμεθα μὲν ἥμερόν τι καὶ πρᾶον παρὰ τοῦ βαρβάρου μηνυθήσεσθαι· ὁ δὲ πάλιν τοὺς αὐτοὺς ἔ- B πεμπε, παρακελευόμενος ἀπιέναι, εἰ μὴ ἔχοιμέν τι παρὰ τὰ αὐτοῖς ἐγνωσμένα λέγειν. οὐδὲν οὖν ἀποκρινάμενοι πρὸς τὴν ὁδὸν παρασκευαζόμεθα, καίπερ τοῦ Βιγίλα διαφιλονεικοῦντος λέγειν εἶναι καὶ ἕτερα ἡμῖν ῥηθησόμενα. ἐν πολλῇ δὲ κατηφείᾳ τὸν Μαξιμῖνον ἰδὼν, παραλαβὼν Ῥουστίκιον ἐξεπιστάμενον τὴν βαρβάρων φωνὴν, ὃς σὺν ἡμῖν ἐπὶ τὴν Σκυθικὴν ἐληλύθει — οὐ τῆς πρεσβείας ἕνεκα ἀλλὰ κατὰ πρᾶξίν τινα πρὸς Κωνστάντιον, ὃν Ἰταλιώτην ὄντα ὑπογραφέα Ἀττήλᾳ ἀπεστάλκει Ἀέτιος ὁ τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων στρατηγὸς, — παρὰ τὸν Σκότταν ἀφικνούμενος, (οὐ γὰρ Ὀνηγήσιος τηνικαῦτα παρῆν,) καὶ αὐτὸν προσειπὼν ὑφ' ἑρμηνεῖ τῷ Ῥου- C στικίῳ ἔλεγον δῶρα πλεῖστα παρὰ τοῦ Μαξιμίνου λήψεσθαι, εἴπερ αὐτὸν τῆς παρὰ τὸν Ἀττήλαν εἰσόδου παρασκευάσοι

23. τοῦ Ἀττήλα vulg.

tractanda erant, enuntiavit. Iumentis iam adornatis et necessitate ad iter tempore noctis carpendum adacti, occurrere ex barbaris, qui dicerent, Attilam iubere nos propter tempus noctis intempestivum remanere. In eundem igitur locum, unde proficiscebamur, praesto fuere, qui bovem agebant et pisces fluviatiles nobis ab Attila missos adferebant. Coenati nos dormitum contulimus. Luce orta in spem adducebamur, Attilam se ad lenitatem daturum, et aliquod mite responsum ad nos ab ipso emanaturum. Ille vero denuo eosdem misit, iussitque abire, si nihil aliud negotii, nisi quod iam omnibus cognitum erat, nobis cum illo intercederet. Nullo dato responso ad iter nos accinximus, etsi Bigilas omni ope contenderet, ut responderemus, nos alia dicenda habere. Ego vero cum Maximinum moerore confici viderem, assumto Rusticio, qui barbarorum linguae peritus erat, et nobiscum in Scythiam venerat non legationis, sed privatae rei causa, ad Constantium ex Italia oriundum, quem ad Attilam Aëtius, Occidentalium Romanorum dux, ut illi ab epistolis esset, miserat, Scottam adii, (nec enim aderat Onegesius,) et cum illo per Rusticium interpretem collocutus, eum plurima dona a Maximino laturum dixi, si illi aditus ad Attilam copiam faceret. Le-

τυχεῖν. τὴν γὰρ αὐτοῦ πρεσβείαν οὐ μόνον Ῥωμαίοις καὶ A.C. 448
Οὔννοις ξυνοίσειν, ἀλλὰ καὶ Ὀνηγησίῳ, ὃν παρ᾽ αὐτὸν βασι- Ind. 1 Theod. 41
λέα ἰέναι βούλεται καὶ τὰ τοῖς ἔθνεσι διευκρινῆσαι ἀμφίβο-
λα· ἀφικόμενον δὲ μεγίστων τεύξεσθαι δωρεῶν. χρῆναι
οὖν μὴ παρόντος Ὀνηγησίου ἡμῖν, μᾶλλον δὲ τἀδελφῷ ἐπὶ τῇ
ἀγαθῇ συναγωνίζεσθαι πράξει. πείθεσθαι δὲ καὶ αὐτῷ τὸν V.36
Ἀττήλαν μεμαθηκέναι ἔλεγον· οὐκ ἐν ἀκοῇ δὲ ἔσεσθαι βε-
βαίως τὰ κατ᾽ αὐτὸν, εἰ μή γε πείρᾳ τὴν αὐτοῦ γνοίη δύνα-
μιν. ὁ δὲ ὑπολαβὼν μηκέτι ἀμφιβόλους εἶναι ἔφη τοῦ καὶ
αὐτὸν ἴσα τῷ ἀδελφῷ παρὰ Ἀττήλᾳ λέγειν τε καὶ πράττειν.
καὶ παραχρῆμα τὸν ἵππον ἀναβὰς ἐπὶ τὴν Ἀττήλα διήλασε
σκηνήν. πρὸς δὲ τὸν Μαξιμῖνον ἐπανελθὼν ἀλύοντα ἅμα D
τῷ Βιγίλᾳ καὶ διαπορούμενον ἐπὶ τοῖς καθεστῶσιν ἔλεγον ἅ
τε τῷ Σκόττᾳ διείλεγμαι καὶ ἅπερ παρ᾽ αὐτοῦ ἠκηκόειν, καὶ
ὡς δεῖ τὰ τῷ βαρβάρῳ δοθησόμενα παρασκευάζειν δῶρα καὶ
τὰ αὐτῷ παρ᾽ ἡμῶν ῥηθησόμενα ἀναλογίζεσθαι. ἀμφότεροι
οὖν ἀναπηδήσαντες, (ἐπὶ γὰρ τοῦ ἐδάφους καὶ τῆς πόας κεῖ-
σθαι σφᾶς συνέβαινεν,) ἐπῄνεσάν τε τὴν πρᾶξιν, καὶ τοὺς
ἤδη μετὰ τῶν ὑποζυγίων ἐξορμήσαντας ἀνεκάλουν, καὶ διε- P.53
σκέψαντο ὅπως τε προσείποιεν τὸν Ἀττήλαν, καὶ ὅπως αὐτῷ
τά τε βασιλέως δῶρα δοῖεν καὶ ἅπερ αὐτῷ ὁ Μαξιμῖνος ἐ-

2. βασιλεὺς N. Aut βούλεσθαι B. 8. γνοίημεν coni. Cl. 10. Ἀττήλαν vulg.

gatum enim venire de rebus, quae non solum Romanis et Hunnis maximam essent utilitatem allaturae, sed etiam ipsi Onegesio. Imperatorem enim poscere, illum ad se legatum ab Attila mitti, qui diiudicaret controversias inter utramque gentem, unde nonnisi ingentibus donis cumulatus esset rediturus. Oportere igitur illum, cum Onegesius non adsit, in tam praeclara actione nos aut potius fratrem ipsum adiuvare. Et ipsi quoque Attilam plurimum fidere dixi me accepisse. Sed non satis firma esse audita, nisi re ipsa notum faceret quantum illi Attila tribueret. Atque ille: „Ne amplius, inquit, dubii sitis. Aeque ac frater apud Attilam valeo auctoritate, seu verbis, seu facto opus est.“ Et ascenso equo, ad Attilae tentorium contendit. Ego vero ad Maximinum rediens, qui una cum Bigila angebatur animo, et incertus erat quid constituendum esset, narravi sermones, quos habueram cum Scotta, et quae ab ipso audieram. Atque adeo illum excitavi ad praeparanda munera, quibus Scottam remuneraretur, et praemeditandum, quibus verbis Attilam affaretur. Surrexerunt igitur (offenderam enim illos in solo herbido iacentes,) et operam a me egregie navatam laudarunt, et eos, qui se iam cum iumentis itineri accinxerant, revocarunt. Tum etiam qua oratione Attilam aggrederentur, et quo modo dona Imperatoris, et quae Maximinus ipse adferebat, traderent, inter se agitarunt. Dum in harum rerum

A.C. 448 Ind. 1 Theod. 41

κόμιζεν. ἀμφὶ δὲ ταῦτα πονουμένους διὰ τοῦ Σκόττα ὁ Ἀττήλας μετεπέμψατο, καὶ δῆτα ἐς τὴν ἐκείνου παραγινόμεθα, ὑπὸ βαρβαρικοῦ κύκλῳ πεφρουρημένην πλήθους. ὡς δὲ εἰσόδου ἐτύχομεν, εὕρομεν ἐπὶ ξυλίνου δίφρου τὸν Ἀττήλαν καθήμενον. στάντων δὲ ἡμῶν μικρὸν ἀπωτέρω τοῦ θρόνου, προσελθὼν ὁ Μαξιμῖνος ἠσπάσατο τὸν βάρβαρον, τά τε παρὰ βασιλέως γράμματα δοὺς ἔλεγεν, ὡς σῶν εἶναι αὐτὸν καὶ
B τοὺς ἀμφ' αὐτὸν εὔχεται βασιλεύς. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ἔσεσθαι Ῥωμαίοις ἅπερ αὐτῷ βούλοιντο. καὶ ἐπὶ τὸν Βιγίλαν εὐθὺς τρέπει τὸν λόγον, θηρίον ἀναιδὲς ἀποκαλῶν, ὅτου χάριν παρ' αὐτὸν ἐλθεῖν ἠθέλησεν ἐπιστάμενος τά τε αὐτῷ καὶ Ἀνατολίῳ ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ δόξαντα, ὡς εἴρητο μὴ πρότερον πρέσβεις παρ' αὐτὸν ἐλθεῖν, πρὶν ἢ πάντες οἱ φυγάδες ἐκδοθεῖεν βαρβάροις. τοῦ δὲ φήσαντος, ὡς ἐκ Σκυθικοῦ γένους παρὰ Ῥωμαίοις οὐκ εἴη φυγὰς, (τοὺς γὰρ ὄντας ἐκδεδόσθαι,) χαλεπήνας μᾶλλον καὶ αὐτῷ πλεῖστα λοιδορησάμενος
C μετὰ βοῆς ἔλεγεν, ὡς αὐτὸν ἀνασκολοπίσας πρὸς βορὰν οἰωνοῖς ἐδεδώκει ἂν, εἰ μή γε τῷ τῆς πρεσβείας θεσμῷ λυμαίνεσθαι ἐδόκει καὶ ταύτην αὐτῷ ἐπὶ τῇ ἀναιδείᾳ καὶ τῇ τῶν λόγων ἰταμότητι ἐπιθεῖναι δίκην· φυγάδας γὰρ τοῦ σφετέρου ἔθνους παρὰ Ῥωμαίοις εἶναι πολλοὺς, ὧν ἐκέλευε τὰ

2. μετεπέμψατο B., μετέπεμψέ τε vulg. παραγεν. vulg. 3. κύκλου vulg 8. βασιλεῦσιν vulg. 15. Ῥωμαίους vulg. 17. βορὰν Val., βοῤῥᾶν vulg. 18. θεσμῷ Val., θερμῷ vulg. 19. τῷ pro καὶ coni. Cl.

cura versabamur, Attilas nos per Scottam arcessivit: itaque ad eius tentorium iter direximus, quod barbarorum multitudine, qui in orbem excubias agebant, erat circumdatum. Introducti Attilam sedentem in sella lignea invenimus. Stetimus paulo remotius ab eius solio: mox processit Maximinus et salutavit barbarum. Et Imperatoris litteras tradens dixit, salvum et incolumem illum suosque precari Imperatorem. Et barbarus, „Sit et Romanis quemadmodum et mihi cupiunt," inquit. Statimque ad Bigilam convertit orationem, feram impudentem vocans, quaerebat, qua re impulsus ad ipsum venisset, cum sibi eorum, quae et ipse et Anatolius de pace sensissent, conscius esset: non enim prius ad se legatos accedere debuisse, quam omnes profugi, qui apud Romanos exstarent, redditi essent. Bigila vero respondente, nullum amplius apud Romanos reperiri transfugam Scythici generis; omnes enim redditos esse; magis exasperatus Attilas, in eum multa probra et convitia ingessit. Et cum clamore dixit, se illum in crucem acturum et praedam vulturibus praebiturum fuisse, nisi leges legationis hac impudentis eius orationis et temeritatis poena offendere vereretur. Etenim restare adhuc apud Romanos plures transfugas, quorum nomina, ut erant

ὀνόματα ἐγγεγραμμένα χάρτῃ τοὺς ὑπογραφέας ἀναγινώσκειν. A. C. 448 ὡς δὲ διεξῆλθον ἅπαντας, προσέταττε μηδὲν μελλήσαντα ἀ- Ind. 1 πιέναι· συμπέμψειν δὲ αὐτῷ καὶ Ἦσλαν Ῥωμαίοις λέξοντα, Theod. 41 πάντας τοὺς παρὰ σφίσι καταφυγόντας βαρβάρους ἀπὸ τῶν Καρπιλεόνος χρόνων, ὃς ὡμήρευσε παρ' αὐτῷ παῖς ὢν Ἀετίου τοῦ ἐν τῇ ἑσπέρᾳ Ῥωμαίων στρατηγοῦ, ἐκπέμψαι D παρ' αὐτόν. καὶ γὰρ οὐ συγχωρήσειν τοὺς σφετέρους θεράποντας ἀντίον αὐτοῦ ἐς μάχην ἰέναι, καίπερ μὴ δυναμένους ὠφελεῖν τοὺς τὴν φυλακὴν αὐτοῖς τῆς οἰκείας ἐπιτρέψαντας γῆς. τίνα γὰρ πόλιν ἢ ποῖον φρούριον σεσῶσθαι, ἔλεγεν, ὑπ' ἐκείνων, οὗπερ αὐτὸς ποιῆσαι τὴν αἵρεσιν ὥρμησεν; ἀπαγγείλαντας δὲ τὰ αὐτῷ περὶ τῶν φυγάδων δεδογμένα, αὖθις ἐπανήκειν μηνύοντας πότερον αὐτοὺς ἐκδιδόναι βούλονται ἢ τὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἀναδέχονται πόλεμον. παρακελευσάμενος δὲ πρότερον καὶ τὸν Μαξιμῖνον ἐπιμένειν, ὡς δι' αὐτοῦ περὶ τῶν γεγραμμένων ἀποκρινούμενος βασιλεῖ, ἐπέτρεπε τὰ δῶρα. δόντες τοίνυν καὶ ἐπανιόντες ἐς τὴν σκηνήν, ἑκάστου τῶν λεχθέντων πέρι ἰδιολογούμεθα. καὶ Βιγίλα θαυμάζον- P. 54 τος ὅπως πάλαι αὐτῷ πρεσβευομένῳ ἤπιός τε καὶ πρᾶος νομισθεὶς τότε χαλεπῶς ἐλοιδορήσατο, ἔλεγον, μή ποτέ τινες τῶν βαρβάρων τῶν ἐν Σερδικῇ ἑστιαθέντων σὺν ἡμῖν δυσμενῆ αὐτῷ τὸν Ἀττήλαν παρεσκεύασαν, ἀπαγγείλαντες, ὡς θεὸν

2. ἅπαντας N., ἀπόντας vulg. 3. λέξαντα vulg. 7. οὐ add. N. 11. ἀπαγγείλαντες vulg. 21. ἑστιαθέντων Cl., αἰτιαθέντων vulg.

in charta descripta, iussit scribas recitare. Hi ubi omnia legerant, Attilas Bigilam una cum Esla siue mora proficisci iussit Romanis denuntiatum, ut omnes transfugas Scythicae nationis, quotquot in eorum potestate essent, redderent, a tempore Carpilionis, filii Aëtii, Romanorum Occidentalium ducis, qui obses apud eum fuerat. Non enim se servos suos secum manus conserere passurum esse, quamquam ne iis quidem, qui suae ditionis custodiam illis commiserint, prodesse possint. Quae enim urbs, quod castellum ab illis possit defendi, quod evertere aut diruere apud se constitutum habuerit? Postquam exposuerint a se de transfugis decreta, redire eos quamprimum iussit renuntiatum, utrum transfugas reddere, an bellum eo nomine malint suscipere. Non multo ante Maximinum paulum exspectare iusserat, dum ad ea, quae Imperator scripserat, per se responsum daret, munera petiit. Quae postquam dedimus, in tentorium nostrum nos recepimus, et de singulis, quae dicta fuerant, inter nos disseruimus. Cum autem Bigilas admiraretur, qui fieret, ut Attilas, qui sibi iampridem, cum legatus ad illum veniret, comis et perhumanus visus esset, tunc se acerbis contumeliis affe-

A. C. 448 μὲν τὸν Ῥωμαίων ἐκάλει βασιλέα, ἄνθρωπον δὲ τὸν Ἀττή-
Ind. 1 λαν. τοῦτον τὸν λόγον ὁ Μαξιμῖνος ὡς πιθανὸν ἐδέχετο, οἷα δὴ
Theod. 41 V. 37 ἀμέτοχος ὢν τῆς συνωμοσίας ἣν κατὰ τοῦ βαρβάρου ὁ εὐ-
νοῦχος ἐποιήσατο. ὁ δὲ Βιγίλας ἀμφίβολός τε ἦν, καὶ ἐμοὶ
B ἐδόκει προφάσεως ἀπορεῖν, δι' ἣν αὐτῷ ὁ Ἀττήλας ἐλοιδορή-
σατο· οὔτε γὰρ τὰ ἐν Σερδικῇ, ὡς ὕστερον ἡμῖν διηγεῖτο,
οὔτε τὰ τῆς ἐπιβουλῆς εἰρῆσθαι τῷ Ἀττήλᾳ ἐνόμιζεν, μη-
δενὸς μὲν ἑτέρου τῶν ἐκ τοῦ πλήθους διὰ τὸν ἐπικρατοῦντα
κατὰ πάντων φόβον ἐς λόγους αὐτῷ θαῤῥοῦντος ἐλθεῖν, Ἐδέ-
κωνος δὲ πάντως ἐχεμυθήσοντος διά τε τοὺς ὅρκους καὶ τὴν
ἀδηλίαν τοῦ πράγματος, μή ποτε καὶ αὐτὸς, ὡς τοιούτων μέτοχος
λόγων, ἐπιτήδειος νομισθεὶς, θάνατον ὑφέξει ζημίαν. ἐν τοι-
αύτῃ οὖν ἀμφιβολίᾳ τυγχάνουσιν ἐπιστὰς Ἐδέκων, καὶ τὸν
Βιγίλαν ἔξω τῆς ἡμετέρας ἀπαγαγὼν συνόδου, ὑποκρινάμε-
C νός τε ἀληθίζεσθαι τῶν αὐτοῖς βεβουλευμένων ἕνεκα, καὶ τὸ
χρυσίον κομισθῆναι παρακελευσάμενος τὸ δοθησόμενον τοῖς
ἅμα αὐτῷ περὶ τὴν πρᾶξιν ἐλευσομένοις, ἀνεχώρει. πολυ-
πραγμονοῦντα δὲ τίνες οἱ τοῦ Ἐδέκωνος πρὸς αὐτὸν λόγοι
ἀπατᾷν ἔσπευδεν ἠπατημένος αὐτὸς, καὶ τὴν ἀληθῆ αἰτίαν
ἀποκρυψάμενος ἔφασκε παρ' αὐτοῦ Ἐδέκωνος εἰρῆσθαι, ὡς καὶ
αὐτῷ ὁ Ἀττήλας περὶ τῶν φυγάδων χαλεπαίνοι· ἔδει γὰρ ἢ

3. ἀμέτοχος Val., μέτοχος vulg. 9. αὐτοῦ vulg. Ἐδέκωνος Val., Ἐδέκων vulg.

eisset, dixi, vereri me, ne qui ex barbaris, qui in Serdica nobiscum epulati erant, Attilam infensum nobis reddidissent, et Bigilam Romanorum Imperatorem deum, Attilam vero hominem appellasse, retulissent. Quam orationem Maximinus ut verisimilem est amplexus, quia coniurationis in Attilam ab eunucho initae particeps non fuerat. Sed Bigilas ambiguus animi erat, neque causam suspicari posse videbatur, quare Attilas eum tam acerbis convitiis insectatus esset. Nec enim in animum suum inducere poterat, ut nobis postea retulit, enuntiata fuisse, quae in convivio in Serdica dicta fuerant, nec coniurationem in Attilam detectam, cum nemo ex omni multitudine, quae Attilam circumstabat, excepto Edecone, prae metu, qui omnium mentes pervaserat, cum Attila sermonem instituere auderet, Edeconem autem studiose operam daturum censeret, omnia silentio transigere, tum propter iusiurandum, tum propter negotii gravitatem: ne, quia clandestinis in Attilam consiliis interfuerat, reus iudicatus, poena mortis afficeretur. Haec eum ambigua mente volveremus, Edecon supervenit, et abducto a nostro coetu Bigila, (fingebat enim velle vere et serio de praemeditatis inter eos insidiis agere,) ubi aurum adferri praecepit, quod his daretur, qui exsequendo facinori operam navaturi essent, discessit. Ego vero cum Bigilam curiosius inquirerem, quos sermones secum Edecon habuisset, deci-

πάντας ἀπολαβεῖν, ἢ πρέσβεις ἐκ τῆς μεγίστης ἐξουσίας ἀφικέσθαι πρὸς αὐτόν. ταῦτα διαλεγομένοις παραγενόμενοί τινες τῶν Ἀττήλα ἔλεγον, μήτε Βιγίλαν, μήτε ἡμᾶς Ῥωμαῖον αἰχμάλωτον ἢ βάρβαρον ἀνδράποδον ἢ ἵππους ἢ ἕτερόν τι πλὴν τῶν εἰς τροφὴν ὠνεῖσθαι, ἄχρις ὅτου τὰ μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Οὔννων ἀμφίβολα διακριθείη. σεσοφισμένως δὲ ταῦτα καὶ κατὰ τέχνην ἐγένετο τῷ βαρβάρῳ, ὥστε τὸν μὲν Βιγίλαν ῥᾳδίως ἐπὶ τῇ κατ' αὐτοῦ ἁλῶναι πράξει ἀποροῦντα αἰτίας, ἐφ' ᾗπερ τὸ χρυσίον κομίζοι, ἡμᾶς δὲ προφάσει ἀποκρίσεως ἐπὶ τῇ πρεσβείᾳ δοθησομένης Ὀνηγήσιον ἀπεκδέξασθαι, τὰ δῶρα κομιούμενον ἅπερ ἡμεῖς τε διδόναι ἐβουλόμεθα καὶ βασιλεὺς ἀπεστάλκει. συνέβαινε γὰρ αὐτὸν σὺν τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν Ἀττήλα παίδων ἐς τὸ τῶν Ἀκατζίρων ἔθνος ἐστάλθαι, ὅ ἐστι Σκυθικὸν ἔθνος, παρέστη δὲ τῷ Ἀττήλᾳ ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. πολλῶν κατὰ φῦλα καὶ γένη ἀρχόντων τοῦ ἔθνους, Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς ἐκπέμπει δῶρα, ὥστε ὁμονοίᾳ σφετέρᾳ ἀπαγορεῦσαι μὲν τῇ τοῦ Ἀττήλα συμμαχίᾳ, τὴν δὲ πρὸς Ῥωμαίους [συμμαχίαν] ἀσπάζεσθαι. ὁ δὲ τὰ δῶρα ἀποκομίζων οὐ κατὰ τάξιν ἑκάστῳ τῶν βασιλέων τοῦ ἔθνους δίδωσιν, ὥστε τὸν Κουρίδαχον πρεσβύτερον ὄντα τῇ

A. C. 448 Ind. 1 Theod. 41

D

P. 55

3. τῶν B., τοῦ vulg. 13. Ἀκατζίρων Val., ἀκατιζίρων vulg. 18. συμμαχίαν] εἰρήνην H. mg. 19. ἑκάστου vulg.

pere conatus est, deceptus et ipse, et veram causam occultans commentus est sibi Edeconem dixisse, Attilam illi quoque propter transfugas succensuisse. Oportuisse enim aut omnes restitui, aut legatos summa auctoritate praeditos ad illum venire. Haec dum loquebamur, advenere ab Attila, qui Bigilam et nos prohiberent, captivum Romanum, aut barbarum mancipium, aut equos, aut quicquam aliud emere, praeterquam quae ad victum necessaria erant, donec inter Romanos et Hunnos de rebus controversis convenisset. Haec callide et praemeditato consilio barbarus faciebat, quo facilius Bigilam in consilio contra se exsequendo deprehenderet, cum nullam satis idoneam causam comminisci posset, cur aurum adferret. Nos quoque praetenta causa responsi, quod ad legationem editurus erat, Onegesium opperiri coëgit, ut munera, quae ad eum Imperator miserat, et tradere volebamus, acciperet. Etenim tum forte Onegesius una cum seniore ex Attilae liberis ad Acatziros missus fuerat. Ea gens est Scythica, quae in potestatem Attilae hac de causa venit. In eam gentem plures secundum populos et gentes imperium exercebant, quos Imperator Theodosius, firmata inter eos concordia, ab Attilae societate ad colendam eum Romanis pacem et societatem muneribus traducere conatus est. Qui ea munera attulerat non pro cuiusque gentis regis merito et gradu ea distribuerat. Caridachus enim secundo loco acceperat, qui regum anti-

A.C.448 ἀρχῇ, τὰ δῶρα δεξάμενον δεύτερον, οἷα δὴ περιοφθέντα Ind. 1 Theod. 41 καὶ τῶν σφετέρων στερηθέντα γερῶν, ἐπικαλέσασθαι τὸν Ἀττήλαν κατὰ τῶν συμβασιλευόντων, τὸν δὲ μὴ μελλήσαντα B πολλὴν ἐκπέμψαι δύναμιν, καὶ τοὺς μὲν ἀνελόντα, τοὺς δὲ παραστησάμενον καλεῖν τὸν Κουρίδαχον τῶν νικητηρίων μεθέξοντα. τὸν δὲ ἐπιβουλὴν ὑποτοπήσαντα εἰπεῖν, ὡς χαλεπὸν ἀνθρώπῳ ἐλθεῖν ἐς ὄψιν θεοῦ· εἰ γὰρ οὐδὲ τὸν τοῦ ἡλίου δίσκον ἀτενῶς ἔστιν ἰδεῖν, πῶς τὸν μέγιστον τῶν θεῶν ἀπαθῶς τις ὄψοιτο; οὕτως μὲν ὁ Κουρίδαχος ἔμεινεν ἐπὶ τοῖς σφετέροις καὶ διεφύλαξε τὴν ἀρχήν, τοῦ λοιποῦ παντὸς τοῦ Ἀκατζίρων ἔθνους τῷ Ἀττήλᾳ παραστάντος· οὗπερ ἔθνους βασιλέα τὸν πρεσβύτερον τῶν παίδων καταστῆσαι βουλόμενος Ὀνηγήσιον ἐπὶ ταύτην ἐκπέμπει τὴν πρᾶξιν. διὸ δὴ καὶ ἡμᾶς, ὡς εἴρηται, C ἐπιμεῖναι παρακελευσάμενος, τὸν Βιγίλαν διαφῆκεν ἅμα Ἥσλᾳ προφάσει μὲν τῶν φυγάδων ἐς τὴν Ῥωμαίων διαβησόμενον, τῇ δὲ ἀληθείᾳ τῷ Ἐδέκωνι τὸ χρυσίον κομιοῦντα.

Τοῦ δὲ Βιγίλα ἐξορμήσαντος, μίαν μετὰ τὴν ἐκείνου ἀναχώρησιν ἡμέραν ἐπιμείναντες, τῇ ὑστεραίᾳ ἐπὶ τὰ ἀρκτικώτερα τῆς χώρας σὺν Ἀττήλᾳ ἐπορεύθημεν. καὶ ἄχρι τινὸς τῷ βαρβάρῳ συμπροελθόντες ἑτέραν ὁδὸν ἐτράπημεν, τῶν ξεναγούντων ἡμᾶς Σκυθῶν τοῦτο ποιεῖν παρακελευσαμένων,

9. οὕτως Cantocl., οὗτος vulg. 18. μετὰ B., κατὰ vulg. 22. ξεναγόντων vulg.

nior, primus accipere debuerat. Ille, tanquam contemptus et sibi debitis praemiis frustratus, Attilam contra ceteros reges auxilio vocaverat. Is nihil cunctatus, magno exercitu emisso eorum alios sustulit, alios ad deditionem compulit. Deinde Caridachum ad se vocat, tanquam illi victoriam, et quae ex victoria consecutus fuerat, impertiturus. Sed iste dolum et insidias suspicatus, difficile et grave esse homini respondit, in dei conspectum venire. Si enim immotis oculis solis orbem intueri nemo potest, quomodo quis sine sensu doloris cum deorum maximo congrediatur? Atque ita Caridachus regnum suaque omnia salva sibi et integra conservavit, et reliqua omnis Acatzirorum regio in ius ditionemque Attilae concessit. Ei genti cum seniorem ex filiis regem Attilas constituere decrevisset, ad hanc rem conficiendam Onegesium miserat. Itaque nos exspectare, ut dictum est, iubens, Bigilam cum Esla ad Romanos amandavit, specie quidem transfugarum repetendorum, sed revera, ut aurum Edeconi promissum adferret.

Post Bigilae discessum unum tantum diem in his locis commorati, postridie una cum Attila ad loca magis ad septentrionem vergentia profecti sumus. Haud longum viae spatium cum barbaris

ὡς τοῦ Ἀττήλα ἐς κώμην τινὰ παρεσομένου, ἐν ᾗ γαμεῖν A. C. 448 θυγατέρα Ἐσκὰμ ἐβούλετο, πλείστας μὲν ἔχων γαμετὰς, ἀ- Ind. 1 Theod. 41 γόμενος δὲ καὶ ταύτην κατὰ νόμον τὸν Σκυθικόν. ἐνθένδε D ἐπορευόμεθα ὁδὸν ὁμαλὴν, ἐν πεδίῳ κειμένην, ναυσιπόροις V. 38 τε προσεβάλομεν ποταμοῖς, ὧν οἱ μέγιστοι μετὰ τὸν Ἴστρον ὅ,τε Δρήκων λεγόμενος καὶ ὁ Τίγας καὶ ὁ Τιφήσας ἦν. καὶ τούτους μὲν ἐπεραιώθημεν τοῖς μονοξύλοις πλοίοις, οἷς οἱ προσοικοῦντες τοὺς ποταμοὺς κέχρηνται· τοὺς δὲ λοιποὺς ταῖς σχεδίαις διεπλεύσαμεν, ἃς ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν οἱ βάρβαροι διὰ τοὺς λιμνάζοντας φέρουσι τόπους. ἐχορηγοῦντο δὲ ἡμῖν κατὰ κώμας τροφαὶ, ἀντὶ μὲν σίτου κέγχρος, ἀντὶ δὲ οἴνου ὁ μέδος ἐπιχωρίως καλούμενος. ἐκομίζοντο δὲ καὶ οἱ ἑπόμενοι ἡμῖν ὑπηρέται κέγχρον καὶ τὸ ἐκ κριθῶν χορηγούμενοι πόμα· κάμον οἱ βάρβαροι καλοῦσιν αὐτό. μακρὰν δὲ P. 56 ἀνύσαντες ὁδὸν περὶ δείλην ὀψίαν κατεσκηνώσαμεν πρὸς λίμνῃ τινὶ, πότιμον ὕδωρ ἐχούσῃ, ὅπερ οἱ τῆς πλησίον ὑδρεύοντο κώμης. πνεῦμα δὲ καὶ θύελλα ἐξαπίνης διαναστᾶσα μετὰ βροντῶν καὶ συχνῶν ἀστραπῶν καὶ ὄμβρου πολλοῦ οὐ μόνον ἡμῶν ἀνέτρεψε τὴν σκηνὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν κατασκευὴν σύμπασαν ἐς τὸ ὕδωρ ἐκύλισε τῆς λίμνης. ὑπὸ δὲ τῆς κρατούσης τὸν ἀέρα ταραχῆς καὶ τοῦ συμβάντος δειματωθέντες τὸ χωρίον ἀπελείπομεν καὶ ἀλλήλων ἐχωριζόμεθα, ὡς ἐν

19. *ἀνέτρεψε* N., *ἔτρεψε* vulg.

progressi, alio iter vertimus, Scythis, qui viam ducebant, nos id facere iubentibus. Attilas interea in quodam vico substitit, in quo filiam Escam uxorem, etsi plures alias haberet, Scytharum legibus id permittentibus, ducere voluit. Illinc facili et aequali via, per planitiem iter fecimus, et in multos fluvios navigabiles incidimus. Quorum post Istrum maximi sunt Drecon dictus, et Tigas, et Tiphisas. Et hos quidem naviculis unico ligno confectis, quas in quotidiano usu habent qui ad flumina habitant, reliquos lembis ex propinquo desumptis, quos barbari curribus imponunt, et per loca restagnantia important, traiecimus. Congerebantur vero nobis ex vicis commeatus, pro frumento milium, pro vino medus; sic enim locorum incolae vocant. Servi quoque, qui nos comitabantur, milium secum portabant, potionem ex hordeo praebentes, quam camum barbari appellant. Longa via confecta, die ad noctem inclinante, ad paludem quandam, ad quam aquatum (erat enim eius aqua potui apta) proximi vici incolae ibant, tentoria fiximus. Ingens ventus et procella derepente exorta cum tonitru et crebris fulguribus et multo imbre tentorium nostrum disiecit, et omnia nostra utensilia in proximam paludem volvit. Turbinibus in aëre excitatis, et casu, qui contigerat, perterrefacti, locum illum dese-

A. C. 448 σκότῳ καὶ ὑετῷ, τραπέντες ὁδὸν ἣν αὐτῷ ῥᾳδίαν ἕκαστος
Ind. 1 ἔσεσθαι ᾤετο. ἐς δὲ τὰς καλύβας τῆς κώμης παραγενόμε-
Theod. 41
B νοι (τὴν αὐτὴν δὲ πάντες διαφόρως ἐτράπημεν,) ἐς ταὐτὸν
συνῄειμεν, καὶ τῶν ἀπολειπομένων σὺν βοῇ τὴν ζήτησιν
ἐποιούμεθα. ἐκπηδήσαντες δὲ οἱ Σκύθαι διὰ τὸν θόρυβον,
τοὺς καλάμους οἷς πρὸς τῷ πυρὶ κέχρηνται ἀνέκαιον, φῶς
ἐργαζόμενοι, καὶ ἀνηρώτων ὅ,τι βουλόμενοι κεκράγαμεν. τῶν
δὲ σὺν ἡμῖν βαρβάρων ἀποκριναμένων, ὡς διὰ τὸν χειμῶνα
διαταραττόμεθα, πρὸς σφᾶς τε αὐτοὺς καλοῦντες ὑπεδέχοντο,
καὶ ἀλεὰν παρεῖχον καλάμους πλείστους ἐναύοντες. τῆς δὲ ἐν
τῇ κώμῃ ἀρχούσης γυναικὸς (μία δὲ αὕτη τῶν Βλήδα γυναι-
C κῶν ἐγεγόνει) τροφὰς ἡμῖν διαπεμψαμένης καὶ ἐπὶ συνουσίᾳ
γυναῖκας εὐπρεπεῖς, (Σκυθικὴ δὲ αὕτη τιμή,) τὰς μὲν γυ-
ναῖκας ἐκ τῶν προκειμένων ἐδωδίμων φιλοφρονησάμενοι τῇ
πρὸς αὐτὰς ὁμιλίᾳ ἀπηγορεύσαμεν· ἐγκαταμείναντες δὲ ταῖς
καλύβαις ἅμα ἡμέρᾳ ἐς τὴν τῶν σκευῶν ἐτράπημεν ἀναζή-
τησιν, καὶ σύμπαντα εὑρηκότες, τὰ μὲν ἐν τῷ χωρίῳ, οὗπερ
ἐν τῇ προτεραίᾳ καταλύσαντες ἐτύχομεν, τὰ δὲ καὶ πρὸς τῇ
ὄχθῃ τῆς λίμνης, τὰ δὲ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι, ἀνελάβομεν.
καὶ ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐν τῇ κώμῃ διετρίψαμεν ἅπαντα
D διατερσαίνοντες· ὅ,τε γὰρ χειμὼν ἐπέπαυτο καὶ λαμπρὸς

15. ἀπηγορεύσαμεν H., ἀπαγορεύσαντες vulg.

ruimus, et dissociatl, huc illuc palantes, viam unusquisque nostrum, quam sibi commodam duxit, sub tenebrls et imbribus est persecutus. Tandem tuguria vici subeuntes, (illuc enim divisis itineribus omnes diverteramus,) convenimus, et ea, quae nobis deerant, cum clamore perquisivimus. Ad quem strepitum Scythae exilientes, calamos, quibus ad ignem utuntur, usserunt: et accenso lumine, interrogarunt, quid nobis vellemus, qui tantos clamores ederemus. Barbari, qui nos comitabantur, responderunt, nos tempestate perculsos turbari. Itaque nos liberaliter invitatos hospitio exceperunt, et calamis siccis ignem accenderunt. Vici domina una ex Bledae uxoribus erat. Haec nobis cibaria et mulieres formosas, cum quibus amori indulgeremus, (hoc enim apud Scythas honori ducitur,) suppeditavit. Mulieribus pro cibis praebitis gratias egimus, et sub tectis nostris somnum capientes, ab earum consuetudine abstinuimus. Simul atque illuxit, ad ea, quae ex nostra supellectile desiderabantur, perquirenda curam convertimus. Haec partim in eo loco, ubi pridie consederamus, partim in ripa paludis, partim in ipsa palude reperta recepimus. In his desiccandis totum diem in illo vico (tempestas enim desierat, et clarus sol apparebat,) contrivimus. Deinde curatis equis et reliquis iumentis, reginam salutatum ivimus. Hanc vicissim douls remunerati sumus tribus pateris

ἥλιος ἦν. ἐπιμεληθέντες δὲ καὶ τῶν ἵππων καὶ τῶν λοιπῶν A. C. 448 ὑποζυγίων παρὰ τὴν βασιλίδα ἀφικόμεθα, καὶ αὐτὴν ἀσπα- Ind. 1 σάμενοι καὶ δώροις ἀμειψάμενοι, τρισί τε ἀργυραῖς φιάλαις Theod. 41 καὶ ἐρυθροῖς δέρμασι καὶ τῷ ἐξ Ἰνδίας πεπέρει καὶ τῷ καρπῷ τῶν φοινίκων καὶ ἑτέροις τραγήμασι διὰ τὸ μὴ ἐπιχωριάζειν τοῖς βαρβάροις οὖσι τιμίοις, ὑπέξιμεν, εὐξάμενοι αὐτῇ ἀγαθὰ τῆς ξενίας πέρι. ἡμερῶν δὲ ζ ὁδὸν ἀνύσαντες ἐν κώμῃ τινὶ ἐπεμείναμεν, τῶν ξεναγούντων παρακελευσαμένων Σκυθῶν, οἷα δὴ τοῦ Ἀττήλα ἐς αὐτὴν ἐμβαλοῦντος τὴν ὁδὸν καὶ ἡμῶν κατόπιν αὐτοῦ πορεύεσθαι ὀφειλόντων. ἔνθα δὴ ἐνετυγχάνομεν ἀνδράσι τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων καὶ αὐτοῖς παρὰ τὸν Ἀττήλαν πρεσβευομένοις· ὧν Ῥωμύλος ἦν, ἀνὴρ τῇ τοῦ κόμητος ἀξίᾳ τετιμημένος, καὶ Πριμοῦτος τῆς Νωρίκων P. 57 ἄρχων χώρας, καὶ Ῥωμανὸς στρατιωτικοῦ τάγματος ἡγεμών. συνῆν δὲ αὐτοῖς Κωνστάντιος, ὃν ἀπεστάλκει Ἀέτιος παρὰ τὸν Ἀττήλαν ὑπογραφέως χάριν, καὶ Τατοῦλος ὁ Ὀρέστου πατὴρ τοῦ μετὰ Ἐδέκωνος, οὐ τῆς πρεσβείας ἕνεκα, ἀλλὰ οἰκειότητος χάριν ἅμα σφίσιν αὐτοῖς τὴν πορείαν ποιούμενοι, Κωνστάντιος μὲν διὰ τὴν ἐν ταῖς Ἰταλίαις προϋπάρξασαν πρὸς τοὺς ἄνδρας γνῶσιν, Τατοῦλος δὲ διὰ συγγένειαν. ὁ γὰρ αὐτοῦ παῖς Ὀρέστης Ῥωμύλου θυγατέρα ἐγεγαμήκει, ἀπὸ Παταβίωνος τῆς ἐν Νωρίκῳ πόλεως . . . . . ἐπρεσβεύοντο

5. τραγήμασι H., τρυγήμασι vulg. 11. ἐνετυγχάνομεν H., τυγχάνομεν vulg. 13. Πριμοῦτος, qui infra p. 198., lin. 17. Προμοῦτος appellatur. Paulo rectius, puto: sc. *Promotus.* N. 19. τὴν ἐν add. N.

argenteis, velleribus rubris, pipere Indico, palmulis et variis cupediis, quae omnia a barbaris, ut ignota, magni aestimantur. Nec multo post omnia fausta feliciaque illis hospitalitatis ergo precati, discessimus. Septem dierum itinere emenso, Scythae, qui nos ducebant, in quodam vico nos consistere iusserunt, quia post Attilam, qui hac via proficisceretur, iter nobis faciendum esset. Hic obvios habuimus legatos a Romanis occidentalibus, etiam ad Attilam missos. Erant autem praecipui Romulus Comitis dignitate decoratus, et Primutus, Noricae regionis praefectus, et Romanus, militaris ordinis ductor. His aderat Constantius, quem Aëtius ad Attilam, ut illi in conscribendis epistolis deserviret, miserat, et Tatullus, Orestis eius, qui cum Edecone erat, pater, non legationis causa, sed privati officii et familiaritatis ergo. Constantio enim in Italiis agenti magnus cum illis usus intercesserat: Tatullum affinitas movebat. Orestes enim, eius filius, Romuli filiam e Patavione, Norici civitate, uxorem duxerat. Legati autem veniebant, ut Attilam lenirent, qui sibi Sylvanum, Armii mensae Romae praefectum, tradi postulabat, propterea quod pateras aureas a Constantio quodam acceperat. Hic

A. C. 448 ἐκμειλιττόμενοι τὸν Ἀττήλαν, ἐκδοθῆναι αὐτῷ βουλόμενον
Ind. 1 Theod. 41 Σιλβανὸν, Ἀρμίου τραπέζης κατὰ τὴν Ῥώμην προεστῶτα,
B ὡς φιάλας χρυσᾶς παρὰ Κωνσταντίου δεξάμενον, ὃς ἐκ Γαλατῶν μὲν τῶν ἐν τῇ ἑσπέρᾳ ὡρμᾶτο, ἀπέσταλτο δὲ καὶ αὐ-
V. 39 τὸς παρὰ Ἀττήλαν τε καὶ Βλήδαν, ὥσπερ ὁ μετ' αὐτὸν Κωνστάντιος, ὑπογραφέως χάριν. κατὰ δὲ τὸν χρόνον ἐν ᾧ ὑπὸ Σκυθῶν ἐν τῇ Παιόνων ἐπολιορκεῖτο τὸ Σίρμιον, τὰς φιάλας παρὰ τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου ἐδέξατο ἐφ' ᾧ αὐτὸν λύσασθαι, εἴ γε περιόντος αὐτοῦ ἁλῶναι τὴν πόλιν συμβαίη, ἢ ἀναιρεθέντος ὠνήσασθαι τοὺς αἰχμαλώτους ἀπαγομένους τῶν ἀστῶν. ὁ δὲ Κωνστάντιος μετὰ τὸν τῆς πόλεως ἀνδρα-
C ποδισμὸν ὀλιγωρήσας τῶν συνθηκῶν ἐς τὴν Ῥώμην κατὰ πρᾶξίν τινα παραγίνεται, καὶ κομίζεται παρὰ τοῦ Σιλβανοῦ χρυσίον τὰς φιάλας δοὺς, ὥστε ῥητοῦ χρόνου ἐντὸς ἢ ἀποδόντα τὸ ἐκδανεισθὲν χρυσίον ἀναλαβεῖν τὰ ἐνέχυρα, ἢ αὐτοῖς τὸν Σιλβανὸν ἐς ὅ,τι βούλοιτο χρήσασθαι. τοῦτον δὴ τὸν Κωνστάντιον ἐν ὑποψίᾳ προδοσίας ποιησάμενοι Ἀττήλας τε καὶ Βλήδας ἀνεσταύρωσαν· μετὰ δὲ χρόνον τῷ Ἀττήλᾳ ὡς τὰ περὶ τῶν φιαλῶν ἐμηνύθη, ἐκδοθῆναι αὐτῷ τὸν Σιλβανὸν, οἷα δὴ φῶρα τῶν αὐτοῦ γενόμενον, ἐβούλετο. πρέ-
D σβεις τοίνυν παρὰ Ἀετίου καὶ τοῦ βασιλεύοντος τῶν ἑσπερίων

1. βουλόμενοι vulg. ἐκμειλιττόμενοι H., ἐκμελιττόμενοι vulg. 2. Ἀρμίου] ἀργυρίου Val. 7. τῇ N., τῷ vulg. 9. περιόντος H., πενόντος vulg. 12. συνθηκῶν N., Σκυθικῶν vulg. 20. φῶρα H., φῶτα vulg. γενόμενον H., γενόμενοι vulg.

Constantius, ex Galliis Occidentalibus ortus, ad Attilam et Bledam, ut illis in conscribendis epistolis operam daret, quemadmodum et post illum alter Constantius, missus fuerat. Ille vero, quo tempore Sirmium oppidum, in Paeonia situm, Scythae obsidebant, aurea vasa a civitatis episcopo acceperat, ut ex eorum pretio, si se superstite urbem capi contigisset, quoad satis esset, pro sua libertate solveretur: sin periisset, cives in servitutem abducti redimerentur. Sed Constantius post urbis excidium de pacto illo parum sollicitus, Romam cuiusdam negotii causa profectus, vasa ad Sylvanum detulit, et aurum ab eo accepit, convenitque, ut, si intra tempus praefinitum aurum mutuo sumtum redderet, vasa reciperet: ni fecisset, Sylvanus vasa sibi haberet et bis pro arbitrio uteretur. Hunc Constantium Attilas et Bleda, cum illis proditionis nomine suspectus esset, in crucem egerunt. Ex quo, ut de poculis aureis indicium ad Attilam est delatum, sibi tradi Sylvanum, tanquam furem eorum, quae sua essent, flagitavit. Legati igitur ab Aëtio et Romanorum occidentalium Imperatore venerant, qui dicerent, Sylvanum Constantii creditorem vasa aurea pro credito oppignerata,

A. C. 448 Ind. 1 Theod. 41

῾Ρωμαίων ἐστάλησαν ἐροῦντες, ὡς χρήστης Σιλβανὸς Κωνσταντίου γενόμενος τὰς φιάλας ἐνέχυρα καὶ οὐ φώρια λαβὼν ἔχοι, καὶ ὡς ταύτας ἀργυρίου χάριν ἱερεῦσι καὶ τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ἀπέδοτο· οὔτε γὰρ θέμις ἀνθρώποις εἰς σφετέραν διακονίαν κεχρῆσθαι ἐκπώμασιν ἀνατεθεῖσι θεῷ. εἰ οὖν μὴ τῆς εὐλόγου προφάσεως καὶ εὐλαβείᾳ τοῦ θείου ἀποσταίη τοῦ τὰς φιάλας αἰτεῖν, ἐκπέμπειν τὸ ὑπὲρ αὐτῶν χρυσίον, τὸν Σιλβανὸν παραιτουμένους· οὐ γὰρ ἐκδώσειν ἄνθρωπον ἀδικοῦντα οὐθέν. καὶ αὕτη μὲν αἰτία τῆς τῶν ἀνδρῶν πρεσβείας, καὶ παρείποντο ὅ,τι καὶ ἀποκρινόμενος ἀποπέμψοι σφᾶς ὁ βάρβαρος. ἐπὶ τῆς αὐτῆς οὖν ὁδοῦ γενόμενοι, προπορευθῆναι P. 58 αὐτὸν ἀναμείναντες, σὺν τῷ παντὶ ἐπηκολουθήσαμεν πλήθει. καὶ ποταμούς τινας διαβάντες ἐν μεγίστῃ παρεγινόμεθα κώμῃ, ἐν ᾗ τὰ τοῦ Ἀττήλα οἰκήματα περιφανέστερα τῶν ἁπανταχοῦ εἶναι ἐλέγετο, ξύλοις τε καὶ σανίσιν εὐξέστοις ἡρμοσμένα καὶ περιβόλῳ ξυλίνῳ κυκλούμενα, οὐ πρὸς ἀσφάλειαν, ἀλλὰ πρὸς εὐπρέπειαν συλλαμβάνοντι. μετὰ δὲ τὰ τοῦ βασιλέως ἦν τὰ τοῦ Ὀνηγησίου διαπρεπῆ, καὶ περίβολον μὲν ἐκ ξύλων καὶ αὐτὰ ἔχοντα, οὐχ ὁμοίως δὲ ὥσπερ ὁ Ἀττήλα πύργοις ἐκοσμεῖτο. βαλανεῖον δὲ ἦν οὐ B πόῤῥω τοῦ περιβόλου, ὅπερ Ὀνηγήσιος μετὰ τὸν Ἀττήλαν

1. ἐρῶντες vulg. 3. καὶ τοῖς] καὶ οὐ τοῖς coni. B. 5. μετὰ pro μὴ coni. N. 8. παραιτούμενοι coni. B., ἐκδώσειν Val., ἐκδώσεις vulg.

non furto ablata, penes se habuisse, quae sacerdotibus, qui primi se obtulissent, nummis argenteis permutasset. Nec enim fas esse hominibus pocula Deo consecrata propriis usibus applicare. Itaque nisi tam iusta causa aut divini numinis reverentia a petendis poculis dimoveatur, retento Sylvano, aurum se pro pateris praebiturum. Hominem enim, qui nihil deliquerit, minime se dediturum esse. Haec erat igitur horum virorum legationis causa, qui barbarum sequebantur, ut responsum ferrent, et dimitterentur. Cum vero nobis eadem via eundum esset, qua Attilas incedebat, parumper morati, dum praecederet, non multo post secuti, cum reliqua multitudine, traiectis quibusdam amnibus, ad quendam magnum vicum pervenimus. Hic erant Attilae aedes, quae reliquis omnibus ubicumque locorum praestantiores esse ferebantur. Erant hae ex lignis et tabulis eximie politis exstructae et ambitu ligneo circumdatae, non ad munimentum, sed ad ornatum comparato. Proxima regiae erat Onegesii domus, et ipsa quoque ambitu ligneo constans, non tamen aeque, ac Attilae, turribus insignis. Haud longo intervallo a circuitu domus distabat balneum, quod Onegesius, qui secundum Attilam plurimum apud Scythas opibus valebat, lapidibus ex Paeonia advectis aedificaverat. Nec enim apud eos, qui in ea

A. C. 448 παρὰ Σκύθαις ἰσχύων μέγα ᾠκοδόμει, λίθους ἐκ τῆς Παιόνων
Ind. 1 διακομίσας γῆς· οὐδὲ γὰρ λίθος, οὐ δένδρον παρὰ τοῖς ἐκεῖνο
Theod. 41 τὸ μέρος οἰκοῦσι βαρβάροις ἐστὶν, ἀλλὰ ἐπεισάκτῳ τῇ ὕλῃ
κέχρηνται ταύτῃ. ὁ δὲ ἀρχιτέκτων τοῦ βαλανείου ἀπὸ τοῦ
Σιρμίου αἰχμάλωτος ἀχθεὶς, μισθὸν τοῦ εὑρέματος ἐλευθε-
ρίαν λήψεσθαι προσδοκῶν, ἔλαθε μείζονι πόνῳ περιπεσὼν τῆς
παρὰ Σκύθαις δουλείας· βαλανέα γὰρ αὐτὸν Ὀνηγήσιος κα-
τέστησε, καὶ λουομένῳ αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν διηκο-
νεῖτο. ἐν ταύτῃ τῇ κώμῃ εἰσιόντα τὸν Ἀττήλαν ἀπήντων
C κόραι στοιχηδὸν προπορευόμεναι ὑπ' ὀθόναις λεπταῖς τε καὶ
λευκαῖς, ἐπὶ πολὺ ἐς μῆκος παρατεινούσαις, ὥστε ὑπὸ μιᾷ
ἑκάστῃ ὀθόνῃ ἀνεχομένῃ ταῖς χερσὶ τῶν παρ' ἑκάτερα γυ-
ναικῶν κόρας ἑπτὰ ἢ καὶ πλείους βαδιζούσας (ἦσαν δὲ πολ-
λαὶ τοιαῦται τῶν γυναικῶν ὑπὸ ταῖς ὀθόναις τάξεις) ᾄδειν
ᾄσματα Σκυθικά. πλησίον δὲ τῶν Ὀνηγησίου οἰκημάτων γε-
νόμενον, (δι' αὐτῶν γὰρ ἡ ἐπὶ τὰ βασίλεια ἦγεν ὁδὸς,) ὑπεξ-
ελθοῦσα ἡ τοῦ Ὀνηγησίου γαμετὴ μετὰ πλήθους θεραπόν-
των, τῶν μὲν ὄψα, τῶν δὲ καὶ οἶνον φερόντων, (μεγίστη δὲ
αὕτη παρὰ Σκύθαις ἐστὶ τιμὴ,) ἠσπάζετό τε καὶ ἠξίου με-
ταλαβεῖν ὧν αὐτῷ φιλοφρονουμένη ἐκόμισεν. ὃς δὲ ἐπιτηδεί-
D ου ἀνδρὸς χαριζόμενος γαμετῇ ἤσθιεν ἐπὶ τοῦ ἵππου ἥμενος,
V. 40 τῶν παρεπομένων τὸν πίνακα (ἀργύρεος δὲ ἦν οὗτος) ἐς

13. βαδιζούσας H., βαδιζούσαις vulg.

parte Scythiae habitant, ullus est aut lapis, aut arbos, sed materia aliunde advecta utuntur. Huius autem balnei architectus, e Sirmio captivus abductus, mercedem operis sui libertatem se consecuturum sperans, falsus sua spe, cum nihil minus cogitaret, in longe duriorem apud Scythas incidit servitutem. Balneatorem enim eum Onegesius instituit, ut sibi totique suae familiae, cum lavarentur, operas praestaret. In hunc vicum adventanti Attilae puellae obviam prodierunt, quae per series incedebant, sub linteis tenuibus et candidis, quam maxime in longitudinem extensis, ita ut sub unoquoque linteo, manibus mulierum ab utraque parte in altum sublato, septem puellae aut etiam plures progredientes, (erant autem multi huiusmodi mulierum sub illis linteis ordines,) Scythica carmina canerent. Iam proxime Onegesii domum accesserat, (per ipsam enim via ducebat ad regiam,) cum foras prosiliret Onegesii uxor, magna ancillarum comitata multitudine, quae opsonia et vinum ferebant, qui maximus est apud Scythas honos. Haec Attilam salutavit rogavitque, ut ex cibis desumeret, quos cum summa testificatione suae erga illum voluntatis attulerat. Itaque uxori hominis sibi necessarii gratificaturus, comedit, equo insidens, barbaris, qui in eius comi-

ὕψος ἀράντων βαρβάρων. ἀπογευσάμενος δὲ καὶ τῆς προσενι- A.C. 448 χθείσης αὐτῷ κύλικος ἐς τὰ βασίλεια ἐχώρει, ὄντα τῶν ἄλ- Ind. 1 Theod. 41 λων ὑπέρτερα καὶ ἐν ὑψηλῷ διακείμενα χωρίῳ. ἡμεῖς δὲ ἐν τοῖς Ὀνηγησίου, ἐκείνου παρακελευσαμένου, ἐγκατεμείναμεν· ἐπανεληλύθει γὰρ σὺν τῷ Ἀττήλα παιδί. καὶ ἠριστοποιησάμεθα, δεξιωσαμένης ἡμᾶς τῆς τε γαμετῆς καὶ τῶν κατὰ γένος αὐτῷ διαφερόντων· αὐτὸς γὰρ τῷ Ἀττήλᾳ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τότε πρῶτον ἐς ὄψιν ἐλθὼν, καὶ αὐτῷ τὰ ἐπὶ τῇ P. 59 πράξει, ἐφ' ἣν ἔσταλτο, ἀπαγγέλλων, καὶ τὸ πάθος τὸ τῷ Ἀττήλα παιδὶ συνενεχθὲν, (τὴν γὰρ δεξιὰν χεῖρα ἐξολισθήσας κατέαξεν,) συνευωχεῖσθαι ἡμῖν οὐκ ἦγε σχολήν, μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον ἀπολιπόντες τὰ τοῦ Ὀνηγησίου οἰκήματα πλησίον τῶν Ἀττήλα κατεσκηνώσαμεν, ἢ παρὰ τὸν Ἀττήλαν ἐπιέναι τὸν Μαξιμῖνον, ἤγουν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐς λόγους ἰέναι ὀφείλοντα, μὴ πολλῷ κεχωρίσθαι διαστήματι. διαγαγόντων δὲ ἡμῶν ἐκείνην τὴν νύκτα ἐν ᾧπερ κατελύσαμεν χωρίῳ, ὑποφαινούσης ἡμέρας ὁ Μαξιμῖνος στέλλει με παρὰ τὸν Ὀνηγήσιον τὰ δῶρα δώσοντα, ἅ τε αὐτὸς ἐδίδου, ἅ τε B βασιλεὺς ἀπεστάλκει, καὶ ὅπως γνοίη, εἰ βούλεται αὐτῷ, καὶ ὁπότε, ἐς λόγους ἐλθεῖν. παραγενόμενος δὲ ἅμα τοῖς κομίζουσιν αὐτὰ ὑπηρέταις προσεκαρτέρουν, ἔτι τῶν θυρῶν κε-

13. ἢ] ὥστε coni. B., ᾗ coni. N. εἰσιέναι N. 15. διαγαγόντων B., διαγόντων vulg. 19. εἰ B., οἱ vulg. βούλεται Val., βουλεύται vulg. 21. αὐτῷ vulg.

tatu erant, snspensam tabulam (erat antem argentea) attollentibus. Deinde degustato calice, qui illi fuerat oblatus, in regiam se recepit. Erat autem illa reliquis conspectior et in altiori loco sita. Nos vero in aedibus Onegesii (sic ille praeceperat; redierat enim cum Attilae filio;) remansimus. Illic coenam sumpsimus, excipiente nos eius uxore comitata illustrioribus, qui eum genere contingebant. Illi enim animum nobiscum convivio exhilarare per otium minime licuit; quia quae gesserat in negotio, ad quod missus fuerat, et adversum, qui filio Attilae contigerat, casum (dextram enim delapsus fregerat) renuntiaturus, tum primum a reditu in Attilae conspectum venerat. Post coenam, aedibus Onegesii relictis, propius Attilae aedes tentoria posuimus, ut Maximinus, quem Attilam convenire, et cum his, qui ei a consiliis erant, colloquia facere oportebat, minime longo ab Attila distaret intervallo. Illic igitur, quo primum devertimus, noctem transegimus. Luce orta misit me Maximinus ad Onegesium, ut illi tum quae ipse dabat, tum ab Imperatore missa munera traderem, et ut ipse cognosceret, an illi secum et quo tempore colloquium inire luberet. Perrexi igitur ad Onegesium cum famulis, qui dona portabant: quum ianuae clausae essent,

A. C. 448 κλεισμένων, ἄχρις ὅτου τις ὑπεξελθὼν τὴν ἡμετέραν μηνύ-
Ind. 1 σειεν ἄφιξιν.
Theod. 41 Διατρίβοντι δέ μοι καὶ περιπάτους ποιουμένῳ πρὸ
τοῦ περιβόλου τῶν οἰκημάτων, προσελθών τις, ὃν βάρβαρον
ἐκ τῆς Σκυθικῆς ᾠήθην εἶναι στολῆς, Ἑλληνικῇ ἀσπάζεταί
με φωνῇ, „χαῖρε" προσειπών, ὥστε με θαυμάζειν, ὅτι γε δὴ
ἑλληνίζει Σκύθης ἀνήρ. ξύγκλυδες γὰρ ὄντες πρὸς τῇ σφετέρᾳ
βαρβάρῳ γλώσσῃ ζηλοῦσιν ἢ τὴν Οὔννων ἢ τὴν Γότθων,
C ἢ καὶ τὴν Αὐσονίων, ὅσοις αὐτῶν πρὸς Ῥωμαίους ἐπιμιξία·
καὶ οὐ ῥᾳδίως τις σφῶν ἑλληνίζει τῇ φωνῇ, πλὴν ὧν ἀπή-
γαγον αἰχμαλώτων ἀπὸ τῆς Θρᾳκίας καὶ Ἰλλυρίδος παραλίου.
ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν γνώριμοι τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐτύγχανον ἔκ
τε τῶν διεῤῥωγότων ἐνδυμάτων καὶ τοῦ αὐχμοῦ τῆς κεφαλῆς,
εἰς τὴν χείρονα μεταπεσόντες τύχην· οὗτος δὲ τρυφῶντι ἐῴ-
κει Σκύθῃ εὐείμων τε ὢν καὶ ἀποκειράμενος τὴν κεφαλὴν
περιτρόχαλα. ἀντασπασάμενος δὲ ἀνηρώτων τίς ὢν καὶ πό-
θεν ἐς τὴν βάρβαρον παρῆλθε γῆν καὶ βίον ἀναιρεῖται Σκυ-
θικόν. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο ὅ,τι βουλόμενος ταῦτα γνῶναι ἐσπού-
D δακα, ἐγὼ δὲ ἔφην αἰτίαν πολυπραγμοσύνης εἶναί μοι τὴν
Ἑλλήνων φωνήν. τότε δὴ γελάσας ἔφη Γραικὸς μὲν εἶναι
τὸ γένος, κατ' ἐμπορίαν δὲ ἐς τὸ Βιμινάκιον ἐληλυθέναι τὴν
πρὸς τῷ Ἴστρῳ Μυσῶν πόλιν. πλεῖστον δὲ ἐν αὐτῇ δια-

4. προσελθών τις H., προσελθόντες vulg. 8. ἢ Val., οὐ vulg. 14. εἰς B., ὡς vulg. 19. τὴν B., τῶν vulg.

exspectavi, donec aperirentur, et aliquis exiret, qui eum mei adventus certiorem faceret.

Itaque tempus mihi terenti et circa murorum ambitum domus Onegesii ambulanti, progressus nescio quis, quem barbarum ex Scythico vestitu esse rebar, Graeca voce me salutavit dicens „Χαῖρε." Mirari ego, qui fieret, ut Graece loqueretur vir Scytha: etenim ex variis gentibus commixti, barbaricam linguam colunt, sive Hunnorum, sive Gothorum, aut etiam Romanam, hi scilicet, quibus cum Romanis frequentius est commercium. Neque quisquam eorum facile loquitur Graece, nisi si qui sint captivi e Thracia aut Illyrico maritimo. Sed illi ab obvio quoque dignosci possunt et a vestibus laceris et capitis squalore, tanquam qui in miseram inciderint fortunam. Hic vero opulenti Scythae speciem prae se ferebat: erat enim bene et eleganter vestitus, capite in rotundum raso. Hunc resalutans interrogavi, quis esset, et unde in terram barbaram veniens, vitae Scythicae institutum sequi delegisset. Ille quam ob causam hoc ex ipso quaererem, rogavit. „Mihi vero, inquam, haec a te ut sciscitarer, causa fuit, quod Graece locutus es." Tum ridens ait, se Graecum esse genere, ad mercaturam faciendam Vimina-

τρίψαι χρόνον, καὶ γυναῖκα γήμασθαι ζάπλουτον. τὴν δὲ A. C. 448
ἐντεῦθεν εὐπραγίαν ἐκδύσασθαι, ὑπὸ τοῖς βαρβάροις τῆς πό- Ind. 1
λεως γενομένης, καὶ διὰ τὸν ὑπάρξαντα πλοῦτον αὐτῷ Ὀνη- Theod. 41
γησίῳ ἐν τῇ τῶν λαφύρων προκριθῆναι διανομῇ· τοὺς γὰρ
ἁλόντας ἀπὸ τῶν εὐπόρων μετὰ τὸν Ἀττήλαν ἐκκρίτους εἶ-
χον οἱ τῶν Σκυθῶν λογάδες διὰ τὸ ἐπὶ πλείστοις διατίθε-
σθαι. ἀριστεύσαντα δὲ ἐν ταῖς ὕστερον πρὸς Ῥωμαίους μά-
χαις καὶ τὸ τῶν Ἀκατζίρων ἔθνος, δόντα τῷ βαρβάρῳ δεσπό-
τῃ κατὰ τὸν παρὰ Σκύθαις νόμον τὰ κατὰ τὸν πόλεμον αὐτῷ P. 60
κτηθέντα, ἐλευθερίας τυχεῖν. γυναῖκα δὲ γήμασθαι βάρβα-
ρον, εἶναί τε αὐτῷ παῖδας· καὶ Ὀνηγησίῳ τραπέζης κοινω-
νοῦντα, ἀμείνονα τοῦ προτέρου τὸν παρόντα ἡγεῖσθαι. τοὺς
μὲν γὰρ παρὰ Σκύθαις μετὰ τὸν πόλεμον ἐν ἀπραγμοσύνῃ
διατελεῖν, ἑκάστου τῶν παρόντων ἀπολαύοντας καὶ οὐδαμῶς
ἢ ὀλίγα ἐνοχλουμένους, τοὺς μέντοι παρὰ Ῥωμαίοις ἐν μὲν
πολέμῳ ῥᾳδίως ἀναλίσκεσθαι, εἰς ἑτέρους τὰς τῆς σωτηρίας
ἐλπίδας ἔχοντας, ὡς πάντων διὰ τοὺς τυράννους μὴ χρω-
† μένων ὅπλοις. καὶ τῶν χρωμένων δὲ σφαλερωτέρα ἡ τῶν B
στρατηγῶν κακία, μὴ ὑφισταμένων τὸν πόλεμον. ἐν δὲ
εἰρήνῃ ὀδυνηρότερα ὑπάρχειν τὰ συμβαίνοντα τῶν ἐν τοῖς
πολέμοις κακῶν διά τε τὴν βαρυτάτην εἴσπραξιν τῶν δα-
σμῶν καὶ τὰς ἐκ τῶν πονηρῶν βλάβας, τῶν νόμων οὐ κα- V. 41

12. ἡγεῖσθαι] βίον add. B. 14. ἀπολαύοντας et ἐνοχλουμένους B., ἀπολαύοντος et ἐνοχλουμένου vulg.

cium, Mysorum ad Istrum urbem, accessisse, in ea domicilium longo tempore habuisse, uxorem quoque divitem duxisse; parta illic felicitate capta urbe exutum fuisse, et propterea quod dives erat, se suaque omnia in praedae divisione Onegesio cessisse. Etenim esse apud eos in more positum, ut praecipui ab Attila Scythiae principes captivos ditiores sibi seponant, quoniam plurimum auctoritate valent. Postea ubi adversus Romanos et Acatzirorum gentem fortissime dimicasset, libertatem se ex more Scytharum, omnibus, quae bello acquisierat, barbaro domino traditis, recuperasse. Uxorem quoque barbaram duxisse, et ex ea liberos sustulisse, et Onegesii mensae participem, hoc vitae genus longe potius priore ducere. „Qui enim apud Scythas degunt, inquit, tolerato bellorum labore, siue ulla sollicitudine vitam peragunt. Tum unusquisque bonis, quae sibi fortuna indulsit, fruitur, neque quisquam illi ulla in re molestus est. Qui vero sub Romanis aetatem agunt, facile in bello pereunt. Hos enim in aliis sui conservaudi spem collocare necesse est, quandoquidem per tyrannos minime licet arma, quibus unusquisque se tueatur, gestare. Atque adeo his, quibus id iure licet, valde est perniciosa ducum ignavia, qui bellum minime guaviter gerunt. At in pace longe acerbiora sunt,

A. C. 448 Ind. 1. Theod. 41 τὰ πάντων κειμένων, ἀλλ' εἰ μὲν ὁ παραβαίνων τὸν θεσμὸν τῶν πλουτούντων εἴη, ἔστι τῆς ἀδικίας αὐτὸν μὴ διδόναι δίκας· εἰ δὲ πένης εἴη, οὐκ ἐπιστάμενος χρῆσθαι πράγμασιν, ὑπομένει τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου ζημίαν, εἴπερ μὴ πρὸ τῆς κρίσεως ἀπολείποι τὸν βίον, μακροῦ ἐπὶ ταῖς δίκαις παρατεινομένου χρόνου καὶ πλείστων ἐκδαπανωμένων χρημάτων. ὅπερ C τῶν πάντων ἀνιαρότατον εἴη, ἐπὶ μισθῷ τῶν ἀπὸ τοῦ νόμου τυγχάνειν. οὐδὲ γὰρ τῷ ἀδικουμένῳ τις δικαστήριον παραδώσει, εἰ μή τι ἀργύριον τῷ τε δικαστῇ καὶ τοῖς ἐκείνῳ διακονουμένοις κατάθοιτο. τοιαῦτα καὶ πλεῖστα ἕτερα προτιθέντος, ὑπολαβὼν ἔφασκον πράως αὐτὸν καὶ τὰ ἐξ ἐμοῦ ἀκούειν· καὶ δὴ ἔλεγον, ὡς οἱ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας εὑρεταὶ σοφοί τε καὶ ἀγαθοὶ ἄνδρες, ὥστε τὰ πράγματα τηνάλλως φέρεσθαι, τοὺς μὲν τῶν νόμων εἶναι φύλακας, τοὺς δὲ ποιεῖσθαι τῶν ὅπλων ἐπιμέλειαν ἔταξαν καὶ τὰς πολεμικὰς μελέτας ἀσκεῖν, πρὸς μηδὲν ἕτερον ἐπαγομένους ἢ ὥστε εἶναι πρὸς μάχην ἑτοίμους καὶ ὡς ἐπὶ τὴν συνήθη γυμνασίαν θαῤ-D ῥοῦντας ἐπὶ τὸν πόλεμον ἰέναι, προαναλωθέντος αὐτοῖς διὰ τῆς μελέτης τοῦ φόβου· τοὺς δὲ προσκειμένους τῇ γεωργίᾳ καὶ τῇ ἐπιμελείᾳ τῆς γῆς ἑαυτούς τε καὶ τοὺς ὑπὲρ σφῶν

2. ἔστι B., ἐπὶ vulg. 4. ὑπομένῃ vulg. 5. μακροῦ N., μακρὸν vulg. 7. ἀνιερώτατον vulg. 8. τις N., εἰς vulg. 9. τῷ τε δικ. H., τότε vulg. 13. ὥστε] οἵγε ἰδόντες coni. B. μὴ τηνάλλ. coni. Cl. 18. προαναλωθέντος H., προσαν. vulg. 19. προσκειμ. H., προκειμ. vulg. 20. ἑαυτούς τε καὶ τοὺς ὑπὲρ, omissis mox δὲ καὶ τοὺς, B., ἑαυτοὺς ὑπὲρ vulg.

quae accidunt, quam calamitates, quae ex bello proveniunt et propter duram exactionem tributorum, et propter improborum vexationes, quum leges non in omnes valeant. Si quis dives aut potens eas sit transgressus, ille quidem iniquitatis suae poenas non luet: sin aliquis inops, qui negotia gerere nesciat, hunc poena a legibus statuta manet. Nisi forte eum priusquam sententia feratur, longo in litibus continuato tempore, multis praeterea exhaustis opibus, vita defecerit. At mercede et pretio, quod legum et iuris est obtinere, omnium iniquissimum est. Nec enim iniuria affecto quisquam fori iudicialis potestatem faciet, priusquam pecuniam iudicis et eius ministrorum commodo cessuram deponat.“ Haec atque huiusmodi multa cum in medium proferret, ego precatus, ut quod sentirem, patienter et benigne audiret, respondi, reipublicae Romanae auctores, sapientes et optimos viros, ne quidquam temere ageretur, alios legum custodes fecisse, aliis armorum curam commisisse, ut, ad nullam aliam rem intenti, quam ut se ad pugnam praepararent, militaria opera exercerent, et propulsata per assiduam belli meditationem omni formidine, consueta militiae exercitatione, animis firmati, in aciem descenderent. „Alios, inquam, qui agris colendis et

αὐτῶν ἀγωνιζομένους τρέφειν ἔταξαν, τὸ στρατιωτικὸν εἰσ- A.C. 448 πραττομένους σιτηρέσιον· ἄλλους δὲ τῶν ἀδικουμένων προ- Iud. 1 Theod. 41 νοεῖν, καὶ τοὺς μὲν τοῦ δικαίου προΐστασθαι ὑπὲρ τῶν δι' ἀσθένειαν φύσεως μὴ οἵων τε ὄντων τὰ σφέτερα προΐσχεσθαι δίκαια, τοὺς δὲ δικάζοντας φυλάττειν ἅπερ ὁ νόμος βούλεται· μὴ ἐστερῆσθαι δὲ φροντίδος μηδὲ τῶν παραστάντων P. 61 τοῖς δικασταῖς, ἀλλὰ κἀκείνων εἶναι τοὺς πρόνοιαν ποιησομένους, ὅπως τοῦ τε δικαίου τεύξοιτο ὁ τῆς τῶν δικαστῶν τυχὼν κρίσεως, καὶ ὁ ἀδικεῖν νομισθεὶς μὴ εἰσπραχθείη πλέιοον, ἤπερ ἡ δικαστικὴ βούλεται ψῆφος. εἰ γὰρ μὴ ὑπῆρχον οἱ ταῦτα ἐν φροντίδι ποιούμενοι, ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας ἑτέρας δίκης ἐγίνετο ἂν πρόφασις, ἢ τοῦ νενικηκότος χαλεπώτερον ἐπεξιόντος, ἢ τῇ τοῦ χείρονος ἀπενεγκαμένου τῇ ἀδίκῳ ἐπιμένοντος γνώμῃ. εἶναι δὲ καὶ τούτοις τεταγμένον ἀργύριον παρὰ τῶν τὰς δίκας ἀγωνιζομένων, ὡς παρὰ τῶν B γεωργῶν τοῖς ὁπλίταις. ἢ οὐχ ὅσιον τὸν ἐπικουροῦντα τρέφειν καὶ τῆς εὐνοίας ἀμείβεσθαι; ὥσπερ ἀγαθὸν ἱππεῖ μὲν ἡ τοῦ ἵππου κομιδὴ, ἀγαθὸν δὲ βουκόλῳ ἡ τῶν βοῶν καὶ θηρατῇ ἡ τῶν κυνῶν ἐπιμέλεια, καὶ τῶν ἄλλων, ὧν πρὸς ἀσφετέραν φυλακήν τε καὶ ὠφέλειαν ἔχουσιν ἄνθρωποι. ὁπότε τὴν δαπάνην τὴν ἐπὶ τῇ δίκῃ γενομένην ἁλόντες ἐκτίνουσιν, ἀνατιθέντες ἀδικίᾳ σφετέρᾳ καὶ οὐχ ἑτέρῳ τὴν βλάβην

1. Post ἔταξαν inser. vulg. δὲ καὶ τούς. 9. ἀδικῶν vulg. 13. ἢ τοῦ τὸ χεῖρον ἀπ. N. 22. ἀνατιθέντων Val.

culturae terrae operam darent, annona militari ab his exacta, eos alere voluerunt, quo pro sua salute dimicarent. Constituerunt quoque, qui iuiuria affectis prospicerent, et iura eorum, qui propter naturae infirmitatem sibi ipsi consulere non valerent, tuerentur; quique iure dicendo, quae leges iuberent, servarent. Neque vero sua providentia destitutos reliquerunt eos, qui iudicibus adsunt, sed horum esse partes prospicere, qua ratione ius assequatur, qui sententia iudicum obtinuit, et iniurius iudicatus, id solum, quod iudicii calculus fert, et nihil praeterea, facere cogatur. Si enim non essent huic rei praepositi, aut victore insolentius insurgente, aut eo, qui adversam sententiam reportavit, in perversa mente perstante, ex una lite alterius litis nasceretur exordium. Est autem his constitutum argentum ab illis, qui litibus certant, ut militibus ab agricolis. Quid enim aequius, quam eum, qui opituletur et auxilium ferat, alere et officium mutuo officio rependere? quemadmodum equiti emolumento est equi, pastori boum et venatori canum cura, et reliquorum animantium, quae homines custodiae et utilitatis causa alunt. Cum enim sumptus in litem factos qui causa cadunt solvant, damnum nulli alii rei, quam suae iniquitati, imputent opor-

A. C. 448 τὸν δὲ ἐπὶ ταῖς δίκαις μακρότερον, ἂν οὕτω τύχοι, χρόνον,
Ind. 1 τῆς τοῦ δικαίου προνοίας γίνεσθαι χάριν, ὥστε μὴ σχεδιά-
Theod. 41
C ζοντας τοὺς δικαστὰς τῆς ἀκριβείας διαμαρτεῖν, λογιζομένους
ἄμεινον εἶναι ὀψὲ πέρας ἐπιτεθῆναι δίκῃ, ἢ ἐσπουδακότας
μὴ μόνον ἄνθρωπον ἀδικεῖν, ἀλλὰ εἰς τὸν τοῦ δικαίου εὑρε-
τὴν θεὸν πλημμελεῖν. κεῖσθαι δὲ τοὺς νόμους κατὰ πάντων,
ὥστε αὐτοῖς καὶ βασιλέα πείθεσθαι, καὶ οὐχ ὡς τῇ αὐτοῦ
ἔνεστι κατηγορίᾳ, ὅτι γε δὴ οἱ εὔποροι τοὺς πένητας ἀκιν-
δύνως βιάζοιντο, εἰ μή γε διαλαθών τις φύγοι τὴν δίκην. ὅ-
περ οὐκ ἐπὶ τῶν πλουσίων, ἀλλὰ καὶ πενήτων εὕροι τις ἄν·
πλημμελοῦντες γὰρ οὐδὲ αὐτοὶ ἀπορίᾳ ἐλέγχων δοῖεν δίκας.
D καὶ τοῦτο παρὰ πᾶσι, καὶ οὐ παρὰ Ῥωμαίοις μόνον συμ-
βαῖνόν ἐστι. χάριν δὲ ὁμολογεῖν τῇ τύχῃ ἐπὶ τῇ αὐτῷ ὑπαρ-
ξάσῃ ἐλευθερίᾳ, καὶ μὴ τῷ ἐπὶ πόλεμον ἐξάγοντι δεσπότῃ,
ὥστε αὐτὸν δι' ἀπειρίαν ἢ ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναιρεθῆναι, ἢ
φεύγοντα ὑπὸ τοῦ κτησαμένου κολάζεσθαι. ἄμεινον δὲ καὶ
τοῖς οἰκέταις διατελοῦσι Ῥωμαῖοι χρώμενοι. πατέρων γὰρ
ἢ διδασκάλων ἐς αὐτοὺς ἔργα ἐπιδεικνύντες, ἐφ' ᾧ τῶν φαύ-
λων ἀπεχομένους μετιέναι ἅπερ αὐτοῖς καλὰ νενόμισται, σω-
φρονίζουσι σφᾶς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν, ὥσπερ τοὺς οἰκείους
V. 42 παῖδας. οὐ δὴ γὰρ οὐδὲ αὐτοῖς θάνατον, ὥσπερ Σκύθαις,

5. τὸν om. vulg. 7. ὡς Val., ὃ B., ὃς vulg. 18. ἐπιδει-
κνύντες Cl., ἐπιδείκνυνται vulg.

tet. Quod ad longum tempus attinet, quod in litibus consumitur, si quando id evenit, id iuris providentius dicendi gratia fit, ne iudices properantes ab accurata iudicandi ratione aberrent. Sic enim iudicant melius esse, tardius finem litibus imponere, quam festinantes non solum iniquum ius in hominem statuere, verum etiam in deum, iustitiae inventorem, peccare. Leges autem in omnes positae sunt, ut illis etiam ipse Imperator pareat. Neque, id quod tua accusatione continetur, potentiores si tenuioribus vim inferant, id illis est impune, nisi quis forte latens poenam effugerit; quod non solum divitibus, sed etiam inopibus plerumque usu venit: nam hi quoque, si argumenta deficiunt, peccatorum poenas non solvunt. Quod non solum apud Romanos, sed etiam ubique gentium accidit. Gratiam vero plurimam ipsum pro recepta libertate fortunae debere, neque eam domino acceptam referre. Cum enim eum in bellum eduxerit, potuisse ab hostibus propter rei militaris imperitiam occidi, aut si fugisset, ab eo, in cuius dominio erat, puniri. Longe autem Romani benignius servis consuluerunt. Patrum enim aut praeceptorum affectum erga eos exhibent, et ut a malis abstineant, curant, et eorum, quae honesta ducunt, participes efficiunt. Denique corrigunt eos in his, quae delinquunt, sicut et suos liberos.

ἐπάγειν θέμις. ἐλευθερίας δὲ τρόποι παρ' αὐτοῖς πλεῖστοι, A. C. 448
ἣν οὐ μόνον περιόντες, ἀλλὰ καὶ τελευτῶντες χαρίζονται, δι- Ind. 1
ατάττοντες κατὰ τῆς περιουσίας ὃν βούλονται τρόπον. καὶ νό- Theod. 41 P. 62
μος ἐστὶν ὅπερ ἕκαστος τελευτῶν περὶ τῶν προσηκόντων βου-
λεύσοιτο." καὶ ὃς δακρύσας ἔφη, ὡς οἱ μὲν νόμοι καλοὶ καὶ
ἡ πολιτεία Ῥωμαίων ἀγαθὴ, οἱ δ' ἄρχοντες οὐχ ὅμοια τοῖς
πάλαι φρονοῦντες αὐτὴν διαλυμαίνονται.

Ταῦτα διαλεγομένων ἡμῶν, προσελθών τις τῶν ἔν-
δοθεν ἀνοίγει τὰς θύρας τοῦ περιβόλου. ἐγὼ δὲ προσδρα-
μὼν ἐπυθόμην ὅ,τι πράττων Ὀνηγήσιος τυγχάνοι· ἀπαγγεῖ- B
λαι γάρ αὐτῷ με βούλεσθαί τι παρὰ τοῦ Ῥωμαίων ἥκοντος
πρεσβευτοῦ. ὃς δὲ ἀπεκρίνατο, αὐτῷ μοι ἐντεύξεσθαι μικρὸν
ἀναμείναντι· μέλλειν γὰρ αὐτὸν ὑπεξιέναι. καὶ δὴ οὐ πολλοῦ
διαγενομένου χρόνου, ὡς προϊόντα εἶδον, προσελθὼν ἔλεγον,
ὡς ὁ Ῥωμαίων αὐτὸν ἀσπάζεται πρεσβευτὴς, καὶ δῶρα ἐξ
αὐτοῦ ἥκω φέρων σὺν καὶ τῷ παρὰ βασιλέως πεμφθέντι
χρυσίῳ. ἐσπουδακότι δὲ ἐς λόγους ἐλθεῖν ᾧ καὶ πότε βού-
λεται διαλέγεσθαι. καὶ ὃς τό,τε χρυσίον, τά τε δῶρα ἐκέ-
λευσε τοὺς προσήκοντας δέξασθαι, ἐμὲ δὲ ἀπαγγέλλειν Μα- C
ξιμίνῳ, ὡς ἥξοι αὐτίκα παρ' αὐτόν. ἐμήνυον τοίνυν ἐπανελ-

11. παρὰ ante Ῥωμαίων excidisse, aut τοῦ παρὰ scribendum esse putat B. 17. ᾧ] οἷ Val., ποῦ B. 18. καὶ ὅς B., ὃς καὶ vulg.

Nec enim servos morte afficere, sicut apud Scythas, fas est. Libertatis vero adipiscendae plures sunt modi. Non enim solum qui vita fruuntur, sed etiam qui e vivis excedunt, libertatem tribuere possunt, quum de bonis suis, ut cuique placeat, statuere liceat, et quodcunque quis moriens de rebus domesticis iusserit, lex sit." Tum ille plorans inquit, leges apud Romanos bonas et rem publicam praeclare constitutam esse, sed magistratus, qui non aeque ac prisci probi et prudentes sunt, eam labefactant et pervertunt.

Haec inter nos disserentibus aliquis ex domesticis Onegesii septorum domus fores aperuit. Ego statim accurrere et quaerere, quas res ageret Onegesius; me enim habere a Maximino, qui legatus a Romanis venisset, quod illi dicerem. Ille vero Onegesium mihi sui facturum copiam respondit, si paullum opperirer; exiturum enim esse. Nec multo temporis spatio interiecto, ut ipsum exeuntem vidi, progressus dixi: „Te Romanorum legatus salutat, et dona tibi ab ipso una cum auro ab Imperatore misso adfero." Et quum maxime ille eum convenire cuperet, ubi et quando vellet colloqui, quaesivi. Ille suos, qui aderant, iussit aurum et munera recipere, et me Maximino renuntiare, se protinus ad eum accedere. Reverti igitur ad Maximinum, et renuntiavi, Onegesium ad eum venturum esse: nec mora, in tentorium nostrum advenit, et Maximinum affatus

A. C. 448 Ind. 1 Theod. 41 θῶν, τὸν Ὀνηγήσιον παραγίνεσθαι· καὶ εὐθὺς ἧκεν ἐς τὴν σκηνήν. προσειπὼν δὲ τὸν Μαξιμῖνον ἔφασκε χάριν ὁμολογεῖν ὑπὲρ τῶν δώρων αὐτῷ τε καὶ βασιλεῖ, καὶ ἀνηρώτα ὅ, τι λέγειν βουλόμενος αὐτὸν μετεπέμψατο. ὁ δὲ ἔφασκεν ἥκειν καιρὸν, ὥστε Ὀνηγήσιον μεῖζον ἐν ἀνθρώποις ἕξειν κλέος, εἴπερ παρὰ βασιλέα ἐλθὼν διευκρινήσει τὰ ἀμφίβολα τῇ σφετέρᾳ συνέσει καὶ ὁμόνοιαν Ῥωμαίοις καὶ Οὔννοις καταστήσεται. γενήσεται γὰρ ἐνθένδε οὐ μόνον τοῖς ἔθνεσιν ἀμφοτέροις συμφέρον· ἀλλὰ καὶ τῷ σφετέρῳ οἴκῳ ἀγαθὰ D παρέξει πολλὰ, ἐπιτήδειος ἐσαεὶ αὐτός τε καὶ οἱ αὐτοῦ παῖδες βασιλεῖ τε καὶ τῷ ἐκείνου ἐσόμενοι γένει. ὁ δὲ Ὀνηγήσιος ἔφη· καὶ τί ποιοῦντες κεχαρισμένως βασιλεῖ, ἢ ὅπως παρ' αὐτοῦ τὰ ἀμφίβολα λυθείη; ἀποκριναμένου δὲ, ὡς διαβὰς μὲν εἰς τὴν Ῥωμαίων βασιλεῖ τὴν χάριν καταθήσει, διευκρινήσει δὲ τὰ ἀμφίβολα τὰς αἰτίας διερευνῶν καὶ ταύτας κατὰ τῆς εἰρήνης λύων θεσμὸν, ἔφασκεν ἐκεῖνα ἐρεῖν βασιλεῖ τε καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν, ἅπερ Ἀττήλας βούλεται. ἢ οἴεσθαι ἔφη Ῥωμαίους, τοσοῦτον ἐκλιπαρήσειν αὐτὸν, ὥστε καταπροδοῦναι δεσπότην καὶ ἀνατροφῆς τῆς παρὰ Σκύθαις καὶ γαμετῶν καὶ παίδων κατολιγωρήσειν, μὴ μείζονα δὲ ἡγεῖσθαι τὴν παρ' Ἀττήλᾳ δουλείαν τοῦ παρὰ Ῥωμαίοις

5. μεῖζον ἐν ἀνθρ. ἕξειν H., μείζονα ἀνθρ. ἑξῆν vulg. 11. ἐσόμενοι B., ἐσομένῳ vulg. 20. κατολιγωρήσειν H., κατολιγωρήσειε vulg.

dixit, se Imperatori et illi pro muneribus gratias agere, et percunctatus est, quandoquidem se arcessisset, quid esset, quod illum vellet: tum Maximinus, instare tempus, ait, quo posset maiorem gloriam apud homines adipisci, si ad Imperatorem accedens, quae sunt inter Romanos et Hunnos controversa, sua prudentia componeret, et inter utramque gentem concordiam stabiliret: quae res non solum utilitati utriusque gentis esset cessura, sed etiam eius domui tanta bona praebitura, ut ipse una cum suis liberis in posterum Imperatori totique imperatorio generi in perpetuum devinctus foret. Tum Onegesius dixit, qua in re gratificaretur Imperatori, et per se contentiones dirimeret. Maximinus respondit, si in rem praesentem descendens, Imperatori gratiam referret, et dissidiorum causas sedulo perscrutans, de rebus controversis secundum conditiones foederibus adscriptas iudicium suum interponeret. Tum Onegesius dixit, se Imperatori et iis, qui ei a consiliis essent, ea dicturum esse, quae Attilas sibi praeciperet. „An Romani existimant, inquit, se ullis precibus exorari posse, ut prodat dominum suum, et nihili faciat educationem apud Scythas, uxores et liberos suos, neque potiorem ducat apud Attilam servitutem, quam apud Romanos ingentes opes?" Ceterum se domi remanentem maiori co-

A. C. 448 Ind. 1. Theod. 41 P. 63

πλούτου; συνοίσειν δὲ ἐπιμένοντα τῇ οἰκείᾳ, (τὸν γὰρ τοῦ δεσπότου καταπραΰνειν θυμὸν, ἐφ' οἷς αὐτὸν ὀργίζεσθαι κατὰ Ῥωμαίων συμβαίνει,) ἢ παρὰ σφᾶς ἐλθόντα αἰτίᾳ ὑπάγεσθαι, ἕτερα ἤπερ ἐκείνῳ δοκεῖ διαπραξάμενον. ταῦτα εἰρηκὼς, κἀμὲ ποιεῖσθαι τὴν πρὸς αὐτὸν ἡγησάμενος ἔντευξιν περὶ ὧν πυνθάνεσθαι αὐτοῦ βουλόμεθα, (οὐ γὰρ τῷ Μαξιμίνῳ, ὡς ἐν ἀξίᾳ τελοῦντι, συνεχὴς πρόσοδος ἦν εὐπρεπὴς,) ἀνεχώρει. ἐγὼ δὲ τῇ ὑστεραίᾳ εἰς τὸν Ἀττήλα περίβολον ἀφικνοῦμαι, δῶρα τῇ αὐτοῦ κομίζων γαμετῇ· Κρέκα δὲ ὄνομα αὐτῇ, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες ἐγεγόνεσαν τρεῖς, ὧν ὁ πρεσβύτερος ἦρχε τῶν Ἀκατζίρων καὶ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν νεμο- B μένων τὴν πρὸς τὸν Πόντον Σκυθικήν. ἔνδον δὲ τοῦ περιβόλου πλεῖστα ἐτύγχανεν οἰκήματα, τὰ μὲν ἐκ σανίδων ἐγγλύφων καὶ ἡρμοσμένων εἰς εὐπρέπειαν, τὰ δὲ ἐκ δοκῶν κεκαθαρμένων καὶ πρὸς εὐθύτητα ἐπεξεσμένων, ἐμβεβλημένων δὲ ξύλοις ἀποτελοῦσιν. οἱ δὲ κύκλοι ἐκ τοῦ ἐδάφους ἀρχόμενοι ἐς ὕψος ἀνέβαινον μετρίως. ἐνταῦθα τῆς Ἀττήλα ἐνδιαιτωμένης γαμετῆς, διὰ τῶν πρὸς τῇ θύρᾳ βαρβάρων ἔτυχον εἰσόδου, καὶ αὐτὴν ἐπὶ στρώματος μαλακοῦ κειμένην κατέλαβον, τοῖς ἐκ τῆς ἐρέας πιλωτοῖς τοῦ ἐδάφους σκεπομένου, ὥστε ἐπ' αὐτῶν βαδίζειν. περιεῖπε δὲ αὐτὴν θερα- V. 43 πόντων πλῆθος κύκλῳ· καὶ θεράπαιναι ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ἀν- C τικρὺ αὐτῆς καθήμεναι ὀθόνας χρώμασι διεποίκιλλον, ἐπι-

1. γὰρ] παρὰ coni. B., sublata interpunctione ante τὸν. 3. ὑπάγ. B., ἐπάγ vulg. 7. εὐπρεπῶς H., εὐπρεπεῖς vulg. 14. δοκῶν Cantocl., λόγων vulg. 16. ξύλοις κύκλους ἀποτελοῦσιν coni. B.

rum rebus adiumento futurum, quippe qui domini iram placaret, si quibus in rebus Romanis irasceretur, quam si ad eos accedens criminationi se obiiceret, si forte quid contra quam Attilae rationibus commodum videretur faceret. Quae cum dixisset et mihi veniam dedisset eum do his, quae ex ipso intelligere cuperemus, adeundi, (Maximino euim in dignitate constituto parum decorus erat continuus congressus,) abiit. Postridie ad domus Attilae interiora septa me contuli dona ferens eius uxori, quae Cerca vocabatur. Ex ea tres illi liberi, quorum maximus natu iam tum Acatzirorum et reliquarum gentium, qua Scythia ad Pontum patet, regnum tenebat. Intra illa septa erant multa aedificia, partim ex tabulis sculptis et eleganter compactis, partim ex trabibus opere puro et in rectitudinem affabre dolatis, in quibus ligna in circulos curvata imposita erant. Circuli autem a solo incipientes paullatim in altum assurgebant. Hic habitabat Attilae uxor, ad quam a barbaris, qui circa ianuas erant, nactus aditum, ipsam deprehendi in molli stragula iacentem. Erat autem pavimentum laneis tape-

A. C. 448 Ind. 1 Theod. 41 βληθησομένας πρὸς κόσμον ἐσθημάτων βαρβαρικῶν. προσελθὼν τοίνυν καὶ τὰ δῶρα μετὰ τὸν ἀσπασμὸν δοὺς ὑπεξῄειν, καὶ ἐπὶ τὰ ἕτερα ἐβάδιζον οἰκήματα, ἐν οἷς διατρίβειν τὸν Ἀττήλαν ἐτύγχανεν, ἀπεκδεχόμενος ὁπότε ἐπεξέλθοι Ὀνηγήσιος· ἤδη γὰρ ἀπὸ τῶν αὐτοῦ οἰκημάτων ἐξεληλύθει καὶ ἔνδον ἦν. μεταξὺ δὲ τοῦ παντὸς ἱστάμενος πλήθους, (γνώριμός τε γὰρ ὢν τοῖς Ἀττήλα φρουροῖς καὶ τοῖς παρεπομένοις αὐτῷ βαρβάροις ὑπ' οὐδενὸς διεκωλυόμην,) εἶδον πλῆθος πορευόμενον καὶ θροῦν καὶ θόρυβον περὶ τὸν τόπον γενόμενον, D ὡς τοῦ Ἀττήλα ὑπεξιόντος. προῄει δὲ τοῦ οἰκήματος βαδίζων σοβαρῶς, τῇδε κἀκεῖ περιβλεπόμενος. ὡς δὲ ὑπεξελθὼν σὺν τῷ Ὀνηγησίῳ ἔστη πρὸ τοῦ οἰκήματος, πολλοὶ δὲ τῶν ἀμφισβητήσεις πρὸς ἀλλήλους ἐχόντων προσῄεσαν καὶ τὴν αὐτοῦ κρίσιν ἐδέχοντο· εἶτα ἐπανῄει ὡς τὸ οἴκημα, καὶ πρέσβεις παρ' αὐτὸν ἥκοντας βαρβάρους ἐδέχετο.

Ἐμοὶ δὲ ἀπεκδεχομένῳ τὸν Ὀνηγήσιον Ῥωμύλος καὶ Προμοῦτος καὶ Ῥωμανὸς οἱ ἐξ Ἰταλίας ἐλθόντες παρὰ τὸν Ἀττήλαν πρέσβεις τῶν φιαλῶν ἕνεκα τῶν χρυσῶν, συμπαρόντος αὐτοῖς καὶ Ῥουστικίου τοῦ κατὰ Κωνστάντιον, καὶ Κωνσταντιόλου, ἀνδρὸς ἐκ τῆς Παιόνων χώρας τῆς ὑπὸ Ἀτ-
P. 64 τήλᾳ ταττομένης, ἐς λόγους ἦλθον, καὶ ἀνηρώτων πότερον διηφείθημεν, ἢ ἐπιμένειν ἀναγκαζόμεθα. καὶ ἐμοῦ φήσαντος,

4. ἐτύγχανεν, ἀπεκδεχόμενος H., ἐτύγχανον, ἀπεκδεχόμενος vulg., συνέβαινεν, ἀπεκδ. B. 9. γινόμενον coni. B.

tibus stratum, in quibus constitimus. Eam famulorum multitudo in orbem circumstabat, et ancillae ex adverso humi sedentes telas coloribus variegabant, quae vestibus barbarorum ad ornatum superinjiciuntur. Cerca salutata, et muneribus traditis, egressus, exspectans dum Onegesius regia exiret, (iam enim e domo sua illuc venerat,) ad reliqua aedificia, ubi Attilas commorabatur, processi. Hic dum ego starem cum reliqua multitudine, (nec enim accessu ullius loci prohibebar, quippe qui Attilae custodibus et barbaris, qui eum assectabantur, eram notus,) vidi magnam turbam, qua prodibat, currentem, tumultum et strepitum excitantem. Attilas domo egressus, gravi vultu, omnium oculis quaqua versus in eum conversis, incedens cum Onegesio, pro aedibus substitit. Hic eum multi, quibus erant lites, adierunt, et eius iudicium exceperunt. Deinde domum repetiit, et barbararum gentium legatos, qui ad se venerant, admisit.

Me vero, dum Onegesium exspectabam, Romulus, Promutus et Romanus, legati de vasis aureis ex Italia ad Attilam missi, una cum Rusticio, qui in comitatu Constantii erat, et Constantiolo ex Paeonum regione, quae Attilae parebat, me sunt sermone adorti, et interrogaverunt, utrum dimissi, an manere coacti essemus. „Id ipsum,

A. C. 448 Ind. 1 Theod. 44

ὡς τούτου χάριν πευσόμενος τοῦ Ὀνηγησίου τοῖς περιβόλοις προσκαρτερῶ, καὶ ἀντερωτήσαντος εἰ αὐτοῖς ὁ Ἀττήλας ἥμερόν τι καὶ πρᾶον περὶ* πρεσβείας ἀπεκρίνατο, ἔλεγον μηδαμῶς μετατρέπεσθαι τῆς γνώμης, ἀλλὰ πόλεμον καταγγέλλειν, εἰ μή γε αὐτῷ Σιλβανὸς ἢ τὰ ἐκπώματα πεμφθείη. ἀποθαυμαζόντων δὲ ἡμῶν τῆς ἀπονοίας τὸν βάρβαρον, ὑπολαβὼν ὁ Ῥωμύλος, πρεσβευτὴς ἀνὴρ καὶ πολλῶν πραγμάτων ἔμπειρος, ἔλεγε τὴν αὐτοῦ μεγίστην τύχην καὶ τὴν ἐκ τῆς τύχης B δύναμιν ἐξαίρειν αὐτὸν, ὥστε μὴ ἀνέχεσθαι δικαίων λόγων, εἰ μὴ πρὸς αὐτοῦ νομίσῃ ὑπάρχειν αὐτούς. οὐδενὶ γὰρ τῶν πώποτε τῆς Σκυθικῆς ἢ καὶ ἑτέρας ἀρξάντων γῆς τοσαῦτα ἐν ὀλίγῳ καταπεπρᾶχθαι, ὥστε καὶ τῶν ἐν τῷ Ὠκεανῷ νήσων ἄρχειν, καὶ πρὸς πάσῃ τῇ Σκυθικῇ καὶ Ῥωμαίους ἔχειν ἐς φόρου ἀπαγωγήν. ἐφιέμενον δὲ πρὸς τοῖς παροῦσι πλειόνων καὶ ἐπὶ μεῖζον αὔξοντα τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐς Πέρσας ἀπιέναι βούλεσθαι. τῶν δὲ ἐν ἡμῖν τινος πυθομένου ποίαν ὁδὸν τραπεὶς ἐς Πέρσας ἐλθεῖν δυνήσεται, ἔλεγεν ὁ Ῥωμύλος, μὴ πολλῷ διαστήματι τὴν Μήδων ἀφεστάναι τῆς Σκυ- C θικῆς, οὐδὲ Οὔννους ἀπείρους τῆς ὁδοῦ ταύτης εἶναι, ἀλλὰ πάλαι ἐς αὐτὴν ἐμβεβληκέναι, λιμοῦ τε τὴν χώραν κρατήσαντος, καὶ Ῥωμαίων διὰ τὸν τότε συνιστάμενον πόλεμον μὴ

2. εἰ add. B., πότερον add. H. 3. τι N., τε vulg. 10. αὐτοῦ N., αὐτὸν vulg. οὐδενὶ N., οὔπω vulg. 12. καταπεπρᾶχθαι B., κατεπράχθη vulg.

inquam, nt sciam ex Onegesio, intra ista septa opperior.“ Tum ego illos vicissim percunctari, an aliquod mite respousum ad ea, de quibus legati venerant, ab Attila tulissent. Nequaquam aiunt illum deduci a sententia, sed bellum minari et denuntiare, ni Sylvanus aut pocula dedantur. Nos vero cum barbari miraremur animi impotentiam, Romulus, vir multis honorificeutissimis legationibus functus et multo rerum usu praeditus, ait, secunda fortuna et potentia inde collecta adeo illum efferri, ut iustis sermonibus nullum apud se locum relinqueret, nisi eos ex re sua esse censeret. Nemo unquam eorum, qui in Scythia, vel alibi regnarunt, tantas res tam brevi tempore gessit. Totius Scythiae dominatum sibi comparavit, et ad Oceani insulas usque imperium suum extendit, ut etiam a Romanis tributa exigat. Nec his contentus, ad longe maiora animum adiecit, et latius imperii sui fines protendere et Persas bello aggredi cogitat. Uno ex nobis quaerente, qua via e Scythia in Persas tendere posset, Romulus dixit, non longo locorum intervallo Medos dissitos esse a Scythis, neque Hunnos hanc viam nescire, sed olim, fame per eorum regionem grassaute, cum Romani propter bellum, quod tunc temporis gerebant, minime cum illis proelio decertarent, hac irrupisse, et ad Medos usque Bazicum et Cursicum, duces ipsorum,

A. C. 448 συμβαλλόντων. παρεληλυθέναι δὲ ἐς τὴν Μήδων τόν τε Βα-
Ind. 1 σὶχ καὶ Κουρσὶχ τοὺς ὕστερον ἐς τὴν Ῥώμην ἐληλυθότας
Theod. 41 εἰς ὁμαιχμίαν, ἄνδρας τῶν βασιλείων Σκυθῶν καὶ πολλοῦ
πλήθους ἄρχοντας. καὶ τοὺς διαβεβηκότας λέγειν, ὡς ἔρημον
ἐπελθόντες χώραν καὶ λίμνην τινὰ περαιωθέντες, ἣν ὁ Ῥω-
μύλος τὴν Μαιῶτιν εἶναι ᾤετο, πέντε καὶ δέκα διαγενομένων
D ἡμερῶν ὄρη τινὰ ὑπερβάντες ἐς τὴν Μηδικὴν ἐσέβαλον. ληϊ-
ζομένοις δὲ καὶ τὴν γῆν κατατρέχουσι πλῆθος Περσικὸν ἐ-
πελθὸν τὸν σφῶν ὑπερκείμενον ἀέρα πλῆσαι βελῶν, ὥστε
σφᾶς δέει τοῦ κατασχόντος κινδύνου ἀναχωρῆσαι εἰς τοὐπί-
σω καὶ τὰ ὄρη ὑπεξελθεῖν, ὀλίγην ἄγοντας λείαν· ἡ γὰρ πλεί-
στη ὑπὸ τῶν Μήδων ἀφῄρητο. εὐλαβουμένους δὲ τὴν τῶν
πολεμίων δίωξιν ἑτέραν τραπῆναι ὁδὸν, καὶ μετὰ τὴν ἐκ τῆς
ὑφάλου πέτρας ἀναφερομένην φλόγα ἐκεῖθεν πορευθέντας . .
. . ἡμερῶν ὁδὸν ἐς τὰ οἰκεῖα ἀφικέσθαι, καὶ γνῶναι, οὐ πολ-
λῷ διαστήματι τῶν Μήδων ἀφεστάναι τὴν Σκυθικήν. τὸν
P. 65 οὖν Ἀττήλαν ἐπ' αὐτὴν ἰέναι βουλόμενον οὐ πονήσειν πολ-
V. 44 λὰ, οὔτε μακρὰν ἀνύσειν ὁδὸν, ὥστε καὶ Μήδους καὶ Πάρ-
θους καὶ Πέρσας παραστήσεσθαι καὶ ἀναγκάσειν ἐλθεῖν ἐς
φόρου ἀπαγωγήν· παρεῖναι γὰρ αὐτῷ μάχιμον δύναμιν, ἣν
οὐδὲν ἔθνος ὑποστήσεται. ἡμῶν δὲ κατὰ Περσῶν ἐλθεῖν αὐ-
τὸν ἐπευξαμένων καὶ ἐπ' ἐκείνους τρέψαι τὸν πόλεμον, ὁ
Κωνσταντίολος ἔλεγε δεδιέναι μή ποτε καὶ Πέρσας ῥᾳδίως

14. ἀναφερ. N., ἀναφλεγ. vulg., ἀναπεμπ. H. 17. αὐτοὺς vel
16. τὴν M. — τῆς Σκυθικῆς coni. N. 19. παραστήσασθαι vulg.

e regiis Scythis oriundos, penetrasse, qui postea cum magna hominum multitudine Romam ad contrahendam armorum societatem venissent. Hos narrasse, per quandam desertam regionem illis iter fuisse, et paludem traieeisse, quam Romulus existimabat esse Maeotidem: deinde, qnindecim diebus elapsis, per montes quosdam, quos superassent, in Mediam descendisse. Ibi praedas agentibus et excursionibus agros vastantibus Persicum agmen superveniens telis aëra replevisse. Itaque imminentis periculi metu retro abscessisse, et per montes regressos, pauxillum praedae abegisse. Magnam enim partem Medos extorsisse: Ipsos autem, ut persequentium hostium impetum evitarent, ad aliam viam deflexisse. Et per loca, ubi ex petra maritima flamma ardet, illinc profectos, . . . dierum itinere in sedes suas revertisse. Atque ex eo satis vidisse, non magno intervallo Scythiam a Medis distare. Quamobrem si Attilam cupido ceperit Medos invadendi, non multum operae et laboris in eam invasionem consumpturum, neque magnis itineribus defatigatum iri, ut Medos, Parthos et Persas adoriatur, et cogat tributi illationi se submittere. Adesse enim illi magnas copias, quas nulla gens sustinere possit. Nobis vero optantibus, ut Persis arma infer-

A.C. 448 Ind. 1 Theod. 41

παραστησάμενος ἀντὶ φίλου δεσπότης ἐπανήξει. νῦν μὲν γὰρ τὸ χρυσίον κομίζεσθαι παρ' αὐτῶν τῆς ἀξίας ἕνεκα· εἰ δὲ καὶ Πάρθους καὶ Μήδους καὶ Πέρσας παραστήσοιτο, οὐκέτι Ῥωμαίων ἀνέξεσθαι τὴν αὐτοῦ νοσφιζομένων ἀρχὴν, ἀλλὰ B θεράποντας περιφανῶς ἡγησάμενον χαλεπώτερα ἐπιτάξειν καὶ οὐκ ἀνεκτὰ ἐκείνοις ἐπιτάγματα. ἦν δὲ ἀξία, ἧς ὁ Κωνσταντίολος ἐπεμνήσθη, στρατηγοῦ Ῥωμαίων, ἧς χάριν ὁ Ἀττήλας παρὰ βασιλέως ἐδέδεκτο τοῦ τοῖς στρατηγοῖς χορηγουμένου τὰς συντάξεις ἐκπέμπεσθαι. ἔλεγεν οὖν μετὰ Μήδους καὶ Πάρθους καὶ Πέρσας τοῦτο τὸ ὄνομα, ὅπερ αὐτὸν βούλονται Ῥωμαῖοι καλεῖν, καὶ τὴν ἀξίαν, ᾗ αὐτὸν τετιμηκέναι νομίζουσιν, ἀποσεισάμενον ἀναγκάσειν σφᾶς ἀντὶ στρατηγοῦ βασιλέα προσαγορεύειν. ἤδη γὰρ καὶ χαλεπαίνοντα εἰπεῖν, ὡς ἐκείνῳ μὲν οἱ αὐτοῦ θεράποντές εἰσι στρατηγοὶ, αὐτῷ δὲ οἱ C τοῖς βασιλεύουσι Ῥωμαίων ὁμότιμοι. ἔσεσθαι δὲ οὐκ εἰς μακρὰν τῆς παρούσης αὐτῷ δυνάμεως αὔξησιν· σημαίνειν καὶ τοῦτο τὸν θεὸν τὸ τοῦ Ἄρεος ἀναφήναντα ξίφος, ὅπερ ὂν ἱερὸν καὶ παρὰ τῶν Σκυθικῶν βασιλέων τιμώμενον, οἷα δὴ τῷ ἐφόρῳ τῶν πολέμων ἀνακείμενον, ἐν τοῖς πάλαι ἀφανισθῆναι χρόνοις, εἶτα διὰ βοὸς εὑρεθῆναι.

Καὶ ἑκάστου λέγειν τι περὶ τῶν καθεστώτων βουλο-

2. αὐτῶν N., αὐτῷ vulg. 8. τοῦ N., τὸ τοῦ vulg. 12. ἀναγκάσειν N., ἀναγκάσας vulg. 14. οἱ τοῖς βασ. B., οὐ τοῖς βασ. vulg. 16. σημαίνειν — ἀναφήναντα B., συμβαίνειν — ἀναφήναντος vulg. 17. δὲ pro καὶ coni. N.

ret, et a nobis in illos belli molem averteret: „Verendum est, inquit Constantiolus, ne, Persis facile devictis, non iam amplius amicus, sed dominus in nos revertatur." Nunc enim auro accepto pro dignitate eum contentum esse. Quodsi Medos, Parthos et Persas domuerit, minime cum Romanorum a suo seiunctum regnum passurum, sed eos manifesto servos suos reputantem, gravia illis et intolerabilia imperaturum esse. Dignitas autem, cuius mentionem Constantiolus fecit, erat Romanorum exercituum ducis, quam Attilas ab Imperatore acceperat, et stipendia eius, qui exercitus regebat, missa sibi non recusabat. Innuebat igitur, Attilam, Medis, Parthis et Persis subactis, hoc nomen, quo Romanis illum vocare lubet, et dignitatem, quam illi ornamenti loco esse existimant, repudiaturum, et pro duce coacturum eos se regem appellare. Iam tum enim indignatus dicebat, illi servos esse exercituum duces, sibi vero viros Imperatoribus Romanis dignitate pares. Et brevi quidem sibi potentiae accessionem fore, quod et deus, Martis ense in lucem protracto, portenderit. Hic tanquam sacer et deo bellorum praesidi dedicatus, a Scytharum regibus olim colebatur, et multis saeculis non visus, bovis ministerio fuerat tunc temporis erutus.

Dum ita de praesenti rerum statu confabulamur, Onegesius foras

A. C. 448 Ind. 1 Theod. 41 μένου, Ὀνηγησίου ὑπεξελθόντος, παρ' αὐτὸν ἤλθομεν, καὶ ἐπειρώμεθα περὶ τῶν ἐσπουδασμένων μανθάνειν. ὁ δέ τισι D πρότερον βαρβάροις διαλεχθεὶς, πυθέσθαι με παρὰ Μαξιμίνου ἐπέτρεπε τίνα Ῥωμαῖοι ἄνδρα τῶν ὑπατικῶν παρὰ τὸν Ἀττήλαν πρεσβευόμενον στέλλουσιν. ὡς δὲ παρελθὼν εἰς τὴν σκηνὴν ἔφραζον, ἅπερ εἴρητό μοι, καὶ ὅ,τι δεῖ λέγειν ὧν χάριν ὁ βάρβαρος ἡμῶν ἐπύθετο ἅμα τῷ Μαξιμίνῳ βουλευσάμενος ἐπανῆλθον ὡς τὸν Ὀνηγήσιον, λέγων, ὡς ἐθέλουσι μὲν Ῥωμαῖοι αὐτὸν παρὰ σφᾶς ἐλθόντα τῶν ἀμφιβόλων ἕνεκα διαλέγεσθαι, εἰ δὲ τούτου διαμάρτοιεν, ἐκπέμψειν βασιλέα ὃν βούλεται πρεσβευσόμενον. καὶ εὐθὺς μετιέναι με τὸν Μαξιμῖνον παρεκελεύσατο, καὶ ἥκοντα αὐτὸν ἦγε παρὰ τὸν Ἀττήλαν. καὶ μικρὸν ὕστερον ὑπεξελθὼν ὁ Μαξιμῖνος ἔλεγεν, ἐθέλειν τὸν βάρβαρον Νόμον ἢ Ἀνατόλιον ἢ Σενάτορα πρεσβεύεσθαι· μὴ γὰρ ἂν ἄλλον παρὰ τοὺς εἰρημένους δέξεσθαι. P. 66 καὶ ὡς αὐτοῦ ἀποκριναμένου, μὴ χρῆναι ἐπὶ τὴν πρεσβείαν τοὺς ἄνδρας καλοῦντα ὑπόπτους καθιστᾶν βασιλεῖ, εἰρηκέναι τὸν Ἀττήλαν, εἰ μὴ ἕλοιντο ποιεῖν, ἃ βούλεται, ὅπλοις τὰ ἀμφίβολα διακριθήσεσθαι. ἐπανελθόντων δὲ ἡμῶν ἐς τὴν σκηνὴν, ὁ τοῦ Ὀρέστου πατὴρ ἧκε λέγων, ὡς ἀμφοτέρους ὑμᾶς Ἀττήλας ἐπὶ τὸ συμπόσιον παρακαλεῖ, γενήσεσθαι δὲ αὐτὸ περὶ θ' τῆς ἡμέρας. ὡς δὲ τὸν καιρὸν ἐφυλάξαμεν

9. αὐτὸν N., τὸν vulg. 15. δέξασθαι vulg. 20. ἡμᾶς coni. B.

prodiit, ad quem, ut ex eo disceremus, quae nostrae curae commissa fuerant, accessimus. Ille vero prius cum nescio quibus barbaris collocutus, quaerere me ex Maximino iussit, quem Romani ex consularibus legatum ad Attilam essent missuri. Ut in tentorium veni, et Maximino, quae mihi Ouegesius dixerat, retuli, habita de eo, quod barbaris respondendum esset, deliberatione, redii, dixique Onegesio, Romanos magnopere desiderare, illum suarum cum Attila controversiarum disceptatorem ad se accedere. Qua spe si exciderint, Imperatorem, quem sibi libuerit, legatum missurum. Extemplo me Maximinum arcessere iussit, quem, ut venit, ad Attilam deduxit. Unde non multo post Maximinus reversus, narravit, barbarum velle, Imperatorem ad se mittere legatos aut Nomum, aut Anatolium, aut Senatorem, neque ullos alios praeter hos admissurum. Et cum Maximinus obiiceret, minime convenire, legatos, qui ad se mittantur, designando suspectos Imperatori reddere, Attilam respondisse, si haec abnuerint, armis se controversias disceptaturum. Reversis nobis in tentorium, ecce ad nos Orestis pater, „Vos ambos, inquit, ad convivium invitat Attilas, fiet vero illud ad nonam diei horam." Tempore condicto observato, ut venimus, et una quoque Romanorum Occidentalium legati, stetimus in limine coena-

καὶ ἐπὶ τὸ δεῖπνον κληθέντες παρεγενόμεθα ἡμεῖς τε καὶ οἱ A. C. 448
ἀπὸ τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων πρέσβεις, ἔστημεν ἐπὶ τοῦ οὐ- Ind. 1 Theod. 41
δοῦ ἀντία Ἀττήλα. καὶ κύλικα οἱ οἰνοχόοι κατὰ τὸ ἐπιχώ- B
ριον ἐπέδοσαν ἔθος, ὡς καὶ ἡμᾶς πρὸ τῆς ἕδρας ἐπεύξασθαι.
οὗ δὴ γενομένου, τῆς κύλικος ἀπογευσάμενοι ἐπὶ τοὺς θρό-
νους ἤλθομεν, οὗ ἔδει καθεσθέντας δειπνεῖν. πρὸς δὲ τοῖς
τοίχοις τοῦ οἰκήματος πάντες ὑπῆρχον οἱ δίφροι ἐξ ἑκατέρας
πλευρᾶς. ἐν μεσωτάτῳ δὲ ἧστο ἐπὶ κλίνης ὁ Ἀττήλας, ἑτέ-
ρας ἐξόπισθεν κλίνης ὑπαρχούσης αὐτῷ, μεθ' ἣν βαθμοί τι-
νες ἐπὶ τὴν αὐτοῦ ἀνῆγον εὐνήν, καλυπτομένην ὀθόναις καὶ
ποικίλοις παραπετάσμασι κόσμου χάριν, καθάπερ ἐπὶ τῶν
γαμούντων Ἕλληνές τε καὶ Ῥωμαῖοι κατασκευάζουσι. καὶ
πρώτην μὲν ἐνόμιζον τῶν δειπνούντων τάξιν τὴν ἐν δεξιᾷ C
τοῦ Ἀττήλα, δευτέραν δὲ τὴν εὐώνυμον, ἐν ᾗ ἐτυγχάνομεν V. 45
ὄντες, προκαθεσθέντος ἡμῶν Βερίχου, παρὰ Σκύθαις εὖ γε-
γονότος ἀνδρός· ὁ γὰρ Ὀνηγήσιος ἐπὶ δίφρου ἧστο ἐν δεξιᾷ
τῆς τοῦ βασιλέως κλίνης. ἀντικρὺ δὲ τοῦ Ὀνηγησίου ἐπὶ δί-
φρου ἐκαθέζοντο δύο τῶν Ἀττήλα παίδων· ὁ γὰρ πρεσβύτε-
ρος ἐπὶ τῆς ἐκείνου ἧστο κλίνης, οὐκ ἐγγύς, ἀλλ' ἐπ' ἄκρου,
αἰδοῖ τοῦ πατρὸς βλέπων ἐς γῆν. πάντων δὲ ἐν κόσμῳ κα-
θεστώτων, παρελθὼν οἰνοχόος τῷ Ἀττήλᾳ οἴνου κισσύβιον
ἐπιδίδωσι. δεξάμενος δὲ τὸν τῇ τάξει πρῶτον ἠσπάζετο. ὁ

3. κύλικα H., ἐπύλικα vulg.

culi coram Attila. Hic pincernae, ut mos est in illis regionibus, calicem tradiderunt, ut ante accubitum vota faceremus. Quo facto, et calice degustato, ipsa solia, in quibus nos sedentes coenare oportebat, ascendimus. Omnia sedilia circa parietes cubiculi ab utraque parte disposita erant: medius in lecto sedebat Attilas, altero lecto a tergo strato, pone quem erant quidam gradus, qui ad eius cubile ferebant, linteis candidis et variis tapetibus ornatus gratia contectum, simile cubilibus, quae Romani et Graeci nubentibus adornare pro more habent. Et primum quidem convivarum locum eius habebant, qui ad Attilae dextram sedebat, secundum eius, qui ad laevam: in quo nos et Berichus, vir apud Scythas nobilis, sed Berichus superiore loco. Nam Onegesius in sella ad dextram regii thori, et e regione Onegesii duo ex Attilae filiis sedebant. Senior enim in eodem, quo pater, throno, non prope, sed multum infra accumbebat, oculis prae pudore propter patris praesentiam semper in terram coniectis. Omnibus ordine sedentibus, qui Attilao erat a poculis ingrediens pateram vini tradit. Hanc ubi suscepit, proximum ordine salutavit, qui salutatione honoratus surrexit, neque prius eum sedere fas erat, quam merum degustans, aut etiam ebibens, poculum pocillatori redderet. Sedenti autem Attilae eodem modo, qui convivio intererant,

A. C. 448 δὲ τῷ ἀσπασμῷ τιμηθεὶς διανίστατο· καὶ οὐ πρότερον ἵζη-
Ind. 1 Theod. 41 σαι θέμις ἦν, πρὶν ἢ τῷ οἰνοχόῳ ἀπογευσάμενος ἢ καὶ ἐκ-
D πιὼν ἀπέδωκε τὸ κισσύβιον. καθεσθέντα δὲ αὐτὸν τῷ τρόπῳ
οἱ παρόντες ἐτίμων, δεχόμενοι τὰς κύλικας καὶ μετὰ τὸν ἀ-
σπασμὸν ἀπογευόμενοι. ἑκάστῳ δὲ εἷς οἰνοχόος παρῆν, ὃν
7. Ad quem in legationem remissus a Theodosio iuniore Priscus, tali voce inter alia refert. Ingentia siquidem flumina, id est Tysiam Tibisiamque et Driccam transeuntes, venimus in locum illum, ubi dudum Vidicula, Gothorum fortissimus, Sarmatum dolo occubuit. Indeque non longe ad vicum, in quo Rex Attila morabatur, accessimus: vicum inquam, ad instar civitatis amplissimae, in quo lignea moenia ex tabulis nitentibus fabricata reperimus, quarum compago ita solidum mentiebatur, ut vix ab intento posset iunctura tabularum comprehendi. Videres triclinia ambitu prolixiore distenta, porticusque in omni decore dispositas. Area vero curtis ingenti ambitu cingebatur, ut amplitudo ipsa regiam aulam ostenderet. Hae sedes erant Attilae Regis Barbariam totam tenentis: haec captis civitatibus habitacula praeponebat. *Cap. XXXIV.*

8. Qui [Attila] quamvis huius esset naturae, ut semper magna confideret, addebat ei tamen confidentiam gladius Martis inventus, apud Scytharum reges semper habitus. Quem Priscus historicus tali refert occasione detectum. Quum pastor, inquiens, quidam gregis unam buculam conspiceret claudicantem, nec causam tanti vulneris inveniret, sollicitus vestigia cruoris insequitur: tandemque venit ad gladium, quem depascens herbas bucula incaute calcaverat, effossumque protinus ad Attilam defert. Quo ille munere gratulatus, ut erat magnanimus, arbitratur se totius mundi principem constitutum, et per Martis gladium potestatem sibi concessam esse bellorum. *Cap. XXXV.*

9. Quum ad Romam animus fuisset eius [Attilae] attentus accedere, sui eum, ut Priscus refert historicus, removere, non urbi, cui inimici erant, consulentes, sed Alarici quondam Vesegotharum Regis obiicientes exemplum, veriti
P. 32 Regis sui fortunam, quia ille post fractam Romam diu non supervixerat, sed protinus rebus excessit humanis. *Cap. XLII.*

10. Id accessit mirabile, ut Marciano, Principi Orientis, de tam feroci hoste sollicito in somnis divinitas adsistens, arcum Attilae in eadem nocte fractum ostenderet, quasi quod gens ipsa eo telo multa praesumat. Hoc Priscus historicus vera se dicit adtestatione probare. *Cap. XLIX.*

Sequentia, quae sine auctoris nomine apud Suidam leguntur, Prisco tribuenda esse videntur.

ια'. Ζέρκων, Σκύθης οὕτω καλούμενος, Μαυρούσιος τὸ γένος, διὰ δὲ κακοφυΐαν σώματος καὶ τὸ γέλωτα ἐκ τῆς τραυλότητος τῆς φωνῆς καὶ ὄψεως παρέχειν· βραχὺς γάρ τις ἦν, κυρτὸς, διάστροφος τοῖς ποσὶ, τὴν ῥῖνα τοῖς μυκτῆρσι παραφαίνων διὰ σιμότητος ὑπερβολήν· Ἄσπαρι τῷ Ἀρδαβουρίου ἐδεδώρητο, καθ' ὃν ἐν Λιβύῃ διέτριβε χρόνον. ἥλω δὲ τῶν βαρβάρων ἐς τὴν Θρᾳκῶν ἐμβαλόντων καὶ παρὰ τοὺς βασιλείους ἤχθη Σκύθας, καὶ Ἀττήλας μὲν οὐδὲ τὴν αὐτοῦ ἤνεγκεν ὄψιν· ὁ δὲ Βλήδας ἥσθη τε λίαν αὐτῷ φθεγγομένῳ ου μόνον γέλωτος ἄξια καὶ βαδίζοντι καὶ περιττῶς κινοῦντι τὸ σῶμα· συνῆν δὲ αὐτῷ εὐωχουμένῳ καὶ ἐκστρατεύοντι πεποιημένην πρὸς τὸ γελοιότερον ἀναλαμβάνων ἐν ταῖς ἐξόδοις

11. Hoc fragmentum Valesius ad cap. 3. Exc. Legg. Rom. ad gentes Prisco vindicavit. 5. Ἀρδαβουρίῳ vulg. 7. βασιλεῖς vulg.

11. Zereon Scytha sic vocatus, genere Maurusius. Qui propter corporis foeditatem, et quod balbutie vocis et forma sua risum movebat, nam brevis erat, gibbosus, distortis pedibus, naribus adeo depressis, ut nasum inter eas vix apparentem haberet propter nimiam simitatem. Aspari Ardaburii donatus erat, quum in Africa degebat; captus autem, quum barbari in Thraciam irrupissent, et ad Scytharum reges adductus est. Et Attilas ne visum quidem eius tulit; sed Bledas magnopere eo delectabatur, quod non solum risu digna verba faceret, sed etiam ridicule incederet et corpus iactanter moveret. Cum ipso autem et epulante et ad militiam proficiscente versabatur, in expeditionibus armaturam assumens factum ad risum movendum. Quamobrem Bledas ipsum plurimi faciens, quum fugisset cum Romanis captivis, ceteros quidem neglexit,

πανοπλίαν. διὸ δὴ περισπούδαστον αὐτὸν ὁ Βλήδας ποιούμενος μετὰ αἰχμαλώτων ἀποδράντα Ῥωμαίων, τῶν μὲν ἄλλων κατωλιγώρησεν, αὐτὸν δὲ μετὰ πάσης φροντίδος ἀναζητεῖσθαι προσέταξεν. καὶ ἁλόντα καὶ παρ' αὐτὸν ἀχθέντα ἐν δεσμοῖς ἰδὼν ἐγέλασεν. καὶ καθυφεὶς τῆς ὀργῆς ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν τῆς φυγῆς, καὶ ὅτου χάριν νομίζοι τὰ Ῥωμαίων τῶν παρὰ σφισιν ἀμείνονα. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ἁμάρτημα μὲν τὴν φυγὴν εἶναι, ἔχειν δὲ τοῦ ἁμαρτήματος λόγον τὸ μὴ γαμετὴν αὐτῷ δεδόσθαι. τῷ δὲ γέλωτι μᾶλλον ὁ Βλήδας ὑπαχθεὶς δίδωσιν αὐτῷ γυναῖκα τῶν εὖ γεγονότων καὶ τῇ βασιλίδι διακονησαμένων, ἀτόπου δέ τινος πράξεως ἕνεκα οὐκέτι παρ' ἐκείνην φοιτῶσαν. καὶ οὕτω διετέλει ἅπαντα τὸν χρόνον τῷ Βλήδᾳ συνὼν, μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν Ἀττήλας Ἀετίῳ τῷ στρατηγῷ τῶν ἑσπερίων Ῥωμαίων δῶρον τὸν Ζέρκωνα δίδωσιν, ὃς αὐτὸν παρὰ τὸν Ἄσπαρα ἔπεμψεν. Suid. voc. Ζέρκων.

ιβ΄. Θεοδόσιος, βασιλεὺς Ῥωμαίων ὁ μικρός. οὗτος διαδεξάμενος παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν ἀρχὴν, ἀπόλεμος ὢν καὶ δειλίᾳ συζῶν, καὶ τὴν εἰρήνην χρήμασιν, οὐχ ὅπλοις κτησάμενος, πολλὰ προυξένησε κακὰ τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ. ὑπὸ γὰρ τοῖς εὐνούχοις τραφεὶς πρὸς πᾶν σφισιν ἐπίταγμα εὐπειθὴς ἦν, ὥστε καὶ τοὺς λογάδας τῆς ἐκείνων δεῖσθαι ἐπικουρίας, καὶ πολλὰ νεοχμεῖσθαι ἐν τοῖς πολιτικοῖς καὶ

20. προεξένησε vulg.

illum vero summa cura inquiri iussit; et captum et ad se adductum in vinculis conspicatus risit, et remissa ira causam fugae quaesivit, et cuius rei gratia res Romanorum suis meliores putaret. Ille vero respondit, se quidem peccasse, quod fugisset, sed se peccati causam habere, quod nulla uxor sibi data fuisset. Bledas autem in maiorem risum prorumpens ipsi dat uxorem, unam de nobilibus et quae fuerat inter reginae ministras, sed ob quoddam insolens facinus ad ipsam non amplius accedebat. Sic autem perpetuo cum Bleda vixit. Post cuius mortem Attilas Aëtio, Romanorum Occidentalium duci, Zerconem dono mittit, qui ipsum ad Asparem remisit.

12. Theodosius minor, Romanorum Imperator. Hic suscepto principatu, quem a patre per successionis ius acceperat, cum esset imbellis, et vitam ignaviae deditam viveret, et pacem pecunia, non armis sibi parasset, multa mala reipublicae Romanae conciliavit. Nam sub eunuchis educatus, ipsis valde obsequens erat ad omnia illorum imperata facienda, adeo ut vel ipsi legionarii milites ipsorum ope indigerent, multaque in civilibus et militaribus ordinibus ac institutis innovarentur, quod ad magistratus non accederent viri, qui eos gerere possent, sed qui aurum suppeditarent,

στρατιωτικοῖς τάγμασι, μὴ παριόντων εἰς τὰς ἀρχὰς ἀνδρῶν τῶν διέπειν ταύτας δυναμένων, ἀλλὰ τῶν χορηγούντων χρυσίον, διὰ τὴν τῶν εὐνούχων πλεονεξίαν, καὶ τῶν Σεβαστιανοῦ δορυφόρων πειρατικὸν συστάντων, ᾧ τόν τε Ἑλλήσποντον καὶ τὴν Προποντίδα διετάραξαν, ἐς τοῦτο τὰ πράγματα ἀτοπίας οἱ εὐνοῦχοι παρεσκεύασαν, ἀποβουκολοῦντες τὸν Θεοδόσιον, ὥσπερ τοὺς παῖδας ἀθύρμασιν, * οὐδὲν ὅ,τι καὶ ἄξιον μνήμης διαπράξασθαι παρεσκεύασαν. ἀλλ' εἰς ν' ἐτῶν ἡλικίαν ἐληλυθὼς, διετέλεσε βαναύσους τέ τινας μετιὼν τέχνας, καὶ θήρᾳ προσκαρτερῶν, ὥστε τοὺς εὐνούχους καὶ τὸν Χρυσάφιον ἔχειν τὸ τῆς βασιλείας κράτος. ὅνπερ ἡ Πουλχερία μετῆλθε τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήσαντος. *Idem s. v.*

ιβ'. Ἀντίοχος ὁ πρωπόσιτος. οὗτος διαβληθεὶς Θεοδοσίῳ τῷ μικρῷ καθῃρέθη τῆς τιμῆς, καὶ δημοσιευθεὶς ἐν τοῖς ἱερεῦσι κατετάγη, διατάξεως ἐκφωνηθείσης παρὰ τοῦ βασιλέως, εὐνοῦχον ἐν τοῖς πατρικίοις μὴ τελεῖν. *Idem s. v. et* πατρίκιος.

ιδ'. Ἀρδαβούριος υἱὸς Ἄσπαρος, γενναῖος τὸν θυμὸν καὶ τοὺς τὴν Θρᾴκην πολλάκις καταδραμόντας βαρβάρους εὐρώστως ἀποκρουσάμενος. τούτῳ οὖν γέρα ἀριστειῶν ὁ βασιλεὺς Μαρκιανὸς παρέσχετο τὴν ἑῴαν στρατοπεδαρχίαν. καταλαβὼν δὲ ἐν εἰρήνῃ ταύτην ὁ στρατηγὸς πρὸς ἄνεσιν ἐτρύπη καὶ ῥᾳστώνην θηλυδριῶτιν. ἔχαιρε γὰρ μίμοις

4. ᾧ add. N. 6. παρήγαγον coni. N.

propter eunuchorum avaritiam, Sebastianique satellites piratarum manum conflassent, qua Hellespontum, et Propontidem perturbarunt. Eo turpitudinis, et infamiae res deduxerunt eunuchi, Theodosium, tanquam pueros, ludicris fallentes, ut effecerint, ne quidquam prorsus memoria dignum gereret. Cum enim ad quinquagesimum aetatis annum pervenisset, quasdam sordidas artes perpetuo sectabatur et exercebat, et venationi operam dabat sedulam, ita ut eunuchi, Chrysaphius inprimis, imperii summam potestatem haberent, summaque rerum potirentur: quem Chrysaphium Pulcheria fratre defuncto ulta est.

12. Antiochus praepositus. Hic apud Theodosium minorem delatus, honore privatus est, et publicatis ipsius bonis in sacerdotum ordinem cooptatus: edicto promulgato, ne eunuchus inter patricios censeretur.

13. Ardaburius, Asparis f., animo generoso praeditus, qui barbaros Thraciam incursionibus vexantes saepe fortiter repulit. Huic igitur fortitudinis praemia Marcianus Imp. orientalem praeturam praebuit. Cum autem hic belli dux hanc provinciam in pace constitutam accepisset, ad otium et muliebrem mollitiem se convertit. Gaudebat enim mimis et praestigiatoribus et omnibus scenicis ludi-

καὶ θαυματοποιοῖς καὶ πᾶσι σκηνικοῖς ἀθύρμασι, καὶ τοῖς τοιούτοις διημερεύων αἰσχροῖς ἠλόγει πάμπαν τῶν πρὸς εὔκλειαν τεινόντων. Μαρκιανοῦ δὲ τοῦ βασιλέως στρατηγοῦ μὲν γεγονότος, θᾶττον δὲ ἐκβεβιωκότος, αὐτοκελεύστῳ γνώμῃ Ἄσπαρ Λέοντα διάδοχον αὐτοῦ γενέσθαι παρεσκεύασεν. *Idem s. v.*

cris, et in huiusmodi foedis rebus vitam degens ea, quae ad gloriam spectabant, omnino negligebat. Cum autem Marcianus Imp. dux quidem belli strenuus esset, sed citius de vita decessisset, Aspar proprio motu effecit, ut Leo ipsius fieret successor.

ΜΑΛΧΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΣ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

ΕΚ ΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΜΑΛΧΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΣ

ΕΚΛΟΓΑΙ ΠΕΡΙ ΠΡΕΣΒΕΩΝ ΕΘΝΩΝ

ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ.

EX HISTORIA

MALCHI RHETORIS

PHILADELPHENSIS

EXCERPTA DE LEGATIONIBUS GENTIUM

AD ROMANOS.

ARGUMENTUM.

Amorcesus Byzantium vocatus a Leone Arabiae parti praeficitur (1). *Theuderichus, Arcadiopoli in deditionem accepta, pacem et foedus cum Leone componit* (2). *Odoacer et Nepos, legationibus eodem tempore Byzantium missis, Zenonis amicitiam ambiunt* (3). *Legati Theuderichi tributum a Romanis petentes cum indignatione remittuntur* (4). *Honorichus legatos de pace mittit ad Zenonem* (5). *Utroque Theudericho foedere inter se coniunctis, Zeno bellum acriter contra eos susceptum brevi omittit* (6).

α'. Ὅτι ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Λέ- A. C. 473
οντος τοῦ Μακέλλη, πάντων πανταχόθεν τεταράχθαι δοκούν- P. 91
των, ἀφικνεῖταί τις τῶν σκηνιτῶν Ἀράβων, οὓς καλοῦσι Σα- V. 62

1. Septimo decimo imperii Leonis Macelli anno, cum ingens undique rerum perturbatio esse videretur, advenit quidam Arabum scenitarum, quos vocant Saracenos, sacerdos eorum, qui sunt apud

A.C. 473 Ind. 11 Leon. 17 ῥακηνούς, ἱερεὺς τῶν παρ' ἐκείνοις Χριστιανῶν, ἐξ αἰτίας τοιαύτης. Πέρσαι καὶ Ῥωμαῖοι σπονδὰς ἐποιήσαντο, ὅτε ὁ μέγιστος πρὸς αὐτοὺς ἐπὶ Θεοδοσίου συνεῤῥάγη πόλεμος, μὴ προσδέχεσθαι τοὺς ὑποσπόνδους Σαρακηνούς, εἴ τις ἐς ἀπόστασιν νεωτερίσαι προέλοιτο. ἐν δὲ τοῖς Πέρσαις ἦν ὁ Ἀμόρκεσος τοῦ Νοκαλίου γένους· καὶ εἴτε τιμῆς οὐ τυγχάνων ἐν τῇ Περσίδι γῇ, ἢ ἄλλως τὴν Ῥωμαίων χώραν βελτίω νενομικώς, ἐκλιπὼν τὴν Περσίδα εἰς τὴν γείτονα Πέρσαις Ἀραβίαν ἐλαύνει. κἀντεῦθεν ὁρμώμενος προνομὰς ἐποιεῖτο P. 92 καὶ πολέμους Ῥωμαίων μὲν οὐδενί, τοῖς δὲ ἀεὶ ἐν ποσὶν εὑρισκομένοις Σαρακηνοῖς. ἀφ' ὧν καὶ τὴν δύναμιν αὔξων προῄει κατὰ μικρόν. μίαν δὲ τῶν Ῥωμαίων παρεσπάσατο νῆσον Ἰωτάβην ὄνομα· καὶ τοὺς δεκατηλόγους ἐκβαλὼν τῶν Ῥωμαίων αὐτὸς ἔσχε τὴν νῆσον, καὶ τὰ τέλη ταύτης λαμβάνων χρημάτων εὐπόρησεν οὐκ ὀλίγων ἐντεῦθεν. καὶ ἄλλας δὲ ὁ αὐτὸς Ἀμόρκεσος τῶν πλησίον ἀφελόμενος κωμῶν, ἐπεθύμει Ῥωμαίοις ὑπόσπονδος γενέσθαι καὶ φύλαρχος τῶν κατὰ Πετραίαν B ὑπὸ Ῥωμαίοις ὄντων Σαρακηνῶν. πέμπει οὖν πρὸς Λέοντα τὸν βασιλέα Ῥωμαίων Πέτρον ἐπίσκοπον τῆς φυλῆς τῆς ἑαυτοῦ, εἴπως δύναιτο ταῦτα πείσας ποτὲ διαπράξασθαι. ὡς δ' ἀφίκετο καὶ διελέχθη τῷ βασιλεῖ, δέχεται τοὺς λόγους ὁ βασιλεύς, καὶ μετάπεμπτον εὐθὺς ποιεῖται τὸν Ἀμόρκεσον

11. ἀφ' B., ἐφ' vulg. 17. κατὰ B., ἐπὶ Val., ὑπὸ vulg.

eos Christiani; eius adventus haec fuit causa. Cum tempore Theodosii exortum esset inter Persas et Romanos maximum bellum, foedere rem transegerunt. Eo foedere cavebatur, ne alterutri admitterent Saracenos, qui in eorum fide et ditione essent, si forte quis deficiens res novas moliri tentaret. Apud Persas erat Amorcesus genere Nocalius: is, sive quod nullo honore apud eos haberetur, sive Romanorum regionem incolere potius duceret, Persidem relinquens, in vicinam Persis Arabiam migravit. Hinc excurrens, rapinas et cetera hostilia exercebat in Romanorum quidem neminem, sed in Saracenos, quos passim ante pedes suos offendebat. Sic potentiam suam augens, paulatim crevit, et unam ex insulis, quae Romanis parebant, sibi subiecit Iotabem nomine, qua, expulsis decimarum exactoribus, potitus est. Itaque tributa colligens, eum etiam ex proximis vicis multas praedas egisset, non parvam pecuniarum summam sibi paravit. Deinde Romanorum confoederatus et Saracenorum, qui in Arabia Petraea sub Romanis degunt, princeps esse magnopere cupiebat. Quamobrem ad Leonem Imperatorem mittit Petrum, eius gentis episcopum, qui, si qua ratione posset, ab Imperatore haec impetraret. Ut venit, et eum Imperatore verba fecit, sermones eius Imperator excipit, et Amorcesum statim ad se vocat.

ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν, ἀβουλότατα τοῦτο διανοησάμενος καὶ A. C. 473 ποιήσας. εἰ γὰρ δὴ καὶ φύλαρχον χειροτονῆσαι προῄρητο, Ind. 11 Leon. 17 ἔδει πόῤῥωθεν ὄντι τῷ Ἀμορκέσῳ τοῦτο προστάξαι, ἕως καὶ τὰ Ῥωμαίων ἐνόμιζε φοβερὰ, καὶ τοῖς ἄρχουσιν ἀεὶ τοῖς τυχοῦσι Ῥωμαίων ἔμελλεν ἥκειν ὑποπεπτηχὼς, καὶ τήν γε προσηγορίαν βασιλέως ἀκούων αὐτήν. καὶ γὰρ διὰ πολλοῦ C κρεῖττόν τι τῶν ἀνθρώπων εἶναι τῶν ἄλλων ἐνόμιζε. νῦν δὲ πρῶτον μὲν αὐτὸν διὰ πόλεων ἦγεν, ἃς ἔμελλεν ὄψεσθαι τρυφῆς μόνον γεμούσας, ὅπλοις δὲ οὐ χρωμένας· ἔπειτα δὲ, ὡς οὖν ἦλθεν ἐς Βυζάντιον, δέχεται παρὰ τοῦ βασιλέως ἀσμένως, καὶ τραπέζης κοινωνὸν βασιλικῆς ἐποιήσατο, καὶ βουλῆς προκειμένης μετὰ τῆς γερουσίας συμπαρεῖναι ἐποίει. καὶ τό γε δὴ αἴσχιστον ὄνειδος τῶν Ῥωμαίων, ὅτι καθέδραν αὐτῷ τὴν πρωτοπατρικίων ἀποδοθῆναι ἐκέλευσε σχηματισάμενος ὁ βασιλεὺς, ὅτι δὴ Χριστιανὸς ἀνεπείσθη γενέσθαι· καὶ τέλος ἀπέπεμψεν αὐτὸν, ἰδίᾳ μὲν παρ' αὐτοῦ εἰκόνα τινὰ χρυσῆν καὶ κατάλιθον λαβὼν, σφόδρα τε οὖσαν πολυτελῆ, καὶ τῶν D ἄλλων κελεύσας ἕκαστον εἰσενεγκεῖν, ὅσοι ἐτέλουν ἐς τὴν βουλήν. τὴν δὲ νῆσον ἐκείνην, ἧς ἐμνήσθημεν πρόσθεν, οὐ μόνον κατέλιπεν αὐτῷ ἔχειν βεβαίως, ἀλλὰ καὶ ἄλλας αὐτῷ κώμας προσέθηκε πλείονας. ταῦτα παρασχὼν Ἀμορκέσῳ ὁ Λέων καὶ τῶν φυλῶν ἄρχοντα, ὧν ἤθελε, ποιήσας, ἀπέ- V. 63

6. διὰ] δὴ coni. Val. 11. Ante καὶ inser. ὃς N. 16. ἰδίᾳ B., ἰδίαν vulg. 17. λαβόντα coni. N.

Quae sane inconsultissime et sensit et fecit. Etenim, si ipsum eius gentis principem creare constituisset, oportuerat eum e longinquo hoc mandare, ut Romanorum imperium illi semper formidini esset, et ad solum nomen Imperatoris, quibuslibet Romanorum magistratibus ad se accedentibus, tremeret. Nam remotiora homines et potentiora habere solent. At ille hominem per urbes circumduxit, quas visurus erat armis vacuas et deliciis plenas. Hunc, ut Byzantium venit, Imperator benigne excipit, et regiae mensae participem fecit, Senatui quoque, quem indixit, interesse, et illi, quod foedissimum Romanorum probrum fuit, sellam iuxta se poui ante omnes patricios iussit, ficta causa, quod Christianus fieri persuasus esset. Postremo dimisit eum, postquam ipse imaginem auream, magnifice gemmis exornatam, ei donaverat, et in eum etiam omnes, qui in senatum erant adscripti, alia munera conferre iussit. Insulam vero, cuius supra mentionem fecimus, non solum eius potestati permisit, ut eam sine controversia possideret: sed et plures alios vicos adiecit. Quum his illum beneficiis ornasset et phylarchum, ut optaverat, constituisset, elatum et superbientem

A. C. 473 Ind. 11 Leon. 17 πεμψεν ὑψηλὸν, καὶ ὅσος οὐκ ἔμελλε τοῖς δεξαμένοις λυσιτελεῖν.

β. Ὅτι ὁ αὐτὸς Λέων βασιλεὺς ἀπέστειλε πρὸς τοὺς ἐν τῇ Θρᾴκῃ βαρβάρους πρεσβευτὴν Τελόγιον τὸν σιλεντιάριον. οἱ δὲ βάρβαροι τοῦτον ἀσμένως δεξάμενοι ἀντιπέμπουσι πρέσβεις πρὸς τὸν βασιλέα, φίλοι Ῥωμαίων εἶναι βουλόμενοι. ᾐτήσαντο δὲ τρία, πρῶτον Θευδέριχον τὸν κατάρχοντα αὐτῶν τὴν κληρονομίαν ἀπολαβεῖν, ἣν ἀφῆκεν αὐτῷ P. 93 Ἄσπαρ, δεύτερον νέμεσθαι τὴν Θρᾴκην συγχωρηθῆναι αὐτῷ, τρίτον καὶ στρατηλάτην γενέσθαι τῶν ταγμάτων, ὧνπερ καὶ Ἄσπαρ ἡγήσατο. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς πρὸς τὰ δύο παντελῶς ἀπείπατο, μόνον δὲ περὶ τῆς στρατηγίας κατένευσεν, εἰ φίλος αὐτοῦ γένηται ἀδόλως. καὶ οὕτω τοὺς πρέσβεις ἀπέπεμψεν. ὁ δὲ Θευδέριχος ὁ τῶν βαρβάρων ἀρχηγὸς, τοὺς πρέσβεις αὐτοῦ δεξάμενος ἐκ τοῦ βασιλέως ἀπράκτους, τὸ μὲν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἐς Φιλίππους ἐκπέμπει, τῷ δὲ προσεκάθητο τὴν Ἀρκαδιούπολιν μηχανῇ πάσῃ πολιορκῶν. καὶ ταύτην παραλαμβάνει οὐχ ὅπλοις, ἀλλὰ λιμῷ τοὺς ἔνδον τοῦ B ἄστεος ἰσχυρῶς στενοχωρήσαντι. καὶ γὰρ καὶ ἵππων καὶ ὑποζυγίων καὶ νεκρῶν σωμάτων ἥψαντο, καρτεροῦντες εἴ ποθεν αὐτοῖς ἔλθοι βοήθεια. τῆς δὲ μὴ παρούσης, ἀπήλπισαν καὶ ἐνέδωκαν. οἱ δὲ ἐκπεμφθέντες ἐπὶ Φιλίππους τὰ πρὸ τοῦ

4. *Τελόγιον*] *Πελάγιον* vel *Εὐλόγιον* coni. N. 7. *πρῶτον ἵνα Θευδ.* vulg. 13. *ἀδόλως* B., *ἄδολος* vulg. 22. *ἐνέδωκαν* N., *συνέδωκαν* vulg.

et talem, qui non esset iis, qui benigne eum exceperant, profuturus, dimisit.

2. Leo Imperator misit Pelagium silentiarium legatum ad barbaros, qui in Thracia erant. At barbari lubenti animo legatum exceperunt, et legatos quoque ad Imperatorem, Romanorum amici esse cupientes, miserunt, per quos tria ab eo petierunt: primum ut Theuderichus, eorum dux, omni hereditate, quam illi reliquerat Aspar, frueretur: secundum, ut liceret illi in Thracia habitare: tertium, ut et eorum ordinum, quorum Aspar fuerat, dux esset. Prima duo omnino denegavit Imperator. Solum tertium, ut dux fieret, dummodo sine fraude eius amicus esset, concessit, et ita legatos dimisit. Sed Theuderichus, barbarorum princeps, ubi legatos suos ab Imperatore re infecta reversos excepit, suarum copiarum partem Philippos misit: cum altera parte Arcadiopolim omni apparatu oppugnaturus obsedit. Neque tamen eam armis cepit, sed fame, quae oppidanos adeo premebat, ut equis et aliis iumentis et mortuorum corporibus, exspectantes, si qua ex parte auxilium adveniret, vescerentur. Quo non adveniente, in extremam desperationem ad-

ἄστεος ἐνέπρησαν μόνον, οὐδὲν δὲ ἄλλο δεινὸν εἰργάσαντο. A. C. 473
καὶ τούτων οὕτω λυμαινομένων τὴν Θρᾴκην, ὅμως καὶ αὐτοὶ Ind. 11
οἱ βάρβαροι ὑπὸ τοῦ λιμοῦ συνεχόμενοι πρεσβείαν πέμπουσι Leon. 17
περὶ εἰρήνης πρὸς τὸν βασιλέα. καὶ γίνεται ἡ σύμβασις τῶν
ὅρκων ἐπὶ τούτοις, τοῖς μὲν Γότθοις δίδοσθαι κατ' ἔτος χρυ-
σίου λίτρας δισχιλίας, τὸν δὲ Θευδέριχον καθίστασθαι στρα- C
τηγὸν δύο στρατηγιῶν τῶν ἀμφὶ βασιλέα, αἵπερ εἰσὶ μέγισται
εἰς τὴν ἑτέραν γῆν· αὐτῶν δὲ τῶν Γότθων αὐτοκράτορα
εἶναι, καὶ μηδένας ἐξ αὐτῶν ἀποστῆναι θέλοντας τὸν βασι-
λέα δέχεσθαι. συμμαχεῖν δὲ τῷ βασιλεῖ εἰς πᾶν, ὅ,τι κε-
λεύει, πλὴν ἐπὶ μόνων τῶν Βανδήλων.

γ'. Ὅτι ὁ Αὔγουστος ὁ τοῦ Ὀρέστου υἱὸς ἀκούσας Ζή- A. C. 476
νωνα πάλιν τὴν βασιλείαν ἀνακεκτῆσθαι τῆς ἕω, τὸν Βασι- Ind. 14
λίσκον ἐλάσαντα, ἠνάγκασε τὴν βουλὴν ἀποστεῖλαι πρεσβείαν Zenon. 3
Ζήνωνι σημαίνουσαν, ὡς ἰδίας μὲν αὐτοῖς βασιλείας οὐ δέοι,
κοινὸς δὲ ἀποχρήσει μόνος ὢν αὐτοκράτωρ ἐπ' ἀμφοτέροις
τοῖς πέρασι. τὸν μέντοι Ὀδόαχον ὑπ' αὐτῶν προβεβλῆσθαι
ἱκανὸν ὄντα σώζειν τὰ παρ' αὐτοῖς πράγματα, πολιτικὴν ἔ- D
χοντα σύνεσιν ὁμοῦ καὶ μάχιμον· καὶ δεῖσθαι τοῦ Ζήνωνος
πατρικίου τε αὐτῷ ἀποστεῖλαι ἀξίαν, καὶ τὴν τῶν Ἰταλῶν

8. εἰς τὴν ἑτέραν γῆν] εἰς τὴν σφετέραν γῆν Val., idque post θέλοντας. αὐτὸν vulg. 12. ὁ Αὔγ. ὁ τ. Ὀ. υἱ. male, culpa eclogarii, pro Odoacro. N. 19. μάχιμον] ὄντα add. N. 20. τε B., δὲ vulg.

ducti deditionem fecerunt. Qui vero missi erant Philippos solum ea, quae circa urbem erant, combusserunt, neque quicquam praeterea atrox aut grave commiserunt. His ita in Thracia grassantibus, nihilo secius ipsi barbari fame coacti legatos ad Imperatorem miserunt, qui de pace agerent, quae his conditionibus est facta: ut duo millia librarum auri Gothis singulis annis penderentur: Theudérichus magister equitum et peditum praesentis militiae constitueretur, quae dignitas maxima habetur, ipsorumque rex Gothorum esset, neque quisquam eorum, qui ab eo deficere voluerint, ab Imperatore in regionem suam admitteretur; denique ut contra quemcumque voluerit Imperator, exceptis Vandalis, a parte Imperatoris pugnaret.

3. Augustus, Orestis filius, ut audivit, Zenonem iterum Orientis imperium, expulso Basilisco, recuperasse, senatum veteris Romae legationem ad Zenonem mittere coegit, quae illi significaret, proprio Imperatore se non indigere. Unum Imperatorem sufficere, qui utriusque Imperii fines tueretur: Odoacrum se elegisse, qui hanc partem tutam praestaret. Hunc enim et scientia reipublicae administrandae, et rei militaris peritia praestare. Itaque orare, ut illum Zeno patriciatus dignitate ornet, et Italiam regendam ei committat.

A. C. 476 τούτῳ ἐφεῖναι διοίκησιν. ἀφικνοῦνται δὴ ἄνδρες τῆς βου-
Ind. 14 Zenon. 3 λῆς τῆς ἐν Ῥώμῃ τούτους ἐς Βυζάντιον κομίζοντες τοὺς λό-
γους, καὶ ταῖς αὐταῖς ἡμέραις ἐκ τοῦ Νέπωτος ἄγγελοι, τῶν
τε γεγενημένων συνησθησόμενοι τῷ Ζήνωνι, καὶ δεόμενοι ἅμα
ταῖς ἴσαις τῷ Νέπωτι συμφοραῖς χρησαμένῳ συσπουδάσαι
προθύμως βασιλείας ἀνάκτησιν, χρήματά τε καὶ στρατὸν ἐπὶ
ταῦτα διδόντα, καὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς δέοι, συνεκπονοῦντα τὴν
P. 94 κάθοδον. ταῦτά τε λέξοντας ὁ Νέπως ἀπέστελλεν. Ζήνων
δὲ τοῖς ἥκουσι, τοῖς μὲν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἀπεκρίνατο ταῦτα,
ὡς δύο ἐκ τῆς ἕω βασιλέας λαβόντες τὸν μὲν ἐξηλάκασιν,
Ἀνθέμιον δὲ ἀπέκτειναν· καὶ νῦν τὸ ποιητέον αὐτοὺς ἔφη
γινώσκειν· οὐ γὰρ ἂν βασιλέως ἔτι ὄντος ἑτέραν ἡγήσεσθαι
γνώμην ἢ κατιόντα προσδέχεσθαι. τοῖς δὲ ἐκ τοῦ βαρβάρου
ὅτι καλῶς πράξοι παρὰ τοῦ βασιλέως Νέπωτος τὴν ἀξίαν
τοῦ πατρικίου δεξάμενος Ὀδόαχος. ἐκπέμψειν γὰρ αὐτὸν,
εἰ μὴ Νέπως ἐπεφθάκει. ἐπαινεῖν δὲ, ὡς ἀρχὴν ἐπιδέδει-
B χται ταύτην τοῦ τὸν κόσμον φυλάττειν τὸν τοῖς Ῥωμαίοις
προσήκοντα· καὶ πιστεύειν ἐντεῦθεν, ὡς καὶ τὸν βασιλέα τὸν
ταῦτα τιμήσαντα καταδέξοιτο θᾶττον, εἰ ποιεῖν θέλοι τὰ δί-
καια. καὶ βασίλειον γράμμα περὶ ὧν ἠβούλετο πέμπων τῷ
V. 64 Ὀδοάχῳ, πατρίκιον ἐν τούτῳ τῷ γράμματι ἐπωνόμασε. ταῦ-
τα δὲ συνεσπούδαζε τῷ Νέπωτι ὁ Ζήνων ἐκ τῶν ἑαυτοῦ κα-

4. συνησθησόμενοι Cantocl., συνθησόμενοι vulg. 12. εἰσηγήσεσθαι coni. B. 13. κατιόντα Val., κατιόντι vulg. 14. πράξοιε vulg.

Profecti sunt igitur ex senatu Romano viri, qui hos sermones Byzantium deferrent. Iisdem diebus venerunt et a Nepote nuntii, qui Zenoni restitutum imperium gratularentur, et ipsum obtestarentur, ut omni opera et studio illum, qui eodem tempore eodem, quo ipse, casu afflictus esset, in recipiendo imperio adiuvaret, et pecunias et exercitus et alia, quae opus forent, suppeditaret, quo illi reditum ad pristinam fortunam pararet. Haec qui dicerent Nepos misit. At Zeno his, qui venerant, haec responsa dedit: senatoribus, illos ex duobus quos ab Oriente accepissent, Imperatoribus unum expulisse, et Anthemium occidisse. Nunc quid sibi facto opus esset, ipsos dixit perspicere. Imperatore enim superstite non aliam debere valere sententiam, quam ut illum redeuntem exciperent. Ad ea vero, quae barbarus nuntiarat: recte et iuste facturum, si a Nepote Imperatore Odoacer patriciatus dignitatem susciperet. Eam se illi missurum, nisi Nepos praevenerit. Laudare se eum, quod iam morem Romanis convenientem servare inceperit ideoque confidere, fore, ut Imperatorem, qui illum hoc honore affecerit, si quidem iusta facere vellet, quam primum reciperet. Et in litteris regiis, quibus Odoacro voluntatem suam significaret, eum patricium nominavit. Quae Zeno

κῶν τὰ ἐκείνου οἰκτείρων καὶ τό γε κοινὸν τῆς τύχης εἰς ὑπό- A. C. 476
θεσιν ἔχων τῷ δυστυχοῦντι συνάχθεσθαι. ἅμα δὲ καὶ Βη- Ind. 14 Zenon. 3
ρίνα συνεπώτρυνε τοῦτον, τῇ Νέπωτος γυναικὶ συγγενεῖ οὔ-
σῃ συσπεύδουσα.

δ'. Ὅτι ἐν τῷ ἑξῆς ἔτει ἐπὶ Ζήνωνος πρέσβεις ἦλθον A. C. 477
ἐκ Θράκης τῶν ὑποσπόνδων Γότθων, οὓς δὴ καὶ φοιδερά- Ind. 15 Zenon. 4
τους οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν, ἀξιοῦντες Ζήνωνα Θευδερίχῳ C
σπείσασθαι τῷ παιδὶ Τριαρίου, ἥσυχον ἐθέλοντι διεξάγειν
τὸν βίον καὶ μηδένα πόλεμον τοῖς κοινοῖς αἱρεσθαι πράγμα-
σιν. ἠξίουν δὲ καὶ σκοπεῖν, ὅσα πολέμιος ὢν κατέβλαψε Ῥω-
μαίους, καὶ ὅσα Θευδέριχος ὁ τοῦ Βαλαμήρου παῖς στρα-
τηγὸς ὢν καὶ φίλος ταῖς πόλεσιν ἐλυμήνατο, καὶ μὴ νῦν ἀ-
πεχθείας παλαιὰς ὁρᾷν μᾶλλον, ἢ ὅπως τι τῷ κοινῷ γένοιτο
παντελῶς ὠφέλιμον. εὐθὺς οὖν ὁ βασιλεὺς τὴν βουλὴν συγκα-
λέσας γνώμην αὐτοῖς προὔθηκεν ὅ,τι δέοι ποιῆσαι. οἱ δὲ D
ἀμφοτέροις μὲν οὐκ ἔφασαν ἱκανὸν τὸ δημόσιον εἶναι συντά-
ξεις τε καὶ μισθὸν ἐπαρκέσαι προχείρως, ὁπότε γε μηδὲ αὐ-
τοῖς μόνοις τοῖς στρατιώταις ἀμέμπτους ὑποτελεῖν τὰς χορη-
γίας δυνάμεθα. ὁπότερον δὲ αὐτῶν δεῖ φίλον προελέσθαι,
τοσούτου κύριον αὐτὸν βασιλέα καθίστασθαι. ὁ δὲ ἐπὶ τὴν αὐλὴν
τούς τε κατὰ τὴν πόλιν στρατιώτας κελεύσας καὶ τὰς σχολὰς

1. τό γε N., καὶ τὸ Val., τόν τε vulg. 8. Τριβρίου vulg. διεξάγειν B., διεπάγειν vulg. καθίστασθαι H., καθίστασαι vulg. 21. καλέσας Val.

Nepotis causa instituit, propter sua Nepotis malorum miseritus, et communem hominum sortem reputans ad aliorum commiserationem adductus. Eo quoque illum impulit Verina, quae Nepotis uxori, cuius erat consanguinea, favebat.

4. Insequenti anno Zenonem legati a Gothis adierunt, qui in Thracia consederant et foedere cum Romanis coniuncti erant: hos foederatos Romani vocant. Orabant, ut reconciliari vellet Theudericho, Triarii filio, cui nihil esset optatius, quam tranquillam et quietam vitam ducere neque armis rempublicam vexare. Illud etiam eum considerare iusserunt, quanta mala ipse, cum hostis exstitisset, Romanorum rebus attulisset, et quot urbes Theuderichus, Balameri filius, qui dux et amicus appellatus esset, evertisset; neque tam veterem inimicitiam respiciendam esse, quam communem omnium utilitatem. Confestim igitur Imperator senatum convocavit, et haec illis proposuit, ut sibi consilium darent, quid facto opus esset. Senatores vero dixerunt, reditus publicos minime sufficere ad stipendia prompte utrisque suppeditanda, quum ne tum quidem militibus victus commode praestari posset. Cum quo vero ex duobus amicitiam instituere praestaret, id in solius Imperatoris arbitrio consistere. In aulam quoque convocatis militibus et omnibus scholis, ascenso sug-

A. C. 477 ἀπάσας, ἀναβὰς ἐπὶ βῆμα πολλὰ τοῦ Θευδερίχου κατηγόρει,
Ind. 15 ἐν τούτοις ὅπως τε τοῖς Ῥωμαίοις ἐχθρὸς ἄνωθεν εἴη, καὶ
Zenon. 4 ὡς ἐλυμήνατο τοῖς τὴν Θρᾴκην οἰκοῦσι, χεῖράς τε ἀποτέ-
μνων ἅμα τῷ Ἁρματίῳ καὶ τὸ γεωργοῦν ἅπαν ποιήσας ἀνά-
στατον· ὅπως τε τυραννίδα πάλιν ἐπὶ τοῖς κοινοῖς τὴν Βα-
P. 95 σιλίσκου ἐπήγειρε, καὶ ὡς τοὺς στρατιώτας ἐκεῖνον ἀνέπει-
σεν ἐκ ποδῶν ποιήσασθαι, ὡς τῶν Γότθων ἀρκούντων. καὶ
νῦν δὴ πρεσβεύεσθαι οὐκ εἰρήνης γε μᾶλλον, ἢ στρατηγίας
δεόμενον. „ἣν οὖν ἔχετε γνώμην καὶ ὑμεῖς περὶ τούτων,
ταύτην", ἔφη, „παρ' ὑμῶν ἀκοῦσαι βουλόμενος νυνὶ παρεκάλε-
σα, εἰδὼς τῶν βασιλέων τούτους ἀσφαλῶς πράττειν, οἳ ἂν
τὰ βουλεύματα τοῖς στρατιώταις κοινώσουσιν." οἱ δὲ ἧς κα-
τέτεινε κατηγορίας ἀκούσαντες καὶ ἐκ ταύτης διδαχθέντες ὃ
χρῆν ἀποκρίνασθαι, πάντες ἀνεβόησαν, ἐχθρὸν εἶναι Ῥωμαίοις
Θευδέριχον καὶ πάντας εἴ τις ἐκείνῳ συνέστηκεν. οὐ μέντοι
τοῖς πρέσβεσι ταύτην εὐθὺς ἔδωκεν ἀπόκρισιν ὁ Ζήνων, ἀλλ'
B ἐπεῖχεν, ἕως τὸ πλέον ἀκούσει τῶν ἔξωθεν. ἐν τούτῳ δὲ
γράφοντες τὰ ἔνδον γινόμενα τῶν ἐν τῇ πόλει τινὲς τῷ Θευ-
δερίχῳ ἑάλωσαν, Ἄνθιμός τε ἰατρὸς καὶ Μαρκελλῖνος καὶ
Στέφανος. καὶ οὐ μόνον ἑαυτῶν ἐπιστολὰς ἔπεμπον, ἀλλὰ
καὶ τῶν ἐν τέλει πλαττόμενοι γράμματα ἐκείνῳ ἐπέστελλον,

4. γεωργοῦν H., γεωργὸν vulg. 21. ἀπέστελλον coni. B.

gestu, multa de Theudericho questus est, maxime quod lampridem Romanorum hostis exstitisset, quod Thraciae incolas depraedatus fuisset, quod Harmatio manus amputasset; quod omne agricolarum genus sedibus suis expulisset, quod Basilisci tyrannidem in rem publicam invexisset, deinde ad eiusdem caedem milites instigasset, tanquam soli Gothi sufficerent. Et nunc legatos ad se mittere, non tam ut pacem, quam ut exercitus imperium postularet. „Nunc igitur", inquit, „quam sententiam super his dicturi sitis, audire cupiens, vos huc convocavi: scio enim, eos Imperatores tuto suas res agere, qui sua consilia cum exercitibus communicant." At illi, accusationibus, quas in Theudericum Imperator intenderat, auditis, satis ex ipsa accusatione, quid sibi respondendum esset, percipientes, acclamaverunt omnes, Romanorum hostem esse Theudericum et omnes, qui illi faverent et ad eius causam se adiungerent. Et hoc quidem responsum Zeno non e vestigio legatis dedit, sed exspectabat, donec exploratius, quomodo se haberent ea, quae foris gerebantur, sciret. Interea comprehensi sunt qui ea, quae in urbe facta erant, ad Theuderichum scripserant, Anthimus medicus, Marcellinus et Stephanus, et non solum suas ipsorum litteras, sed etiam magistratuum quorumdam supposititias ad eum miserunt, quibus iubebant illum bono animo esse, tanquam multos suarum partium fautores

A. C. 477 Ind. 15 Zenon. 4

θαρσύνειν βουλόμενοι, ὡς ἱκανοὺς ἔχοντα τοὺς συμπράττοντας ἔνδον. καὶ τρεῖς τῶν ἀπὸ βουλῆς, τοῦ μαγίστρου παρόντος, ἐξετάσαντες ταῦτα, καὶ πληγὰς τὰ σώματα πολλὰς ἐπιθέμενοι, φυγὴν εἰσάπαξ ἐπέθηκαν. δῆθεν γὰρ ἀπέχεσθαι θανάτου καὶ σφαγῶν δοκεῖν ὁ Ζήνων ἐβούλετο. C

Eod. A. C. vel 478 Ind. 1 Zenon. 5

έ. Ὅτι τῷ αὐτῷ ἔτει πρέσβεις ἐκ Καρχηδόνος ἐς Βυζάντιον ἦλθον, οὓς Ἀλέξανδρος ἦγεν ὁ τῆς Ὀλυβρίου γυναικὸς ἐπίτροπος· ὃς ἐτύγχανε πεμφθεὶς ὑπὸ Ζήνωνος πάλαι, συνθελούσης καὶ αὐτῆς τοῦτο τῆς Πλακιδίας. ἔλεγον δὲ οἱ πρέσβεις, ὅτι Ὁνώριχος φίλος τε τῷ βασιλεῖ καθεστήκοι ἀδόλως, καὶ στέργοι τὰ Ῥωμαίων, καὶ ἀφίησι πάντα, ἃ πρόσθεν ἐνεκάλει περί τε τῶν προσόδων καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων, ἃ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς προειλήφει ὁ Λέων, καὶ ὅσα τῶν ἐμπόρων τῶν ἐκ τῆς Καρχηδόνος ἄρτι καθισταμένου τοῦ πολέμου ἐλήφθη, καὶ εἴ τι ἄλλο πάλαι ὁ πατὴρ πρὸς Ῥωμαίους ὁπωσοῦν ἔσχεν αἰτίαν· τήν τε εἰρήνην ἔχειν ἀξιοίη βεβαίαν, καὶ μηδὲν εἶναι λοιπὸν D τοῖς Ῥωμαίοις ὕποπτος τῷ μὴ οὐχὶ γνησίως τὰς σπονδὰς ἐμπεδώσειν, καὶ ὅσα ἤδη συνέκειτο. εἰδέναι γὰρ χάριν, ὅτι τὴν Ὀλυβρίου τετιμήκοι γυναῖκα· καὶ ταῦτα πυθόμενος πάντα ἕτοιμος ἦν βασιλεῖ πράττειν, ἃ βούλοιτο. ἦν δὲ τοῦτο πρόσχημα εὐπρεπὲς τῷ λόγῳ, ἐπεὶ τό γε ἀληθὲς πᾶσαν ἐδε- V. 65

3. πολλὰς B., πολλοῖς vulg. 7. Ὀλυβρίου Val., ἀλυαρίου vulg. 18. ἐκπεδώσειν et 19. πειθόμενος vulg. 20. ἃ H., ᾧ vulg. 21. εὐπρεπὲς Val., εὐπρεπεῖ vulg.

intra urbem esset habiturus. Tres ex senatu praesente magistro de his quaestionem habuerunt, quos multis illatis plagis perpetuo exilio condemnarunt. Quippe suppliciis Zeno et caedibus abstinere videri volebat.

5. Eodem quoque anno legati a Carthagine Byzantium venerunt, quos Alexander, uxoris Olybrii procurator, ducebat, qui iam olim a Zenone, Placidia consentiente, missus fuerat. Dicebant vero legati, Honorichum velle cum Imperatore sine fraude amicitiam contrahere et Romanorum partes amplecti. Quae antea repetiisset de reditibus et pecuniis uxoris suae, quae Leo ipsi praeripuisset, quaeque mercatoribus Carthaginiensibus per bellum, quod nuper fuerat, rapta et ablata essent, et in universum ea, de quibus pater eius cum Romanis litigasset, remittere et condonare. Firmam et stabilem pacem petere, neque quicquam suspicionis Romanis relinquere statuisse, quominus pax et foedus sine fraude componeretur: multam quoque gratiam habere Imperatori, quod Olybrii uxorem honore affecerit, quod quia intellexerit, adduci, ut omnia, quae Imperator voluerit, facere paratus sit. Ista vero ad speciem tantum conficta erant: revera enim quamvis belli occasionem timebant. Etenim post mortem Genserici

A. C. 477 δοίκεσαν ὑποψίαν πολέμου, καὶ μετὰ τὸν θάνατον Γινζιρίχου
vel 478 πεσόντες ἐς πᾶσαν μαλακίαν οὔτε τὴν αὐτὴν ῥώμην ἐς πρά-
Ind. 1
Zenon. 5 γματα ἔσχον, οὔτε τὰς αὐτὰς ἔτι συνεῖχον παρασκευάς, ἃς
ἐκεῖνος πρὸς πᾶσαν πρᾶξιν εἶχεν ἐφόρμους, ὡς θᾶττον ἀεὶ
P. 96 πράττειν, ἢ ὡς ἂν ἄλλος βουλεύσαιτο. δεξάμενος δὲ αὐτοὺς
φιλοφρόνως ὁ Ζήνων τιμῆς μὲν ἠξίωσε δεούσης τοὺς πρέ-
σβεις, καὶ δώροις ἀπέπεμψε τοῖς πρέπουσι κοσμήσας, Ἀλέ-
ξανδρον δὲ ποιεῖ τῶν πριβάτων κόμητα.

A. C. 479 ς΄. Ὅτι συνθήκας πρὸς ἀλλήλους ποιησάμενοι Θευδέρι-
Ind. 2
Zenon. 6 χος καὶ ὁ Τριαρίου οἱ Γότθοι μὴ πολεμεῖν ἀλλήλοις, πέμ-
πουσιν ἄμφω πρέσβεις ἐπὶ τὸ Βυζάντιον, ὁ μὲν τοῦ Βαλα-
μήρου τῷ βασιλεῖ ἐγκαλῶν, ὅτι προδεδομένος ὑπ' ἐκείνου τυγ-
χάνει, καὶ ὡς τῶν συντεθέντων οὐδὲν εὑρὼν ἀληθὲς Θευδε-
B ρίχῳ συμβαίη, αἰτῶν δὲ χώραν αὐτῷ, ἐν ᾗ μένοι, δοθῆναι,
καὶ σῖτον, ὅστις αὐτῷ καὶ μέχρι καρποῦ τὸν στρατὸν ἐξαρκέ-
σει διάγειν, καὶ τοὺς προαγωγέας τῶν λημμάτων τῆς ἀρχῆς,
οὓς δομεστίκους καλοῦσι Ῥωμαῖοι, ἐκπέμπειν ὡς τάχιστα,
λόγον διδόντας ὧν ἔλαβον· ἢ μὴ ταῦτα ποιουμένων πρὸς
αὐτὸν τῶν Ῥωμαίων, οὐ δυνήσεσθαι αὐτὸς πολὺν ὄχλον κα-
τέχειν τοῦ μὴ ὅθεν δύναιντο δι' ἁρπαγῆς ἑαυτοῖς ἐπανορ-
θοῦσθαι τὴν ἔνδειαν. ταῦτα μὲν ὁ ἕτερος Θευδέριχος ἐλε-

5. ἄλλος βουλεύσαιτο B., ἄλλοι βουλεύσαιντο Val., ἄλλοις βουλεύσαιντο vulg. 10. Τριάριος vulg. 18. ἢ Val., εἰ vulg. 20. τοῦ N., τῷ vulg.

in omnem mollitiem devenerant; neque pristina fortitudine ad bella gerenda vigebant, neque eosdem exercitus alebant, quos Gensericus ad omnes occasiones instructos habebat, ut semper celeritate exsequendi aliorum consilia praeveniret et antevorteret. Legatos Zeno liberaliter excepit et honore debito est prosecutus, et muneribus pro merito ornatos dimisit, et Alexandrum comitem privatarum rerum fecit.

6. Theudérichus, Triarii, et Theudérichus, Balameri filius, Gothi, foedere caverunt, ne inter se bellum gererent, et legatos Byzantium mittunt. Balameri filius Imperatorem accusabat, quod se prodidisset, et quia nihil fidei inesse his, quae promiserat, reperisset, id causae fuisse, ut eum Theudericho conveniret. Petere autem regionem sibi, in qua commoretur, dari, et frumentum suppeditari, quod alendo exercitui usque ad messem satis esset. Ut etiam reditnum imperii coactores, quos domesticos Romani vocant, quam primum mittat, qui rationem redderent eorum, quae receperint. Ni ea Romani fecerint, in sua potestate non esse tam magnam turbam continere, quin rapinas et praedas agant, ex quibus suam inopiam possint sublevare. Haec quidem alter proposuit: alter Theuderichus, Triarii, po-

A. C. 479 Ind. 2 Zenon. 6

γεν, ὁ μέντοι Τριαρίου τά τε ἐπὶ Λέοντος συντεθέντα ἠξίου αὐτῷ πάντως γενέσθαι, καὶ τῶν προτέρων χρόνων τὰς συντάξεις λαμβάνειν, τούς τε κηδεστὰς αὐτῷ ζῶντας ἀποδοθῆναι· εἰ δὲ καὶ ἄρα τεθνήκασι, τὸν Ἰλλοῦν περὶ τούτων ἐπο- C μόσαι καὶ ἄλλους, οἷς αὐτὸς ἐπὶ τούτων τῶν Ἰσαύρων πιστεύει. Ζήνων δὲ πυθόμενος, πρὸς μὲν τὸν Βαλαμήρου ἀπεκρίνατο, ὅτι αὐτὸς εἴη προδότης καὶ πάντα ἐναντία οἷς ὑπέσχετο δράσας, ὅστις διαπολεμεῖν ὑποσχόμενος μόνος εἶτα καὶ βοήθειαν προσκαλέσηται ἄλλην, πάλιν δὲ τὴν δύναμιν τῶν Ῥωμαίων καλέσας κρύφα πρὸς Θευδέριχον πράττει περὶ φιλίας· οὗ δὴ καὶ αἰσθόμενον τὸν στρατηγὸν τῆς Θρᾴκης καὶ τοὺς ἄλλους, ὁπόσοι τὰ Ῥωμαίων φρονοῦσι, μήτε ἀπηντηκέναι, μήτε συμβάλλειν αὐτῷ τὰς δυνάμεις θαρσῆσαι, φοβουμένους ἐνέδραν. νῦν τε εἰ θελήσαι πρὸς αὐτὸν πολεμῆσαι, ἐπαγγέλλεσθαι αὐτῷ ταῦτα δώσειν νικῶντι, χρυσίου D λίτρας χιλίας, μυριάδας δ' ἀργυρίου, πρόσοδόν τε πρὸς τούτοις νομισμάτων μυρίων· καὶ γάμον αὐτῷ δώσειν τῆς Ὀλυβρίου παιδὸς ἢ ἄλλης τῶν ἐνδόξων γυναικῶν ἐν τῇ πόλει. ταῦτά τε ἅμα λέγων τῶν τε ἀποσταλέντων παρ' αὐτοῦ τοὺς πλείονας ἀξίαις ἐτίμησε, καὶ πρέσβεις ἀπέστειλε πρῶτον μὲν Φιλόξενον, εἶτα Ἰουλιανόν, εἴ πως ἄρα δύναιντο μεταπεῖσαι ξυῤῥαγῆναι ἐκείνῳ. ὡς δὲ οὐδὲν ἔπειθε, πέμψας τοὺς στρα-

16. δ' N., δὲ vulg. 20. ἀξίαις ἐτίμησε N., ἀξίας ἠτίμησε vulg.

stulabat, ut omnia sibi a Leone promissa praestarentur, et praeteritorum annorum stipendia solverentur, et affines sui superstites sibi redderentur; de his autem, qui mortui essent, Illum et ex Isauris alios, quorum curae et custodiae commissi fuerant, iurare iussit. Haec ubi Zeno audivit, Theudericho Valamiri responsum dedit, eum esse proditorem, qui omnia contra, quam promiserat, fecisset; qui cum se solum bellum gesturum fidem dedisset, aliunde auxilia sibi accersisset: et cum Romanorum copias, quae suppetias ferrent, accivisset, clam, et illis insciis, cum Theudericho amicitiam contraxisset. Quae cum dux Thraciae et alii, quicumque a Romanorum partibus starent, vidissent, veritos insidias ad illum accedere aut suas copias eius copiis coniungere ausos non esse. Nunc etiam si velit cum Theudericho bellum facere, se polliceri haec, si victoriam reportarit, illi daturum: auri mille, argenti quadraginta millia librarum, et reditum decem millium aureorum et nuptum illi collocaturum Olybrii filiam, aut aliam ex illustrioribus mulieribus civitatis. Quae quum dixisset, plerosque eorum, qui missi erant, dignitatibus ornavit, et ipse legatos misit primum quidem Philoxenum, deinde etiam Iulianum, si qua ratione possent eum adducere, ut

A.C. 479 Ind. 2 Zenon. 6 τιώτας ἐς τὸν πόλεμον ὥρμα, καὶ παρεκάλει θαρσεῖν ὡς αὐτὸς ἐκστρατεύσων καὶ κοινῇ σὺν ἐκείνοις ὅ,τι ἂν δέοι πεισόμενος. οἱ δὲ ὡς ἐπήκουσαν, ὅτι αὐτὸς βασιλεὺς ἐξάγειν P. 97 ἐθέλοι, οὕτως ἕκαστος αὐτῶν ἠπείγετο ἑαυτὸν ἐπιδεῖξαι βασιλεῖ πολλοῦ ἄξιον ὄντα, ὥστε καὶ οἱ πρότερον τοῖς ἡγεμόσιν αὐτῶν, ἐφ' ᾧ μὴ στρατεύοιντο, ἀργύριον διδόντες πάλιν εἰς τὸ μετέχειν τῆς ἐξόδου παρεῖχον. καὶ πάντες ἀνθήπτοντο τοῦ πολέμου ὀργῶντες· καὶ τούς τε κατασκόπους τοὺς παρὰ Θευδερίχου πεμφθέντας ἐζώγρησαν, καὶ τῆς τοῦ Βαλαμήρου φυλακῆς μοῖραν ἐλθοῦσαν ἐπὶ τὸ μακρὸν τεῖχος οἱ ἐκεῖ φυλάττοντες διαπρεπῶς ἀπεκρούσαντο. ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν αὑτοῦ φερόμενος ὁ Ζήνων ἀνεχώρησε φύσιν, καὶ ὑπὸ τῆς συμφύτου ἀπεσβέσθη δειλίας, ἐνταῦθα ὀργίζονται καὶ χαλεπῶς B ἔφερον, κατὰ συστάσεις τε γινόμενοι ἐμέμφοντο ἀλλήλους τῆς ὅλης ἀτολμίας, εἰ χεῖράς τε ἔχοντες καὶ βαστάζοντες ὅπλα μαλακίας τοιαύτης ἀκούειν ἀνέχονται, δι' ἧς πόλεις ἅπασαι καὶ ἡ πᾶσα Ῥωμαίων ἰσχὺς ἐξαπόλωλε, πάντων ἐπ' ἐξουσίας περικοπτόντων, ἃ βούλοιντο. τοῦτον ὁ Μαρτιανὸς συνελόμενος τὸν θροῦν, πέμπει Ζήνωνι λέγων, ὅτι δεῖ τὸ στρατόπεδον ὡς τάχιστα διαλύειν, μή τι καὶ νεώτερον συνε-

6. ἀργύριον H., ἀργυρίου vulg. 7. τοῦ N., τοῦτο vulg., τοῦ τε H. 15. εἰ N., εἰς vulg.

foedus cum Theuderícho solveret. Cum nihil eum moveret, evocatis militibus bellum suscepit, quos hortatus est, ut bono animo essent. Se enim communiter cum illis belli pericula, ubi opus fuerit, aditurum. Haec cum milites audiissent, Imperatorem huic bello interesse statuisse, ita se ad hoc compararunt, ut talem se unusquisque ostendere studeret, quem Imperator merito suo plurimi faceret. Et tam ardentibus animis ad pugnandum profecti sunt, ut qui antea militiae vacationem a ducibus pecunia redemerant, pecunias, ut sibi in hostes exeundi potestatem facerent, numerarent. Itaque et exploratores, a Theudericho praemissos, vivos ceperunt, et cohortem, quae Valamiri filii custodiam agebat, et usque ad longos muros progressa erat, opportune depulerunt. Sed non multo tempore res steterunt, quin Zeno ad pristinam naturam rediret, et ad insitam ignaviam delaberetur. Ex quo milites indignati, per turbas coeuntes, sese invicem ignaviae accusabant, quod manus habentes et arma gestantes tantae mollitiei, quae omnes civitates et omnes Romanorum vires pessumdaret, obsequi sustinerent, neque quisquam omnis generis contumeliis abstinuit. Hunc motum cum Martianus intellexisset, ad Zenonem mittit suadens, ut quam citissime fieri posset, exercitum, ne quid novarum rerum moliretur, dissolveret. Ad quem Zeno remisit, et iussit, ut unusquisque militum,

στηκότες ἐργάσωνται. πέμψας οὖν ἐκέλευεν ἀπιέναι ἑκάστους A. C. 479
ἐπὶ τὰ χειμάδια, ὡς πρὸς τὸν Θευδέριχον ἐσομένης εἰρήνης. Ind. 2 Zenon. 6
οἳ δὲ τὸν χάρακα ἔλυσαν· καὶ ἀπῆλθον οἱ πλείους τῇ δια- V. 66
λύσει ἀχθόμενοι, καὶ ὅτι θᾶττον αὐτοῖς χωρισθῆναι συνέβη,
πρὶν ἄνδρα σκεψαμένους τοῖς κοινοῖς ἐπιστῆσαι, ὃς τῆς πα-
ρούσης λύμης ἀνακτᾶσθαι τὴν πολιτείαν ὁπωσοῦν δυνήσεται.

3. δὲ add. N. 6. ἀνακτᾶσθαι Val., ἀντικτᾶσθαι vulg.

tanquam cum Theuderich pax futura esset, in hiberna concederet. Itaque castra solverunt, quam castrorum solutionem plerique iniquo animo ferentes abierunt: maxime quod discedere cogerentur, antequam virum summae rerum praefecissent, qui rem publicam ab eversione et interitu vindicare posset.

ΕΚ ΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΜΑΛΧΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΣ

ΕΚΛΟΓΑΙ ΠΕΡΙ ΠΡΕΣΒΕΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΠΡΟΣ ΕΘΝΗ.

EX HISTORIA

MALCHI RHETORIS

PHILADELPHENSIS

EXCERPTA DE LEGATIONIBUS ROMANORUM AD GENTES.

ARGUMENTUM.

Adamantius legatus ad Theuderichum, Valamiri filium, in Epirum missus, finibus Romanorum eum decedere iubet: Sabinianus magnum barbarorum exercitum fugat et caedit (1). *Theuderichus, Triarii filius, magnis muneribus impensis, a Byzantio oppugnando revocatur* (2). *Severus, a Zenone in Africam ad Vandalos missus, multos captivos pretio redimit* (3). *Heraclius a Zenone ex captivitate solutus in itinere a Gothis interficitur* (4. 5). *Pecuniae summa, quam praefectus Aegypti muneris obtinendi causa solvebat* (6). *Zeno, foedere frustra Theudericho oblato, magna ope bellum parat* (7). *Theuderichus, Valamiri filius, Romanorum auxilio destitutus cum altero Theudericho pacem init* (8). *Zeno cum filio Triarii pacem et foedus contra Valamiri filium componit* (9).

P. 78 α'. Ὅτι ὁ Βαλαμήρου ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων στρατηγῶν
V. 53 πολλοὺς τῶν ἰδίων ἀποβαλὼν, οὐ μικρὰν ἔχων ὀργὴν τῷ

1. *Βαλάμηρος* vulg. 2. *πολλοὺς* H., *πολλῶν* vulg. *τῷ*] *ἐπὶ τῷ* N.

1. Theuderichus, Valamiri filius, multis suorum a Romanis ducibus caesis, non parum iracundiae ob acceptam cladem animo con-

πάθει ἀπέδραμεν, ἀφειδῶς ὅ,τι ἐν ποσὶν εὕροι καίων τε καὶ A. C. 479
φονεύων, καὶ τὴν πρώτην τῆς Μακεδονίας πόλιν, τοὺς Στό- Ind. 2 Zenon. 6
βους, ἐπόρθησε, καὶ τῶν γε στρατιωτῶν τῶν ταύτῃ ἐμφρουρούντων τοὺς ἀντιστάντας ἀπέκτεινεν. ὡς δὲ τῇ Θεσσαλονίκῃ ἐγγύθεν ἐφεδρεύων ἠγγέλθη ὁ βάρβαρος, αὐτίκα οἱ πολῖται νομίσαντες ἐκ δόλου τὰ ἐν τῇ προτεραίᾳ ἀνεγνῶσθαι
γράμματα καὶ τὴν πόλιν βούλεσθαι Ζήνωνά τε καὶ αὐτὸν B
ἐκείνῳ παραδοῦναι, συστραφέντες ἐν σφίσιν αὐτοῖς τὰς τοῦ Ζήνωνος στήλας καταβάλλουσι πάσας, καὶ αὐτὸν ὁρμήσαντες τὸν ὕπαρχον ἕτοιμοι διασπάσαι ἦσαν. οἱ δὲ κομισάμενοι πῦρ ἐπὶ τὸ ἀρχεῖον ἐμπιπράναι ἔμελλον, εἰ μὴ ὑποφθάσαντες τά τε ἱερὰ γένη καὶ οἱ ἐν ταῖς ἀξίαις ἐξήρπασάν τε αὐτὸν τῆς ὀργῆς τῆς τοῦ δήμου, καὶ τὸ ἄτακτον λόγοις πρᾳέσι κατέστειλαν, λέγοντες, οὔτε αὐτὸν αἴτιον εἶναι τούτου, οὔτε τὸν
βασιλέα τῇ πόλει τι δυσχερὲς ἢ κακὸν βεβουλεῦσθαι, τῆς P. 79
τε πόλεως χρῆναι ποιήσασθαι φυλακήν, ὅτῳ ἂν ἐθέλωσι καὶ ὃν ἡγοῦνται πιστὸν ἐπιτρέποντες ταύτην. οἱ δὲ τὰς κλεῖς τῶν πυλῶν ἐκ τοῦ ὑπάρχου λαβόντες τῷ ἀρχιερεῖ ἔδοσαν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐνόντων φρουρὰν ἐπενόησαν, ὡς ἠδύναντο, πλείστην, καὶ τὸν στρατηγὸν ἔστεργον. ἐν δὲ τούτῳ ὁ Ζήνων πυθόμενος τὸν κατέχοντα κίνδυνον, καὶ ἰδών, ὡς, οὐδενὸς βουλομένου μάχεσθαι, ἄριστον εἴη σπονδαῖς ὡς ἐν κακοῖς με-

2. *Στόβους* N., *τόβους* vulg. 10. *ὕπαρχον* N., *ἔπαρχον* vulg.

scivit, et fugiens quicquid ante pedes suos offendit, ussit et necavit, et primam, quae illi obvia fuit, Macedoniae urbem, Stobos, evertit, et militum, qui illic in praesidiis erant, omnes, qui resistere audebant, interfecit. Ut vero nuntiatum est, barbarum Thessalonicem petere, statim urbis incolae ad fraudem faciendam litteras pridie recitatas esse suspicati, et Zenonem ipsumque praefectum habere in animo, urbem barbaro tradere, seditione facta, eius statuas deiiciunt, et praefectum aggressi, ad ipsum mulcandum parati erant, et praetorium, igne illato, incendissent, nisi ordo sacra procurantium et magistratus praevenientes, populi irae praefectum subduxissent et furorem plebis blandis verbis compescuissent. Dicebant enim, eum non esse horum malorum causam, neque Imperatorem male consultum civitati velle, aut illi adversa cupere. Oportere sane diligentem custodiam civitatis agere, eamque committere cui voluerint quemque sibi fidum esse cognoverint. Itaque claves civitatis a praefecto acceperunt, et archiepiscopo tradiderunt, tum ex his opibus, quae sibi tum temporis suppetebant, quam diligentissimam potuerunt custodiam instituerunt et ducem elegerunt. Interea Zeno cum audiret imminens periculum, et videret, optimum esse, quandoquidem nemo pugnare volebat, conditionibus ut in dubiis rebus aequissimis bar-

A. C. 479 Ind. 2 Zenon. 6 τρίαις τῆς τῶν πόλεων φθορᾶς ἐπισχεῖν τὸν βάρβαρον, Ἀρ-
τεμίδωρον πέμπει καὶ Φωκᾶν τὸν ὅτε ἦν στρατηγὸς γραμ-
B ματέα αὐτῷ τῆς ἀρχῆς ὄντα. οἳ ἐλθόντες ἔλεγον, ὅτι „σὲ
ὁ βασιλεὺς φίλον ἐποιήσατο, καὶ ἀξίαις, αἵ εἰσι λαμπρότα-
ται Ῥωμαίοις, σεμνῶς ἐπεκόσμησε, καὶ ἄρχειν τῶν μεγίστων
ταγμάτων ἐποίησεν, οὐδὲν οἷάπερ ἀνδρὶ ἀπιστήσας βαρβά-
ρῳ. σὺ δὲ, οὐκ ἴσμεν ὅπως, ταῖς τῶν κοινῶν δυσμενῶν
ἀπάταις ὑπαχθεὶς τά τε ὑπάρχοντά σοι ἀγαθὰ διέφθειρας,
καὶ τῆς εὐδαιμονίας τῆς σῆς ἄλλον ἐποίησας, ὡς οὐκ ἴδεις,
κύριον. οὐκ ἂν δίκαιος εἴης τῷ βασιλεῖ ἐγκαλῶν, ὧν εἰς ἑαυ-
τὸν ἅμα καὶ εἰς ἐκεῖνον ἐξήμαρτες. νῦν οὖν ἐπειδὴ σαυτὸν εἰς
τοῦτο κατέστησας, ὑπόλοιπόν σοί ἐστιν ἐκ τῆς παρούσης τύχης
τῆς τε κατὰ τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν πόλεων βλάβης ἐπισχεῖν οἷόν
C τε, πέμποντα δὲ πρεσβείαν πειρᾶσθαί τι μέτριον παρὰ τοῦ
βασιλέως ἀγαθοῦ ὄντος εὑρίσκεσθαι." ὁ δὲ πεισθεὶς ἄνδρας
μὲν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον σὺν αὐτοῖς ἀποπέμπει, αὐτὸς δὲ τοῦ
V. 54 μὲν καίειν ἢ φονεύειν τοὺς ἀνθρώπους ἀνεῖργε τὸ στράτευ-
μα, οὐ μέντοι ἐδύνατο πάντων ὄντας ἀπόρους τὰ γοῦν ἐπι-
τήδεια ἐκπορίσαι κωλύειν. καὶ δὴ προϊὼν ἦλθεν ἐπὶ τὴν
Ἡράκλειαν τὴν ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ τοῦ ἀρχιερέως τοῦ ἐν
ταύτῃ τῇ πόλει πολλὰ καὶ παντοδαπὰ τῇ στρατιᾷ καὶ αὐτῷ
ἀποστείλαντος δῶρα, τήν τε χώραν ἀπαθῆ πᾶσαν διεφύλαξε,

9. ἔδεις Val., ἔδει σε B. 13. οἷόν] ὡς οἷόν τε coni. N. 18. ὄντων vulg. 21. τῇ ante πόλει add. B.

barum ab urbium ruinis et excidiis avertere, Artemidorum mittit et Phocam, qui Zenonis, cum dux erat, scriba fuerat. Hi progressi tali sunt oratione usi: „Te Imperator amicum conciliavit, et dignitatibus, quae sunt apud Romanos clarissimae, magnifice ornavit, etiam imperare maximis exercitibus dedit, tibi homini, licet barbaro, minime diffidens Tu vero, nescimus quomodo, communium inimicorum fraude et dolo inductus, in discrimen te fortunasque tuas coniecisti et eas ad alium, ad quem non debebas, detulisti. Et vero haud quaquam iure Imperatori imputes ea, quae in te ipsum et in illum deliquisti. Nunc igitur, quoniam eo te redegisti, hoc tibi quantum ad praesentem fortunam reliqui est, ut ab iniuria et damnis urbibus et gentibus inferendis, quantum in te erit, temperes, et legationem mittas, qua apud Imperatorem, qui bonus est, moderatum quid et aequum obtinere coneris." Ille vero persuasus, viros quosdam una cum ipsis Byzantium mittit. Et ipse quidem exercitum suum urere et occidere homines vetuit, etsi suos, cum omnium rerum essent egeni, quominus res necessarias sibi compararent, prohibere non potuit. Hinc movens ad Heracleam Macedoniae pervenit. Huius urbis Archiepiscopus, cum quam plurima et diversi generis munera ad eum et eius exercitum misisset, omnem regio-

A. C. 479 Ind. 2 Zenon. 6

καὶ οὐδὲν τοὺς οἰκοῦντας ἐνταῦθα παραλυπῶν ἐκ τῶν ταύτῃ μόρων τὸ πλῆθος ἐπιεικῶς ἐπειρᾶτο διάγειν. εἰς δὲ τὸ Βυζάντιον ὡς ἦλθον οἱ παρ' αὐτοῦ σταλέντες πρέσβεις, ἔλεγον, D ὅτι δέοι ταχέως περὶ πάντων αὐτοκράτορα αὐτῷ πρεσβευτὴν ἀποστεῖλαι, ὡς οὐχ οἵῳ τε πλῆθος ἄπειρον εἴργειν ἐπὶ πλείονα χρόνον τῆς ἀφ' ὧν ἂν δύναιντο βλάβης. ὁ δὲ Ἀδαμάντιον τὸν Βιβιανοῦ παῖδα, πατρίκιόν τε ὄντα καὶ πολιαρχήσαντα, προσθεὶς αὐτῷ καὶ τιμὴν ὑπατικὴν, ἔπεμψε παραγγείλας, χώραν μὲν αὐτῷ δοῦναι ἐν Παυταλίᾳ, ἣ τῆς μὲν Ἰλλυρικῆς μοίρας ἐστὶν ἐπαρχία, οὐ πολὺ δὲ ἀπέχουσα τῶν P. 80 εἰσβολῶν τῆς Θρᾴκης, ὅπως, εἴτε Θευδέριχος ὁ Τριαρίου ἐγχειροίη τι κινεῖν, ἔφεδρον ἔχοι αὐτὸν ἐγγύθεν κατ' ἐκείνου, εἴτε αὐτὸς ταράττειν τὰ συγκείμενα θέλοι, ἐν μέσῳ αὐτὸν ἔχων τῶν τε Ἰλλυρικῶν καὶ τῶν Θρᾳκίων δυνάμεων εὐκολώτερον αὐτοῦ περιεῖναι δύναιτο. εἰ δὲ τροφῶν ἀπορεῖν τῷ στρατεύματι λέγοι τὸν παρόντα ἐνιαυτὸν, ἅτε μήτε ἐν σπόροις μήτε καρποῦ ἐλπίδα ἔχων ἐν Παυταλίᾳ, ἔδωκε λίτρας χρυσίου ἀπιόντι διακοσίας, ἃς ἐκέλευε δόντα τῷ ὑπάρχῳ τῷ ἐκεῖ ποιῆσαι τὴν δαπάνην αὐτοῖς εἰς Παυταλίαν χορηγῆσαι τὴν ἐπαρκοῦσαν. ἔτι δὲ τοῦ πρεσβευτοῦ ὄντος ἐν Βυζαντίῳ, B

1. *παραλυπῶν* H., *παραλιπὼν* vulg. 2. *μόρων*] *φόρων* coni. N., *μερῶν* H. 5. *οἵῳ τε* N., *οἷοί τε* vulg. 6. *δύναιντο*] *δύναιντο ὠφελεῖσθαι* et mox *ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀδ.* coni. N. 9. *Παυταλίᾳ* vulg. 16. *σπόροις* H., *σπείροις* vulg.

nem a direptione illaesam conservavit, neque quicquam molestiae exhibens locorum incolis, copias suas ex reditu huius regionis alere operam dedit. Legati autem ab eo missi simulatque Byzantium accesserunt, Imperatorem monuerunt, oportere quam celerrime fieri posset, legatum mittere idonea auctoritate instructum. Nec enim in eius potestate esse, longo tempore tantam militum turbam a damnis pro libidine inferendis continere. Quamobrem Imperator misit Adamantium, Viviani filium, patricium et olim urbi praefectum, quem etiam dignitate consulari auxit, iussitque regionem in Pautalia illi assignare, quae Illyricae partis est provincia non longo intervallo distans ab ingressu Thraciae. Quod eo consilio faciebat, ut, si qua Theudericbus, Triarii filius, se commovere susciperet, illum adversarium huic oppositum sciret, atque etiam, si alter pacta violare et pacem turbare vellet, cum inter duos exercitus, Illyricum et Thracium, degeret, cum facilius opprimere posset. Quodsi hoc anno exercitum suum inopia laborare Theuderichus diceret, propterea quod nullum semen terris mandatum esset, neque ullam spem percipiendorum in Pautalia fructuum haberet, dedit Adamantio proficiscenti ducentas auri libras, quas iussit regionis illius praefecto tradere, ut eas ad convehendos in Pantaliam commeatus, qui illis alendis satis essent, impenderet. Cum legatus adhuc esset Byzan-

Ind. 14 τοῦ βασιλέως τὴν ἀπολογίαν θαυμάσαντες.
Iustini 2
ϛʹ. Ὅτι ἠγγέλθη Ἰουστίνῳ, ὡς ἐκ τῆς Περσῶν ἐπικρατείας
V. 70 ἐξώρμησεν ὁ Ζὶχ πρεσβευσόμενός τε καὶ διαλεχθησόμενος
D περὶ Σουάνων ἐν ταὐτῷ καὶ φιλοφροσύνης ῥήματα ἀποκομίσων βασιλεῖ, ἔτι τε καὶ τὰ ἐφ' οἷς Ῥωμαῖοι προσεγκαλοῦσιν εὖ διαθησόμενος. ὁ δὲ Ἰουστῖνος ἐν βουλῇ ἐποιεῖτο ἢ μὴ προσδέξασθαι τὴν πρεσβείαν, ἢ προσδεχόμενον εἰδέναι τὸν Ζὶχ, ὡς τὰ κατὰ νοῦν αὐτῷ ἀνυσθήσεται οὐδαμῶς. καὶ δὴ ξυγκροτηθείσης αὐτῷ ἐκκλησίας, δοκεῖ κατάδηλον γενέσθαι ἔτι ὁδοιποροῦντι τῷ Ζὶχ διὰ συλλαβῶν Ἰωάννου, ὡς τὸ παράπαν οὐδὲν τῶν δοκηθέντων προσεδέξατο ὁ βασιλεύς. τούτου γενομένου, τὸ γράμμα ἐνεχειρίσθη Τιμοθέῳ τῶν ἅμα Ἰωάννῃ γενομένων ἑνὶ κατὰ δὴ τὴν Περσῶν πρὸ τοῦ. καὶ οὖν Τιμοθέῳ ἐνεκελεύσατο βασιλεὺς ῥήματα μὲν δῆθεν τῆς
P. 104 ἐς Ῥωμαίους φιλίας ἀποκομίσαι βασιλεῖ τῶν Περσῶν, ὑπαντιάζοντι δὲ, ὥσπερ εἰκὸς, τῷ πρεσβευτῇ ἐπιδεῖξαι τὴν Ἰωάννου ἐπιστολὴν, ὡς ἂν ἔσοιτο ἐξεπιστάμενος ὁ Ζὶχ καὶ σαφέστατα προγινώσκων τὴν βασιλέως βουλήν. Τιμόθεος οὖν, τοῦτο ἐπιτετραμμένον αὐτῷ, παρεγένετο ἐν τοῖς ὁρίοις. γνοὺς δὲ, ὡς οὔπω πάρεστιν ὁ Περσῶν πρεσβευτὴς, ἐπορεύετο ὅ γε αὐτίκα πρὸς Χοσρόην. ξυμβὰν δὲ οὕτω, τοῦ Ζὶχ δι' ἑ-

5. Σοάνων vulg. 13. τῶν — γενομένων ἑνὶ κατὰ δὴ τὴν Val., τῷ — γενομένῳ ἐνίκα τάδε τὴν vulg., ἑνὶ κατά γε τὴν H. 22. οὕτω B., αὐτῷ vulg. τῷ Z. vulg.

lebant. Tutius tamen visum illis est a Romanis discedere et ad suos se recipere. Sic illi Imperatoris responsum admirati coniuncti cum suis in Francorum regionem abierunt.

6. Iustino nuntiatum est a Persarum imperio, Zichum legatum ad se missum esse, qui de Suanis ageret, Persarumque erga Imperatorem benevolentiam testificaretur, et ea, de quibus Romani querereutur, amice componeret. Iustinus vero, aut minime legationem admittere, aut, si admitteret, Zicho significare constituit, nequaquam rem optatum exitum habituram. Et accedente senatus auctoritate censuit, ut Ioannes per litteras Zicho adhuc iter peragenti palam faceret, Imperatorem in nullo eorum, quae speraret, assensurum. Quo facto Timotheo, ex numero eorum, qui iam antea cum Ioanne in Perside fuerant, litterae traditae sunt. Iusserat Imperator Timotheo, ut regi Persarum ob significationem in se benevolentiae gratias ageret, litteras vero Ioannis legato, quem obvium in itinere, sicut itineris ratio ferebat, habiturus esset, traderet, ut Zichus exploratam perspectamque Imperatoris voluntatem haberet. Haec ubi Timotheo sunt imperata, ad limites contendit. Illic cum cognovisset, nondum advenisse Persarum legatum, confestim ad Chosroëm est profectus. Forte

τέρας ἀτραποῦ ἐς τὴν Νίσιβιν ἀφικομένου, ἐκεῖ τε διατρί- A. C. 566 Ind. 14 Iustini 2
ψαντος τῷ διατεθῆναι τὸ σῶμα ἀῤῥώστως, ἐν τοσούτῳ Τι-
μόθεος πρὸς τῶν Περσῶν βασιλέως ἀφεθεὶς, ἐπεὶ κατέλαβε B
τὸν Ζὶχ ἐπανερχόμενος κατὰ δὴ τὴν Νίσιβιν ἔτι νοσώδη, τά
τε γραφέντα οἱ πρὸς Ἰωάννου ἐνεχείρισεν. ὁ δὲ καταμαθὼν, †
ὡς ἐς τοὐναντίον αὐτῷ τῶν ἐλπισθέντων ἡ ὁδὸς γίνεται καὶ
ὡς οὐκ αἰσίως οἱ προβήσεται τὰ τῆς πρεσβείας, δυσθυμίᾳ
περιπεσὼν καὶ τῇ νόσῳ κάτοχος ὢν κατέστρεψε τὸν βίον. καὶ
μὲν δὴ καὶ Ἰωάννην αὐτίκα συνέβη τεθνάναι. μετὰ ταῦτα
ἀγγέλλεται ἐν Βυζαντίῳ, ὡς ἕτερος ἥξει πρεσβευτὴς ὁ προσα-
γορευόμενος Μεβώδης. οὗτος ἐς τὴν βασιλίδα ἐπορεύετο ἐξογ-
κούμενος καὶ μάλα βρενθυόμενος, καὶ ἐλπίδα ἔχων, ὡς περὶ
Σουανίας αὐτῷ κινηθήσονται λόγοι καὶ ὅτι Πέρσας ἀρέσκου- C
σαι γενήσονται ξυνθῆκαι. τοιαύτῃ διανοίᾳ ἐπηρμένος ἐν Βυ-
ζαντίῳ ᾔει, αὐθαδέστερον ἢ κατὰ πρεσβευτὴν θέμενος τοῖς
κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν. παραγενομένου δὲ, (βασιλεὺς γὰρ ἤδη
ἐπέπυστο Μεβώδου τῆς ἀλαζονείας πέρι, καὶ ὁποῖα ἄττα ἐλ-
πίζων τὴν ἄφιξιν ἐποιήσατο,) τὰς μὲν ἐκ βασιλέως Περσῶν
ἔδοξε δέχεσθαι προσρήσεις κατὰ τὸν εἰωθότα θεσμὸν, περι-
εφρόνησε δὲ ὅμως τὸν Μεβώδη καὶ ἀπεφλαύριζε μηδὲ τὴν
οἱανοῦν συνουσίαν ὡς αὐτὸν ποιούμενος. ὡς δὲ ἐς τοὐναντίον,
ἤπερ ἐβούλετο, τὰ τῆς πρεσβείας οἱ ἐχώρει, καὶ τὸ παράπαν
οὐδὲν αὐτῷ ἔλεξε περὶ Σουανίας ὁ βασιλεὺς, ἔπειτα ἐξελιπά- D

4. νοσώδης vulg. 11. ἐξογκώμενος vulg. 14. τοιαύτη B., ταύτῃ vulg.

enim contigerat, ut Zichus alia via Nisibim diverteret, ibique valetudinis causa detineretur. Interea Timotheus a Persarum rege dimissus rediens Nisibi Zichum adhuc aegrotantem assecutus, ei Ioannis litteras tradidit. Is cum intellexisset, iter suum haud prospere cedere, neque ex voto legationem peractum iri, animo cecidit, et ex morbo, quo detinebatur, vitam morte commutavit. Nec multo post Ioannes quoque mortuus est. Post haec Byzantium nuntiatur, advenire alium legatum, Mebodem nomine. Is vana confidentia inflatus in regiam pervenit magnam spem habens, sermonem motum iri de Suania, seque foedus ex Persarum sententia facturum. Hac cogitatione elatus, dum Byzantium iter habet, arrogantius, quam legatum decebat, erga omnes, quibuscum convenit, se gessit. Ut venit, Imperator, qui hominis arrogantiam et importunitatem, et quorum obtinendorum spe iter instituisset, iam didicerat, gratulationes a Persarum rege benigne, ut mos erat, excepit. Sed Mebodem Imperator contemptui habuit, neque illi ullum familiaritatis signum exhibuit. Sic illi praeter spem legatio cessit, neque ullum omnino verbum Imperator de Suania fecit. Deinde Mebodes magnopere petiit, ut

A C. 566 Ind. 14 Iustini 2 ρει ὁ Μεβώδης τοὺς ἅμα οἱ Σαρακηνοὺς ἐς λόγους ἰέναι τῷ αὐτοκράτορι. εἵποντο γὰρ ἀμφὶ τοὺς τεσσαράκοντα οἰκείῳ τινὶ πρεσβευτῇ ταττόμενοι. ὁ γὰρ τῶν Σαρακηνῶν φύλαρχος Ἄμβρος ἐκπέμψας ὑπῆρχε καὶ ὅ γε ξὺν τῷ Μεβώδῃ πρεσβείαν διαλεχθησομένους περὶ ὧν χρημάτων πρὸς Ἰουστινιανοῦ ἐκομίζοντο. Μεβώδης οὖν τοῦ σκοποῦ τοῦ περὶ Σουανίας ἁμαρτών, ὡς ἂν μὴ πάντῃ ἄπρακτος ἀναχωρήσοι, ἐπιμελέστατά πως ἠντιβόλει τῆς ὡς βασιλέα τυχεῖν εἰσόδου τοὺς Σαρακηνούς. καὶ τοίνυν ὑπολαβὼν ὁ αὐτοκράτωρ, „τί γὰρ δῆτα," ἔφη, „βούλονται οἱ καθ' ὑμᾶς Σαρακηνοί;" ὡς δὲ ἐγκείμενον ἑώρα, κατένευσε μόνῳ εἰσιέναι τῷ ἐκείνων πρεσβευτῇ. ἠπίστατο γάρ, ὡς ἀπαυθαδιαζόμενος οὐκ ἂν ἕλοιτο ἄνευ τῶν
P. 105 ἑπομένων ὡς βασιλέα φοιτῆσαι, ἀλλ' ὥσπερ ἡνίκα παρὰ Ἰουστινιανὸν ξὺν ἅπασι τοῖς ἅμα αὐτοῖς τῶν Σαρακηνῶν οἱ πρέσβεις ἐγίνοντο, καὶ τὸν οὕτω βούλεσθαι τὸ σύνηθες διασώζοντα ποιήσειν. ἐντεῦθέν τε εὐπρόσωπον ᾤετο ἕξειν αἰτίαν, ὡς αὐτὸς μὲν τὰ ἁρμόδια βασιλεῖ διεπράξατο, ὁ δὲ Σαρακηνὸς ἥκιστα ἔγνω τὰ δέοντα· εἶτα κατὰ δὴ τοῦ βαρβάρου ἀντιστραφήσεται τὸ ἐπίκλημα. καὶ οὐκ [ἂν] ἄλλως ἀπέβη, ᾗ βασιλεὺς ἐστοχάσατο. ὁ γὰρ δὴ Σαρακηνὸς ἀπρεπὲς εἶναι τὸ παρεῖναί οἱ μόνῳ ὡς βασιλέα ὑποτοπήσας, καὶ τὸ κρατῆσαν δῆθεν καταλύειν οὐχ αἱρετέον αὐτῷ, ἀπηνήνατο τὴν ἐς

10. ἡμᾶς vulg. 15. καὶ τόνδε H. 19. ᾗ N., τι vulg., ᾗ ὅ,τι H. 21. τὸ H., τῷ vulg.

Saracenis, qui cum eo erant, Imperatorem adeundi potestas esset. Erant enim in eius comitatu circiter quadraginta proprio legato parentes. Miserat autem cum Mebode Ambrus, Saracenorum phylarchus, et ipse legatos, qui de pecuniis, quas a Iustiniano impetraverant, agerent. Itaque cum Mebodes, quantum ad Suaniam attinebat, spe sua excidisset, ne nulla re obtenta discederet, cura omni contendit, ut Saracenorum legati aditum ad Imperatorem nanciscerentur. De ea re cum Mebodis orationem Imperator excepisset, „Quid nobis voluut, inquit, Saraceni?" ut instantem vidit, concessit eorum legato, ut solus ad se accederet. Neque enim legatum, qui superbior erat, toleraturum existimabat, ut remotis comitibus in Imperatoris conspectum veniret: sed quemadmodum quondam Imperatorem Iustinianum eorum legati cum omnibus comitibus suis adiissent, hunc quoque pertinacius in eo persistiturum esse, ut mos solitus observaretur. Qua in re Imperator se optimi iuris speciem prae se laturum esse speravit, quod ipse quae Imperatorem decerent, fecisset, Saracenus autem minime, quae fieri oportuisset, intellexisset: se igitur omnem culpam in barbarum conjecturum. Neque aliter res cecidit, quam suspicatus fuerat Imperator. Etenim Saracenus haud decorum sibi esse existimans, solum sine ullo comitatu ad

βασιλέα πάροδον. τότε ὁ βασιλεὺς τὸν μὲν Σαρακηνὸν τελε- A C. 566
ώτατα περιεφρόνησεν, ὁ δὲ ἐς τὸν Μεβώδη παρήγαγε τὰς Ind. 14
αἰτίας. ὁ δὲ τῶν Περσῶν πρεσβευτής, „ὦ δέσποτα," ἔλεξεν, Iustini 2
„οὐ πάρειμι συνεπαμύνων, εἴγε ὁ Σαρακηνὸς ἐπλημμέλησέ V. 71
τι, ἄλλως δὲ ἀκουσόμενος, ὅπως, εἰ μὲν ἁρμόδια τῷ δικαίῳ B
λέγοι, μὴ περιόψομαι, εἰ δέ γε ἐς τοὐναντίον ὀφθήσεται ἀδί-
κως ἐπεγκαλῶν, αὐτὸς ἐγὼ καταδιαιτήσω τοῦ Σαρακηνοῦ."
ὁ βασιλεὺς ἐπιτωθάζων· „ἥκεις, ὡς ἔοικεν, οὐχὶ πρεσβευσό-
μενος, ἀλλὰ δικάσων." ὁ Μεβώδης αὐτίκα ὅ γε τῷ πληκτικῷ
τοῦ λόγου συγχέας τὸ πρόσωπον ἐφοινίττετο. τοιγαροῦν πα-
ραχρῆμα τὸν αὐτοκράτορα προσειπὼν ᾗπερ θέμις, οὕτως ἀνε- C
χώρησεν. ὀλίγαις δὲ ὕστερον ἡμέραις αὖθις ἐς τὰ βασίλεια
παρελθὼν παρῃτεῖτο λιπαρῶς περὶ τῆς τῶν Σαρακηνῶν εἰσό-
δου. τοῦ δὲ βασιλέως ἀνανεύοντος, οὐχ ὅσιον ἔφασκεν εἶναι
μὴ τὰ ὅσα ἐπετέλει πρὸ τοῦ παρὰ Ῥωμαίους πρεσβευόμενος
ὁ Ζὶχ, καὶ ἐμὲ αὖθις ἐπιτελεῖν. „οἱ γὰρ καθ' ἡμᾶς Σαρα-
κηνοὶ ἅμα αὐτῷ παρὰ βασιλέα ἐγίνοντο. δεῖ οὖν καὶ ἐμὲ τῶν
ἴσων ἐκείνῳ ἀπολαύειν, ὡς ἂν μὴ ὥσπερ λελωβημέναι ὦσιν
αἱ μεταξὺ Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν συνθῆκαι." ὁ βασιλεὺς
πρὸς ταῦτα ὀργίλως ἔχων· „τί οὖν, εἰ καὶ πεφώραται ὁ Ζὶχ
ἐπὶ μοιχείᾳ καὶ ἑτέρῳ ὅτῳ πλημμελήματι τῶν ἀνηκέστων D
ἁλοὺς, καὶ σοὶ κατ' ἴχνος ἐκείνῳ ἰτέα; ἢ οὐ ξυναισθάνῃ βα-

8. ἥκεις N., ἥκειν vulg. 15. μὴ τὰ Val., μετὰ vulg.

Imperatorem accedere, neque a more, qui iamdudum obtinuerat, sibi recedendum esse ratus, Imperatoris aditum renuit. Tunc Imperator valde despexit Saracenum, de qua re cum apud Mebodem questus esset, Persarum legatus Imperatori dixit: „Ego quidem, domine, adsum, haud defensionem suscepturus Saraceni, si in aliquo deliquerit, sed rem cogniturus, ut, si verum ad me detulerit, causam eius non deseram, sin iniuria accusasse apparebit, ego ipsum condemnem." Cui Imperator mordens: „Venisti igitur non legationis munus obiturus, sed iudicis officio functurus." At Mebodes acerba et mordaci Imperatoris responsione confusus erubuit vultu, atque confestim Imperatore, sicut fas erat, salutato, recessit. Paucis post diebus iterum Mebodes Imperatorem adiit, et suppliciter postulavit, Saracenum ad eum introduci, et Imperatore abnuente, minime iustum esse, dixit Mebodes, sibi non eadem perficere licere, quae Zichus ante se legatus perfecisset. „Nam nostra memoria, inquit, Saraceni ad Imperatorem una cum ipso accesserunt. Itaque oportet me iisdem frui, quibus ille, ne in aliquo inter Romanos et Persas induciae sint quodammodo violatae." Ad quae Imperator iracundia percitus: „Si igitur Zichus in adulterio, aut aliquo alio gravi crimine deprehensus esset, tu illus vestigiis tibi insistendum pu-

A. C. 566 σιλεῖ Ῥωμαίων καὶ Ἰουστίνῳ διαλεγόμενος;" τότε κατοῤῥω-
Ind. 14 δήσας ὁ Μεβώδης, περιδεής τε γενόμενος, πρηνὴς ἔκειτο
Iustini 2 ἐπ' ἐδάφους, πρὸς ἄρνησίν τε καταφεύγων καὶ ἀναινόμενος
εἰρῆσθαί οἱ τὰ τοιάδε. τοιαύτῃ ἀπολογίᾳ χρωμένου, ὁ αὐτο-
κράτωρ ἔδοξεν ὑπάγεσθαι τῇ πειθοῖ, ἔλεξέ τε· „ἔοικεν οὖν ὁ
ἑρμηνεὺς ἡμῖν ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων φράσαι. εἰ τοίνυν οὐδὲν
λέλεκταί σοι παρὰ τὸ προσῆκον, ἴσθι τὸ ἐπίκλημα ἀπονιψά-
μενος." οὕτως ὁ βασιλεὺς ἑκοντὶ ἀποπροσποιησάμενος τὰ λε-
χθέντα πρὸς αὐτοῦ εἰδέναι, τῶν εἰρημένων τὴν ἄγνοιαν ὑπε-
κρίνετο, καὶ δὴ ἐς τὸ ἠπιώτερον μετηνέχθη, ὡς ἂν μὴ θρα-
P. 106 σύτερός τε καὶ κατὰ τὸ μᾶλλον ὑψαγόρας ἔσοιτο ὁ Μεβώδης
τῷ ἐς ἔννοιαν ἔχειν συνειδέναι τὸν αὐτοκράτορα τῇ ῥημάτων
τραχύτητι. οὕτω δὴ οὖν τοῦ βασιλέως παρακρουσαμένου τὴν
ὑπόνοιαν, „οἰμωζέτω," ἡ δὲ ὁ Μεβώδης, „καὶ τὰ Σαρακηνικὰ
φῦλα ἅπαντα καὶ Ἄμβρος αὐτὸς καὶ ἡ πρεσβεία ἡ κατ' αὐ-
τούς· ἐμοὶ γὰρ σιγὴ ἔσοιτο ἕκατί τε αὐτῶν, οὐδ' εἴποιμί τι
λοιπόν." τούτων οὕτω κεκινημένων, πλεῖστα μὲν καὶ ἄλλα ὁ
βασιλεὺς τὸν Σαρακηνὸν εἶπε κακῶς, καὶ ὡς μεταβολεύς τε
καὶ παλιγκάπηλος ἥκοι. πρὸς τοῖς δ' ἔφασκεν, ὡς οὐχ οἷός
τε πέφυκε λήσειν, ὅτου ἕνεκα βασιλεῖ ἐντευξόμενος ἀφίκετο.
B „φησὶ γάρ, ὡς ἐθέλοι τὰ συνήθη χρήματα κομίσασθαι πρὸς
ἡμῶν, ἀνθ' ὧν οἶμαι κομιεῖται ξυμφορὰς ὁ κατάρατός τε

4. τοιαύτῃ B., ταύτῃ vulg. 14. ἡ δὲ B., ἤδη vulg.

tares? Annon sentis, te cum Romanorum Imperatore et Iustino sermonem habere?" Tum consternatus Mebodes prae pavore pronus in terram se ad eius pedes prostravit et ad mendacia confugiens negavit, a se talia prolata fuisse. Qua excusatione eum uteretur, Imperator fidem habere videbatur, et dixit: „Videtur igitur interpres nobis alia pro aliis suggessisse. Itaque si nihil a te dictum est ab officio et decoro alienum, scito te crimen purgasse." Ad hunc modum Imperator sponte ea, quae dicta fuerant, cum eorum ignorationem simularet, dissimulatione transegit, et ad animi aequitatem est delapsus, ne forte Mebodes in posterum fieret audacior, aut verbis elatior, quum recordaretur, Imperatorem sermonis eius impudentiam animadvertisse. Itaque quum sic Imperator quod sensit, repressisset, Mebodes exclamavit: „Abeant in malam rem et Saracenicae gentes omnes et Ambrus ipse et legatio eorum: mihi vero de ipsis silentium sit neque quidquam in posterum dicam." Quae quum dixisset, Imperator quoque maledicta in Saracenum coniecit, eumque institorem et cauponem appellavit. Ad haec dixit, se silentio praeterire non posse, qua de causa Imperatoris congressum tantopere concupisset. „Scilicet dicit, se a nobis solitas pecunias accipere velle, pro quibus calamitates, opinor, scelestus et improbus feret,

A. C. 566 Ind. 14 Iustini 2

καὶ ἀπολούμενος. γελοιῶδες γάρ, εἰ Σαρακηνῶν ἔθνει, καὶ ταῦτα νομάδων, Ῥωμαῖοί γε ὄντες τεταξόμεθα ἐς φόρων ἀπαγωγήν." ὁ Μεβώδης, „εἶεν," ἔφη, „ὦ δέσποτα· εἰ καὶ ἄπρακτον, ὅμως ἀπόπεμψον αὐτόν." ὁ βασιλεύς· „καὶ εἰ μὴ παρεγένετο, ὅσον τό γε ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' οὖν ἀπίτω." „καὶ ἐμὲ ξὺν αὐτῷ κέλευσον," ἦ δὲ ὁ Μεβώδης. εἰς τέλος ἐλθούσης τῆς πρεσβείας ἐν τούτοις, τόν τε Περσῶν πρεσβευτὴν καὶ τοὺς Σαρακηνοὺς ὁ βασιλεὺς ἅμα ἀφῆκεν ἐς τὰ πάτρια ἤθη ἀπονοστήσοντας. οὕτω δὲ ἀπεσιγήθη ἅπαντα τῇ τοῦ αὐτοκράτορος νουνεχείᾳ τὰ ὅσα Ἰωάννης ἐπὶ τῇ πρεσβείᾳ διεπράξατο οὐ κατὰ τὸ προσῆκον. ὡς δὲ οἱ Σαρακηνοὶ ἔνδον τῆς C ἑαυτῶν ἐγένοντο, ἀπήγγειλάν τε τῷ Ἄμβρῳ τὴν τοῦ βασιλέως βουλὴν περὶ τοὺς μηδίζοντας τῶν Σαρακηνῶν, τότε ὁ Ἄμβρος Καμβώσῃ τῷ ἀδελφῷ, ὃς Ἀλαμουνδάρῳ τῷ τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους Σαρακηνῶν ἡγουμένῳ ἀντικαθιστάμενος ἦν, σημαίνει καταδραμεῖν τὴν Ἀλαμουνδάρου γῆν. ἥδε δὲ ἡ γῆ ὑπὸ Ἀραβίαν τελεῖ.

A. C. 568 Ind. 1 Iustini 4

ζ. Ὅτι ἀρχομένου τοῦ τετάρτου ἔτους τῆς Ἰουστίνου βασιλείας πρεσβεία τῶν Τούρκων ἀφίκετο ἐν Βυζαντίῳ. ὡς γὰρ τὰ τῶν Τούρκων ἐπὶ μέγα ἤρθη, οἱ Σογδαΐται οἱ πρὸ τοῦ μὲν Ἐφθαλιτῶν, τηνικαῦτα δὲ Τούρκων κατήκοοι, τοῦ σφῶν βασιλέως ἐδέοντο πρεσβείαν στεῖλαι ὡς Πέρσας, ὡς V. 72 ἂν ἐκεῖσε ἀπιόντες οἱ Σογδαΐται ὤνιον παράσχοιντο τὴν μέ- D

1. ἀπολλύμενος vulg. 1. 2. τούτῳ καὶ ν. vulg. 4. ἄπρακτον et ἀπόπεμψον B., ἄπρακτοι et ἀποπέμψειν vulg. 6. ἦ δὲ N., ἥδε vulg. 14. Καβώσῃ mg. H.

Ridiculum enim esset, si nos Romani tributum Saracenicis gentibus iisque nomadibus penderemus." Tum Mebodes, „Esto, inquit, o domine; at tu illum, licet re infecta, dimitte." Et Imperator, „Quamvis melius non venisset, quantum in me est, abeat tamen." „Et me quoque iube, inquit Mebodes, eum ipso abire." In his finivit legatio. Itaque Persarum legatum et Saracenos ad sua redituros Imperator dimisit. Atque ita Imperatoris prudentia pacata sunt et emendata omnia, quae Ioannes in sua legatione perperam egerat. Ut vero Saraceni domum reverterunt, consilium Imperatoris de Saracenis, qui Medorum partibus adhaerebant, Ambro retulerunt. Tunc Ambrus Camboso fratri, qui Alamanduro, Saracenorum partes Romanas foventium duci, erat oppositus, mandavit, ut Alamanduri terram, quae Arabiae contermina erat, excursionibus vexaret.

7. Initio quarti anni imperii Iustini legatio Turcorum Byzantium accessit. Ut enim Turci opibus et potentia creverunt, Sogdaïtae, qui prius quidem Ephthalitarum, tunc vero Turcorum subditi erant, a rege suo precibus contenderunt, ut legationem ad Persas mitteret, quo Sogdaitis eo proficiscentibus sericum venum exponere

A. C. 568 Ind. 1 Iustini 4 ταξαν τοῖς Μήδοις. καὶ οὖν πείθεται ὁ Διζάβουλος, ἀφίησί τε πρεσβευσομένους Σογδαΐτας. ἐξηγεῖται δὲ τῆς πρεσβείας Μανιάχ. ἀφικόμενοι δὴ οὖν παρὰ βασιλέα Περσῶν ἐδέοντο τῆς μετάξης πέρι, ὅπως ἄνευ τινὸς κωλύμης αὐτοῖς προέλθοι ἐπ' αὐτῇ τὰ τῆς ἐμπορίας. ὁ δὲ Περσῶν βασιλεὺς (οὐδαμῶς γὰρ αὐτῷ ἤρεσκε τὰ τοιάδε, ὡς ἂν μὴ ἐνθένδε ἄδεια ἔσοιτο Τούρκοις τοῖς Περσῶν ἐμβατεύειν ὁρίοις) ἀνεβάλετο ἐς τὸ αὔριον. καὶ μὲν οὖν αὖθις ἀναβολῇ ἐχρῆτο πάλιν ἑτέρᾳ. ὡς δὲ ἄλλοτε ἄλλως τὸ παρὸν ἀπεκρούετο, τῶν Σογδαϊτῶν
P. 107 ἐκλιπαρούντων τε καὶ ἐγκειμένων, τότε Χοσρόης ἐκκλησιάσας ἀνελογίζετο. καὶ οὖν ὁ Κάτουλφος ἐκεῖνος ὁ Ἐφθαλίτης, ὃς διὰ τὴν ἐκ τοῦ κατ' αὐτὸν βασιλέως γεγενημένην βιαίαν μίξιν τῇ γυναικὶ προὔδωκε τὸ ὁμόφυλον τοῖς Τούρκοις, οὗτος γοῦν (μετανάστης γὰρ ἐν τῷ μεταξὺ ἐγεγόνει τοῦ χρόνου καὶ ἐμήδιζεν ἤδη) παρῄνεσε βασιλεῖ τῶν Περσῶν τὴν μέταξαν οὐδαμῶς ἀποπέμψασθαι, ἀλλὰ γὰρ καὶ ὠνήσασθαι καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῆς μὲν καταθέσθαι τιμήματα, θεωμένων δὲ αὐτῶν τῶν πρέσβεων ταύτην ἀφανίσαι πυρὶ, ὡς ἂν μήτε ἀδικεῖν
B δόξῃ, μήτε μὴν βούλεσθαι χρῆσθαι τῇ ἐκ Τούρκων μετάξῃ. καὶ ἡ μὲν μέταξα ἐπυρπολήθη· αὐτοὶ δὲ ἐς τὰ πάτρια ἤθη ἀνεχώρησαν, τῷ γεγενημένῳ ἥκιστα χαίροντες. ἐπειδὴ δὲ τῷ Διζαβούλῳ τὰ ξυγκυρήσαντα ἔφρασαν, αὐτίκα ὅ γε καὶ ἑτέ-

7. Τούρκοις B., τούτοις vulg. 9. ἄλλοι τε vulg. 10. ἐκκλησιάσας B., ἐκκλησιάσαι vulg. 13. οὗτος H., οὕτως vulg 17. αὐτῶν N., ἄλλων vulg. 18. ἀδικεῖν H., ἀδικῇ ἐν vulg.

apud Medos liceret. Disabulus eorum precibus obtemperans permisit Sogdaitis legationem mittere, cuius princeps fuit Maniach. Profecti igitur ad Persarum regem precati sunt, ut liberum illis esset sine ullo impedimento apud ipsos serici commercium. At Persarum rex, cui minime hoc gratum erat, ne impune illis esset Persarum fines ingredi, responsum distulit in crastinum, deinde alia atque alia dilatione iterum usus est. Cum diem ex die traxisset, et obnixe Sogdaitae peterent et urgerent, Chosroes, consilio convocato, deliberavit. Catulfus autem ille Ephthalites, qui propter stuprum, a rege uxori suae per vim illatum, gentem Turcis prodiderat et deinde ad Medorum partes transierat, hortatus est Persarum regem, ut sericum minime praetermitteret, sed emto eo, pretium traderet; tum autem ante oculos legatorum illud in ignem iniiceret, ne iniuste agere, neve Turcorum serico uti velle videretur. Et sericum quidem igni crematum est, legati vero haud laeti ad proprias sedes remearunt. Deinde quum Disabulo, quae decreta fuerant, renuntiassent, is confestim alia legatione ad Persas usus est, qua rei publicae suae eos conciliare studebat. Ubi vero iterum legatio a Turcis advenit,

ρᾳ πρεσβείᾳ ἐχρῆτο ὡς Πέρσας, φιλοποιήσασθαι τὴν κατὰ A. C. 568
σφᾶς πολιτείαν βουλόμενος. ἐπεὶ δὲ ἡ Τούρκων πρεσβεία αὖ- Ind. 1
θις ἀφῖκτο, ὁ βασιλεὺς ἅμα τοῖς ἐν τέλει Περσῶν καὶ τῷ Iustini 4
Κατούλφῳ ἐγνωμάτευε, πάντῃ ἀξύμφορον εἶναι Πέρσαις φι-
λίαν θέσθαι ὡς Τούρκους· τὸ γὰρ Σκυθικὸν εἶναι παλίμβο-
λον. ταύτῃ τοι καὶ παρενεγγύησε δηλητηρίῳ φαρμάκῳ ἐνίους
διαφθαρῆναι τῶν πρέσβεων, ὅπως ἀπείποιεν τῆς ἐκεῖσε με-
τέπειτα παρουσίας. καὶ δὴ οἱ πλεῖστοι τῶν πρεσβευσαμένων C
Τούρκων τῇ περὶ τὴν ἐδωδὴν μῖξει τῶν ἀναιρετικῶν φαρμά-
κων αὐτοῦ που τὸν βίον κατέλυσαν, πλὴν τριῶν ἢ τεσσάρων.
θροῦς δὲ ἐφοίτησε Πέρσαις, ὡς διώλοντο τῷ πνιγηρῷ τῶν
Περσῶν αὐχμῷ τῶν Τούρκων οἱ πρέσβεις, ἅτε τῆς αὐτῶν
χώρας θαμὰ νιφετῷ παλυνομένης, καὶ ἀδύνατον ὂν αὐτοῖς
ἄνευ κρυμώδους καταστήματος βιοτεύειν. ταύτῃ τοι καὶ ἄλ-
λως ὑποτοπήσαντες, οἵ γε τὴν ἐπιβουλὴν διέφυγον, οὕτω
ξυμβὰν εἰς τὴν πατρῴαν ἐπανελθόντες τὰ ἅπερ οἱ Πέρσαι
καὶ οἳ διεψιθύρισαν ταῦτα. ὅμως ὁ Διζάβουλος (ἀγχίνους γάρ
τις καὶ δεινὸς) οὐκ ἠγνόησε τὸ πραχθὲν, ᾠήθη δὲ, ὅπερ καὶ
ἦν, ὡς ἐδολοφονήθησαν οἱ πρέσβεις. ἔνθεν τοιγαροῦν ἡ δυσ- D
μένεια ἤρξατο Περσῶν τε καὶ Τούρκων. καὶ λαβόμενος ὁ
Μανιὰχ, ὃς τῶν Σογδαϊτῶν προειστήκει, τοιοῦδε καιροῦ ξυμ-
βουλεύει τῷ Διζαβούλῳ, ἄμεινον εἶναι Τούρκοις ἀσπάσασθαι

9. ἀναιρετικῶν Val., αἱρετικῶν vulg. 14. βιοτεύειν H., βιοτεῦον vulg. 21. τοιοῦδε B., τοῦδε vulg.

Persarum rex una cum primoribus Persarum et Catulfo censuit, minime e re Persarum esse, amicitiam iungere cum Turcis. Omne enim Scythicum genus perfidum et mutabile. Quin etiam iussit, veneficio tolli nonnullos legatorum, ut in posterum aversarentur ad suas regiones accessum Sic evenit, ut fere omnes legati, exceptis tribus aut quatuor, mixto cibis letali veneno, sint perempti. Rumor ex eo inter Persas dissipatus est, Turcorum legatos nimis calido et sicco terrae Persidis situ periisse: quia, cum Turcorum regio crebris nivibus contecta sit, non nisi in frigida aëris temperie vivere possent. Quin et illi, qui insidias evaserant, quamvis aliter suspicarentur, eandem, quae per Persidem percrebuerat, famam quoque apud suos divulgarunt. Sed Disabulus, homo callidus et versutus, quae patrata erant, non ignorabat Credebat enim, sicut erat, legatos dolo necatos esse. Hinc inimicitiae Turcorum et Persarum originem ceperunt. Et hanc occasionem Maniach, qui Sogdaitis praeerat, arripiens, Disabulo persuasit, utilius esse Turcis Romanos colere, et eorum amicitiam amplecti, et ad illos serici commercium transferre, qui illud in frequentiori usu haberent, quam reliqui homines, seque paratissimum esse dicebat Maniach, una cum legatis Turcorum ad eam legationem

A. C. 568 τὰ Ῥωμαίων, καὶ παρ' αὐτοὺς ὤνιον ἀποκομίζειν τὴν μέτα-
Ind. 1 ξαν, ὥς γε καὶ κατὰ τὸ πλέον τῶν ἄλλων ἀνθρώπων χρωμέ-
Iustini 4 νους. ἑτοιμότατα δὲ ἔχειν ἔφη ὁ Μανιὰχ καὶ αὐτὸς συναπαίρειν τοῖς πρέσβεσιν τῶν Τούρκων· καὶ ὡς ταύτῃ φίλοι ἔσονται Ῥωμαῖοί τε καὶ Τοῦρκοι. τούτοις δήπου κατανεύσας τοῖς ῥήμασιν ὁ Διζάβουλος ἐκπέμπει αὐτόν τε καὶ ἑτέρους τινὰς ὡς βασιλέα Ῥωμαίων πρεσβευσομένους, προσρήσεις τε ἀποκομιοῦντας καὶ δῶρα μετάξης, οὐκ ὀλίγον τι χρῆμα,
P. 108 καὶ συλλαβάς τινας. τοιάσδε τινὰς ἐπιστολὰς ἐπιφερόμενος ὁ Μανιὰχ ἀπήρξατο τῆς ὁδοιπορίας. καὶ δὴ ἐς τὰ μάλιστα πολλὴν διανύσας ἀτραπὸν, χώρους τε διελθὼν ἐσότι πλείστους, ὄρη τε μέγιστα καὶ ἀγχινεφῆ καὶ πεδία καὶ νάπας, λίμνας τε καὶ ποταμοὺς, εἶτα τὸν Καύκασον αὐτὸν τὸ ὄρος ὑπερελθὼν, τὸ τελευταῖον ἀφίκετο ἐς Βυζάντιον. καὶ τοίνυν εἰς τὰ βασίλεια παρελθὼν καὶ παρὰ βασιλέα γενόμενος ἅπαντα ἔπραξε τὰ ὅσα ἕπεται τῷ τῆς φιλίας θεσμῷ, τό,τε γράμμα καὶ τὰ δῶρα ἐνεχείρισε τοῖς ἐς τοῦτο ἀνειμένοις, καὶ
B ἐδεῖτο μὴ ἀνονήτους αὐτῷ γενέσθαι τοὺς τῆς ὁδοιπορίας ἱδρῶτας. ἀτὰρ ὁ βασιλεὺς ἀναλεξάμενος διὰ τῶν ἑρμηνέων
V. 73 τὸ γράμμα τὸ Σκυθικὸν ἀσμενέστατα προσήκατο τὴν πρεσβείαν. τοιγαροῦν ἤρετο τοὺς πρέσβεις περὶ τῆς τῶν Τούρκων ἡγεμονίας τε καὶ χώρας. οἱ δέ γε ἔφασαν τέτταρας αὐ-

2. ὥς γε B., ὥστε vulg. 3. δὲ B., καὶ vulg. αὐτὸς συναπαίρειν B, αὐτὸν οὖν ἀπαίρειν vulg. 7. πρεσβευσαμένους ed. Par. 13. αὐτὸν B., αὐτὸ vulg.

proficisci, ut Romani et Turci hac conditione fierent amici. His verbis Disabulus assensus mittit ipsum et quosdam alios, qui legationem obirent apud Imperatorem Romanum, eique gratulationes et dona serici non parvi pretii una cum litteris deferrent. Hanc epistolam ferens Maniach in viam se dedit. Cum longum itineris spatium confecisset multasque regiones peragrasset, montes praeruptos et undique nivibus coopertos, loca plana et silvosa, paludes et flumina, deinde Caucasum superasset, Byzantium pervenit, et in regiam introductus ad Imperatorem accessit. Hic omnia exsecutus est, quae inter socias gentes observari solent, et litteras et dona in manus tradidit eorum, quorum hoc officium erat, et precatus est, ne sibi irriti fierent tam longi itineris sudores. Imperator autem, ubi legit per interpretem litteras Scythice scriptas, legationem lubenti animo admisit. Itaque legatos percunctatus est de Turcorum principatu et regione: illi vero responderunt, quatuor apud eos praefecturas, sed summum totius gentis imperium penes solum Disabulum esse. Ad haec dixerunt subegisse Ephthalitas eosque tributum pendere coegisse. „Omnis igitur, inquit Imperator, a vobis est eversa Ephthalitarum

τοῖς εἶναι ἡγεμονίας· τὸ δέ γε κράτος τοῦ ξύμπαντος ἔθνους ἀνεῖσθαι μόνῳ τῷ Διζαβούλῳ. πρός γε ἔλεξαν, ὡς παρεστήσαντο καὶ Ἐφθαλίτας μέχρι καὶ ἐς φόρου ἀπαγωγήν. „πᾶσαν οὖν," ἔφη ὁ αὐτοκράτωρ, „τὴν τῶν Ἐφθαλιτῶν ἐκποιήσασθαι δύναμιν." „πάνυ μὲν οὖν" ἔλεξαν οἱ πρέσβεις. αὖθις ὁ βασιλεύς· „κατὰ πόλεις ἢ που ἄρα κατὰ κώμας ᾤκουν οἱ Ἐφθαλῖται;" οἱ πρέσβεις· „ἀστικοί, ὦ δέσποτα, τὸ φῦλον." „εὔδηλον οὖν," ἢ δὲ ὁ βασιλεύς, „ὡς ἐκείνων δήπου τῶν πόλεων κύριοι καθεστήκατε." „καὶ μάλα" ἔφασαν. ὁ βασιλεύς· „ἄρα ἡμᾶς ἀναδιδάξατε ὅση τῶν Ἀβάρων πληθὺς τῆς τῶν Τούρκων ἀφηνίασεν ἐπικρατείας, καὶ εἴ τινες ἔτι παρ' ὑμῖν;" „εἰσὶ μέν, ὦ βασιλεῦ, οἵ γε τὰ ἡμέτερα στέργουσιν ἔτι· τοὺς δὲ δήπουθεν ἀποδράσαντας οἶμαι ἀμφὶ τὰς εἴκοσιν εἶναι χιλιάδας." εἶτα ἀπαριθμησάμενοι οἱ πρέσβεις ἔθνη κατήκοα Τούρκων, τὸ λοιπὸν ἠντιβόλουν αὐτοκράτορα εἰρήνην τε ξυνεστάναι καὶ ὁμαιχμίαν Ῥωμαίοις τε καὶ Τούρκοις. προσετίθεσαν δέ, ὡς καὶ ἑτοιμότατα ἔχουσι καταπολεμῆσαι τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας τὸ δυσμενές, ὁπόσον ἐς τὴν κατ' αὐτοὺς ἀγελάζονται ἤπειρον. ἐπὶ τούτοις ἅμα τῷ λέξαι τὼ χεῖρε ὕψου ἀνατείνας ὁ Μανιὰχ οἵ τε ξὺν αὐτῷ ὅρκῳ ἐπιστώσαντο μεγίστῳ, ἦ μὴν ὀρθογνώμονι διανοίᾳ ταῦτα εἰρῆσθαι. πρός γε καὶ κατέχεον ἀρὰς σφίσιν αὐτοῖς, ἔτι γε μὴν καὶ τῷ Διζαβούλῳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ παντὶ τῷ ἔθνει, εἴ γε οὐχὶ

A. C. 568
Ind. 1
Iustini 4

C

D

4. ἰδιοποιήσασθε aut ᾠκειώσασθε coni. B. 6. κατὰ κώμας Val., κατὰ κώμης vulg., καὶ τὰ κ. mg. H. 8. ἢ δὲ B., ἤδη vulg. 10. ὅση B., ὡς ἡ vulg. 11. ἀφηνίας ἐν ἐπικρατείᾳ vulg., Val. em. ὑμῶν vulg. 18. αὐτὰς vulg. 20. τε N., γε vulg.

potentia." Adnuentibus legatis, Imperator rogavit: „Utrum in urbibus, an vicatim habitabant Ephthalitae?" „Gens, o domine, urbes colit." „Ergo, subiecit Imperator, manifestum est, vos omnium urbium, quae illorum fuerunt, factos esse dominos." „Sic est, Imperator," dixerunt. „Sed nos docete, quanta sit Avarum multitudo, quae vestri imperii frenum excussit, et num pars etiamnum vobis subiecta sit." „Sunt qui nostro imperio adhuc pareant. Qui vero a nobis defecerunt, arbitror esse circiter viginti millia." Postremo Imperatori dinumerarunt gentes Turcis subditas. Deinde ab eo, ut pax et armorum societas Romanis et Turcis esset, petierunt. Addiderunt, se paratissimos esse, pugnare contra omnes, qui Romanae dominationi infesti, eos prope ipsorum fines bello appeterent. Haec simulatque pronuntiarunt, Maniach, manibus in coelum sublatis, et qui cum ipso erant, iureiurando maximo, sese ex animi sui sententia bona fide haec omnia dicere et promittere affirmarunt; ni ea vera essent, aut si scientes fallerent, neque ea observarent,

A. C. 568 τὰ ἐπηγγελμένα ἀληθῆ τε εἴη καὶ πρακτέα. οὕτω μὲν οὖν Ind. 1 Iustini 4 τὸ φῦλον οἱ Τοῦρκοι φίλοι ἐγένοντο Ῥωμαίοις, καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς οὐχὶ ἄλλως ἐφοίτησαν πολιτείᾳ.

A. C. 569 η'. Ὅτι διαθρυλληθὲν κατὰ τὴν Τουρκίαν, ὅσοι ἀγχί- Ind. 2 Iustini 5 θυροι ἦσαν, ὡς Ῥωμαίων ἐνδημοῦσι πρέσβεις καὶ ὡς πορεύονται τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἅμα πρεσβείᾳ Τούρκων, ὁ P. 109 τῶν ἐκείνῃ ἐθνῶν ἡγεμὼν ἐδήλωσε τῷ Διζαβούλῳ ξὺν ἱκετείᾳ, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ σφετέρου τινὰς ἀποστεῖλαι ἔθνους ἐπὶ θέαν τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας. καὶ τοίνυν ὁ Διζάβουλος ἐφίετο. καὶ ἕτεροι δὲ προεστῶτες ἐθνῶν ταῦτα ἐζήτουν· ὁ δὲ οὐδενὶ ξυνεχώρησε τῶν πάντων, ἢ μόνον τῷ τῶν Χλιατῶν ἡγεμόνι. καὶ οὖν καὶ τοῦτον παρειληφότες οἱ Ῥωμαῖοι διὰ τοῦ λεγομένου ποταμοῦ Ὠὴχ*, καὶ ἀτραπὸν διανύσαντες οὐδαμῶς ὀλίγην, ἐγένοντο κατὰ δὴ τὴν λίμνην τὴν ἄπλετον ἐκείνην καὶ εὐρεῖαν. ἐνταῦθα ὁ Ζήμαρχος ἐνδιατρίψας ἡμέρας τρεῖς στέλλει Γεώργιον, ὃς ἀνεῖτο ἐς τὴν τῶν B ἐπιτομωτέρων συλλαβῶν ἀπαγγελίαν, προδηλώσοντα τῷ βασιλεῖ τὴν σφῶν αὐτῶν ἐκ Τούρκων ἐπάνοδον. καὶ οὖν ὁ Γεώργιος ἅμα Τούρκοις δέκα πρὸς τοῖς δύο ἀπήρξατο τῆς ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ὁδοῦ, ἀνύδρου τε μάλα οὔσης καὶ πάντῃ ἐρήμου, ὅμως δ' οὖν ἐπιτομωτέρας. ὁ δὲ Ζήμαρχος κατὰ δὴ τὸ ψαμαθῶδες τῆς λίμνης παροδεύων ἐπὶ ἡμέρας δέκα

5. ἐνδημοῦσι N., ἐνδήμους vulg. 7. ἐκείνῃ N., ἐκείνης vulg. 10. ἐφίετο N., ἐφίκετο vulg. ἑτέροις vulg. 15. εὐροίαν vulg. Iaxartes fluvius, lacus Aral. N.

sibi ipsis et ipsi Disabulo totique genti diras sunt imprecati. Ad hunc modum gens Turcica Romanis amica est facta.

8. Postquam fama ad finitimas Turciae gentes pervenerat, legatos Romanorum advenisse, eosque una cum Turcorum legatis Byzantium redire, eius regionis dux Disabulum supplex oravit, ut reipublicae Romanae visendae gratia sibi quoque legatos mittere liceret. Quod Disabulus non recusavit. Sed quum aliarum quoque gentium duces idem peterent, nulli alii, quam soli Chliatium duci, concessit. Itaque hunc etiam Romani assumentes, traiecto flumine Oich, haud breve viae spatium emensi, ad illam ingentem et latam paludem pervenerunt. Hic Zemarchus tres dies commoratus, mittit Georgium, cui munus breviores epistolas perferendi delatum erat, ut Imperatori legatorum a Turcis reditum significaret. Georgius igitur cum duodecim Turcis desertam quidem et inaquosam, sed breviorem viam Byzantium versus ingressus est. Zemarchus autem per arcuosa paludis iter faciens per duodecim dies, loca praerupta praetergressus, attigit ripas non solum fluminis Ilichi, sed etiam Daichi, et rursus per alias paludes ad Attilam pervenit, inde ad Uguros,

A. C. 569 Ind. 2 Iust 5

καὶ δύο, δυσβάτους τέ τινας χώρους παραμειψάμενος, ἐγένετο κατὰ τὰ ῥεῖθρα τοῦ Ἴχ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν Δαΐχ, καὶ διὰ λιμνῶν ἑτέρων αὖθις ἐς τὸν Ἀττίλαν· πάλιν ὡς Οὐγούρους, οἳ δὴ καί σφισιν ἀπήγγειλαν, ὡς εἰς τὰ περὶ C τὸν Κωφῆνα ποταμὸν ἐς τὰ λάσια τέσσαρες χιλιάδες Περσῶν ἐπιτηροῦσι προλελοχισμένοι, ὡς ἂν χειρώσονται παριόντας αὐτούς. ταύτῃ τοι ὁ τῶν Οὐγούρων ἡγούμενος, ὃς διέσωζεν ἐκεῖσε τοῦ Διζαβούλου τὸ κράτος, πληρώσας ὕδατος ἀσκοὺς παρέσχετο τοῖς περὶ Ζήμαρχον, ὡς ἂν ἔχοιεν ὅθεν ὑδρεύσοιντο διὰ τῆς ἀνύδρου ἰόντες. εὗρον δὲ καὶ λίμνην, καὶ παραμειψάμενοι τὸ μέγα τοῦτο ὑδροστάσιον ἀφίκοντο ἐς ἐκείνας τὰς λίμνας, ἐν αἷς ἐπιμιγνύμενος ἀπόλλυται ὁ Κωφὴν ποταμός. ἐξ ἐκείνου δὴ τοῦ χώρου πέμπουσι διοπτῆρας προδιασκεψομένους, εἴγε ὡς ἀληθῶς οἱ Πέρσαι ἐνεδρεύουσιν· οἳ δὴ ἀνιχνεύσαντες ἀπήγγειλαν μηδένα ἰδεῖν. ὅμως ξὺν μεγίστῳ φόβῳ D ἀφίκοντο ἐς Ἀλανίαν, κατὰ τὸ μᾶλλον δεδιότες τὸ φῦλον τῶν Ὀρομοσχῶν.

θ'. Ὅτι γενόμενοι ἐν Ἀλανίᾳ παρὰ Σαρώδιον τὸν ἐκείνων ἡγεμόνα, καὶ ἅμα τοῖς ἑπομένοις Τούρκοις ἐσφοιτῆσαι V. 74 βουλόμενοι, ὁ Σαρώδιος τὸν μὲν Ζήμαρχον καὶ τοὺς ἑπομένους ἐδέξατο ἀσμένως, τοὺς δὲ δὴ πρέσβεις τῶν Τούρκων ἔφασκε μὴ πρότερον τῆς ὡς αὐτὸν εἰσόδου τυχεῖν, ἢ κατα-

2. 3. 5. Iemba, Iaik, Volga (Ethel), Kuma, fluvii. N. 3. *διὰ λιμνῶν* H., *διάλιμνον* vulg. 4. *Οὐτιγούρους* et 7. *Οὐτιγούρων* coni. N. 6. *παριόντας* Cantocl., *παρόντας* vulg. 7. *ὁ* om. vulg.

qui Romanos monuerunt, in densis et arboribus consitis locis circa Cophenem flumen latere in insidiis collocata Persarum quatuor millia, qui praetereuntes eos captivos facerent. Ugurorum dux, qui illic ex auctoritate Disabuli imperium habebat, utres aqua implevit et praebuit Zemarcho et eius comitibus, ut, cum per deserta irent, haberent unde aquarentur. Invenerunt et paludem et magnum illud stagnum praetergressi, pervenerunt ad eas paludes, in quas immixtus Cophen amnis sese effundit. Ex eo loco mittunt qui explorarent, an verum esset, Persas in insidiis esse. Hi iisdem totam regionem perscrutati renuntiarunt, se neminem vidisse. Nihilo secius in Alaniam magna cum trepidatione, propterea quod metuebant gentem Oromoschorum, properarunt.

9. Quum in Alaniam pervenissent, et Sarodium, Alanorum ducem, una cum Turcis adire vellent, Sarodius quidem Zemarchum et qui cum eo erant benigne et comiter excepit, sed Turcorum legatos prius, quam arma deposuissent, in suum conspectum venire noluit. Maximo igitur inter ipsos super hac re orto et continuato per tres dies certamine, dissidentium arbiter fuit Zemarchus. Tandem, armis depositis, ut Sarodio placuerat, eum adierunt. Sarodius au-

A. C. 569 Ind. 2 Iustini 5 θεμένους τὰ ὅπλα. τοιγάρτοι καὶ ἅμιλλα αὐτοῖς ἐγένετο περὶ τούτου ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς, καὶ Ζήμαρχος ἦν τῶν φιλονεικουμένων διαιτητής. τέλος ἀποθέμενοι τὰ ὅπλα οἱ Τοῦρκοι, ὡς Σαρωδίῳ ἐδόκει, ὡς αὐτὸν ἐσεφοίτησαν. ὁ δὲ δὴ Σαρώδιος παρεγγύησε τοῖς περὶ Ζήμαρχον διὰ τῆς τῶν Μινδιμιανῶν ἀτραποῦ ἥκιστα ἰέναι, τῷ κατὰ τὴν Σουανίαν τοὺς Πέρσας ἐνεδρεύειν· ἄμεινον δὲ εἶναι διὰ τῆς λεγομένης Δαρεινῆς ἀτραποῦ οἴκοι P. 110 ἀποχωρεῖν. ταῦτα ἐπεὶ ἔγνω ὁ Ζήμαρχος, διὰ τῆς Μινδιμιανῆς ἔστειλεν ἀχθοφόρους δέκα μέταξαν ἐπιφερομένους, ἀπατήσοντας Πέρσας τῷ προεκπεμφθῆναι τὴν μέταξαν καὶ προτερῆσαι τῇ ὁδῷ, ἐκ τούτου τε ὑποτοπῆσαι ὡς ἐς τὸ αὔριον παρέσται καὶ Ζήμαρχος. καὶ οἱ μὲν ἀχθοφόροι ᾤχοντο ἀπιόντες, ὁ Ζήμαρχος δὲ διὰ τῆς Δαρεινῆς παρεγένετο ἐς Ἀψιλίαν, τῇ Μινδιμιανῇ χαίρειν εἰπὼν, ἐς τὰ εὐώνυμά τε ἐάσας αὐτὴν, ᾗ ἐπίδοξοι ἦσαν ἐπιθήσεσθαι οἱ Πέρσαι. καὶ ἧκεν ἐς τὸ Ῥογατόριον, εἶτα κατὰ δὴ τὸν Εὔξεινον Πόντον, εἶτα ναυτιλίᾳ χρησάμενος ἐς Φᾶσιν ποταμόν· πάλιν ἐς Τρα- B πεζοῦντα. οὕτω τε δημοσίῳ ἵππῳ ἐς Βυζάντιον παρὰ βασιλέα εἰσελθὼν ἔφρασε τὸ πᾶν. Ζημάρχῳ μὲν οὖν ἐν τοιοῖσδε ἔληξεν ἡ πορεία καὶ ἀποπορείας ἐπὶ Τούρκους.

c.A.C.565 Ind. 13 Iustini 1 ι΄. Ὅτι Ἀβάρων καὶ Φράγκων σπεισαμένων πρὸς ἀλλήλους, καὶ τῆς εἰρήνης ἐμπεδώτατα ἐχούσης, ἐσήμηνεν ὁ Βαϊανὸς Σιγισβέρτῳ τῷ τῶν Φράγκων ἡγεμόνι οἷα λιμῷ πιεζομένης αὐτῷ τῆς στρατιᾶς, καὶ ὡς χρεὼν εἴη βασιλέα καθε-

5. Misimiani Agathiae. N. 9. ἐπιφερομένους, ἀπατήσοντας B., ἀποφερομένους, ἀπαντήσοντας vulg. 17. εἶτα del. N. χρησάμενος mg. H., χρησάμενοι vulg. 20. ἀποπορεία coni. B.

tem monuit Zemarchum, ne per Mindimianos iter faceret, propterea quod Persae circa Suaniam in insidiis essent: consultius faceret, si per Darinem iret. His cognitis, Zemarchus per Mindimianam decem equos misit, serico onustos, qui Persas fallerent, quasi sericum praemissum esset, et ipsi praeirent, unde conilicerent, Zemarchum crastino die secuturum. Et hi quidem profecti sunt. Zemarchus vero perDarinem in Apsiliam venit, Mindimiana ad laevam relicta, (hac enim parte suspicio erat Persas insidias struere,) et Rogatorium accessit, deinde ad Pontum Euxinum, et navibus usus usque ad Phasin, tum Trapezuntem pervenit, unde equo publico Byzantium ad Imperatorem delatus, illi omnia narravit. Hic igitur profectio et reditus Zemarchi finem accepit.

10. Quum Avares et Franci foedera invicem sanxissent, et pax firma inter eos esset, Baianus, Avarum dux, significavit Sigisberto, Francorum duci, suum exercitum commeatus inopia laborare. Decere eum, qui rex esset et inter suos, minime negligere exercitum sibi

στῶτα, καὶ πρός γε αὐτόχθονα, μὴ περιιδεῖν στράτευμα ἔνσπονδον. ἔφασκε δὲ, ὡς, εἴγε ἐπιῤῥώσει τῶν Ἀβάρων τὸ στράτευμα τοῖς ἀναγκαίοις, οὐ πλέον ἢ τρεῖς ἡμέρας αὐτοῦ ἐνδιατρίψει, εἶτα ἀπαλλαγήσεται. ταῦτα ἐπειδὴ ἀπήγγελτο τῷ Σιγισβέρτῳ, παραχρῆμα ὅ γε ἄλευρά τε ἔστειλε τοῖς Ἀβάροις καὶ ὄσπρια καὶ ὄϊς καὶ βόας. c.A.C 565 Ind. 13 Iustini 1 C

ια΄. Ὅτι Ἀλβούιος ὁ τῶν Λογγιβάρδων μόναρχος (οὐ γὰρ αὐτῷ ἀπέληγεν ἡ πρὸς Κονιμοῦνδον ἀπέχθεια, ἀλλ' ἐκ παντὸς τρόπου ᾤετο δεῖν καταστρέψασθαι τὴν τῶν Γηπαίδων ἐπικράτειαν) ταύτῃ τοι πρέσβεις ἐξέπεμψεν ὡς τὸν Βαϊανὸν, ἐς ὁμαιχμίαν παρακαλῶν. παραγενομένων δὲ τῶν πρέσβεων, ἠντιβόλουν μὴ περιϊδεῖν σφᾶς ὑπὸ Γηπαίδων τὰ ἀνήκεστα πεπονθότας, μάλιστα καὶ Ῥωμαίων τῶν ἄγαν ἐχθίστων Ἀβάροις συμμαχούντων τοῖς Γήπαισιν. ἐδίδασκον δὲ, ὡς οὐ κατὰ τοσοῦτον πρὸς Γήπαιδας τὸν πόλεμον ἀναῤῥίψωσι, καθόσον Ἰουστίνῳ μαχήσονται, βασιλεῖ τῷ τῶν Ἀβάρων ἔθνει ἐς τὰ μάλιστα δυσμενεστάτῳ γε ὄντι, ὃς παρωσάμενος τὰς Ἰουστινιανοῦ τοῦ μητραδέλφου σπονδὰς πρὸς Ἀβάρους ἐκ πολλοῦ γεγενημένας τῶν εἰωθότων ἐστέρησε. προσετίθεσαν δὲ, ὡς, εἴ γε ἔσοιντο ἅμα Λογγοβάρδοις, ἀκαταμάχητοι γενήσονταί πως, καὶ ὡς καταστρεφόμενοι Γήπαιδας τοῦ τε πλούτου σφῶν, ἔτι γε μὴν καὶ τῆς ἐκείνων κοινῇ κρατήσουσι χώρας, καὶ ὡς ἡ Σκυθία τὸ λοιπὸν αὐτοῖς εὐημεροῦσί γε ἐς ἀεὶ, καὶ μὲν οὖν ἡ Θρᾴκη αὐτὴ ἔσται εὐεπίβατος, καὶ A C. 566 Ind. 14 Iustini 2 D

8. Κονιμοῦντον vulg   23. εὐημεροῦσί H., εὐημεριοῦσί vulg.

foedere coniunctum. Promittebat autem, si exercitum Avarum necessariis rebus recreasset, se tertio die castra moturum, neque diutius in his locis commoraturum. Hacc ubi Sigisberto sunt nuntiata, statim farinam, legumina, oves et boves ad Avares misit.

11. Alboinus, Longobardorum rex, qui inimicitias, quas cum Cunimundo, Gepidarum rege, exercebat, minime deponebat, sed quacunque ratione Gepidarum opes sibi evertendas ducebat. Itaque legatos ad Baianum misit, quibus enm ad armorum societatem adhortabatur. Legati cum advenissent, precibus cum Baiano agebant, ne se contemneret, qui nefanda omnia a Gepidis passi essent, praesertim quum etiam Romani, Avarum genti quam infestissimi, Gepidas bello iuvassent. Neque tam in Gepidas bello ferri dicebant, quam contra Iustinum pugnare cuperent, regem Avarum genti inimicissimum, qui foedera cum Iustiniano, eius avunculo, iam pridem transacta pro nihilo habens Avares consuetis muneribus privaret. Adiecit, si cum Longobardis se coniungerent, fore, ut invicti essent, et, Gepidis exterminatis, eorum opibus et regione communiter potirentur. Tum pacatis et coniunctis ipsis facile fore Scythiam et ipsam Thraciam occupare, et

A. C. 566 ἁπλῶς ξὺν οὐδενὶ πόνῳ ἐκ γειτόνων ὁρμώμενοι τὴν Ῥωμαί-
Ind. 14 ων καταδραμοῦνται, καὶ ὡς ἄχρις αὐτοῦ γε δή που τοῦ Βυ-
Iustini 2 ζαντίου ἐλάσουσιν. ἔφασκον δὲ οἱ τῶν Λογγιβάρδων πρέ-
σβεις, ὡς καὶ συνοίσει τοῖς Ἀβάροις τὴν πρὸς Ῥωμαίους
P. 111 ἀσπάσασθαι μάχην· ἢ γὰρ ἂν ἐκεῖνοι προτερήσουσι, καὶ ἐκ
παντὸς τρόπου καθελοῦσι τὴν Ἀβάρων δύναμιν, ὅπου καὶ γῆς
τυγχάνουσιν ὄντες.

ιβ'. Ὅτι ὁ Βαϊανὸς τοὺς τῶν Λογγιβάρδων πρέσβεις δε-
ξάμενος ἐδόκει τούτους περιφρονεῖν, τῷ βούλεσθαί γε αὐτὸς
κερδαλεώτερον θέσθαι ὡς αὐτοὺς τὴν συμμαχίαν, καὶ πῇ
μὲν τὸ μὴ δύνασθαι, πῇ δὲ τὸ δύνασθαι μὲν προΐσχετο,
μὴ βούλεσθαι δέ. ξυνελόντα δὲ εἰπεῖν, ἅπαντα τρόπον
B ἀπάτης τοῖς δεομένοις ἐπισείσας ἔδοξε μὲν πείθεσθαι μόλις,
V. 75 οὐκ ἄλλως δὲ ἢ εἰ τὸ δεκατημόριον τῶν τετραπόδων ἁπάν-
των, ὅσα παρὰ Λογγιβάρδοις ὑπῆρχεν, αὐτίκα κομίσαιντο,
καὶ ὡς, εἰ γένοιντο καθυπέρτεροι, ἥμισυ μὲν τῆς λείας ἕξου-
σιν αὐτοί, τὴν δὲ τῶν Γηπαίδων χώραν εἰς τέλεον. ἃ δὴ
καὶ ἐγένετο. καὶ ἐχώρουν Γήπαισι πολεμήσοντες. ἐπειδὴ
δὲ ἐπύθετο Κονιμοῦνδος, λέγεται δείσας, ὡς καὶ αὖθις παρὰ
βασιλέα Ἰουστῖνον ἔπεμψε πρέσβεις, καὶ ὡς οὐδὲν ἧττον, ἢ
πρότερον, ξυνεπιλαβέσθαι οἱ τοῦ κινδύνου ἱκέτευε, καὶ πάλιν
τὸ Σίρμιον καὶ τὴν εἴσω Δράου ποταμοῦ χώραν ἐπηγγέλλετο

3. ἐλάσουσι H., ἐκλάβουσι vulg. Λογγοβάρδων vulg. 9. αὐτὸς B., αὐτὸν vulg. 10. αὐτοὺς N., αὐτῇ vulg. 14. εἰ add. N. 19. ἐπείθετο vulg.

ex vicinis locis moventes minimo negotio Romanorum regiones armis percurrere et Byzantium usque ferri. Dixerunt quoque Longobardorum legati, Avaribus expedire Romanos ultro bello petere: alioqnin enim illos praeventuros, et quoquo terrarum Avares constiterint, eos persecuturos et quacumque ratione deleturos.

12. Baianus legatos quidem Longobardorum excepit, sed eos parvi facere decrevit, ut ea ratione conditionibus, quae suis rationibus utiles essent, ad armorum societatem secum contrahendam pelliceret. Et modo se non posse, modo posse, iactabat, sed nolle. Cumque se precantes omni fraudis genere, ut breviter dicam, concussisset, tandem eorum petitioni assentiri videbatur, sed non alia conditione, quam si decimam partem quadrupedum, quae tunc temporis apud Longobardos essent, confestim acciperet, si superiores evaderent, dimidium manubiarum et tota Gepidarum regio eius iuri cederet. Atque haec cum ita conventa essent, bellum inferre Gepidis deinceps instituerunt. Quae ubi Cunimundus intellexit, dicitur timore perculsus legatos quoque misisse ad Iustinum Imperatorem, et eum esse obtestatus, ut non minus, quam antea, in partem periculi veniret. Tum rursus, se illi Sirmium et omnem regi-

δώσειν, αἰδὼς τε αὐτὸν οὐκ εἶχεν ἤδη περὶ τῶν αὐτῶν ὀμωμοκότα ἅπαξ καὶ τοῖς ὅρκοις οὐχὶ ἐγκαρτερήσαντα. διὸ δὴ καὶ βασιλεὺς Ἰουστῖνος εὖ εἰδώς τε καὶ τεκμαιρόμενος τοῖς φθάσασιν, ὡς Κονιμούνδῳ ἔνεστι πίστεως οὐδὲν ὁτιοῦν, ἀνήνασθαι μὲν οὔ τι ᾤετο χρῆναι τὴν ξυμμαχίαν, ἀναβολῇ δὲ ὅμως παρεκρούσατο τοῦ βαρβάρου τὴν αἴτησιν· ἔφη γάρ, ὡς διεσκεδασμένα τὰ Ῥωμαϊκὰ ὑπάρχει στρατεύματα, ξὺν σπουδῇ δὲ ὡς οἷόν τέ ἐστιν ἀθροίσας αὐτίκα ἐκπέμψοι. ἀκήκοα δὲ περὶ Κονιμούνδου καὶ τοιάδε, ἐμοὶ δὲ οὐ πιστά· λίαν γὰρ ἀναιδὲς ὑπῆρχε τὸν παρασπονδήσαντα περὶ τῶν αὐτῶν δεῖσθαι καὶ πάλιν. λέγεται δέ, ὡς καὶ Λογγίβαρδοι τηνικαῦτα ἐπρεσβεύσαντο παρὰ Ἰουστῖνον, καὶ ὅτι Γήπαιδας τῆς ὡς Ῥωμαίους ἀγνωμοσύνης πλεῖστα ὅσα κατηγορήσαντες, τὴν ἐκ Ῥωμαίων μὲν θηρώμενοι συμμαχίαν ἤνυσαν οὐδέν, κατεπράξαντο δὲ ὅμως πρὸς τοῦ βασιλέως μηδὲ ἑτέρους τῆς Ῥωμαίων ἀπολαῦσαι ἐπικουρίας.

A.C. 566 Ind. 14 Iustini 2 C D

ιγʹ. Ὅτι Βαϊανὸς ὁ τῶν Ἀβάρων ἡγούμενος, ἐν ᾧ χρόνῳ τὸ Σίρμιον ἠβούλετο πολιορκήσειν, Βιταλιανόν τε τὸν ἑρμηνέα καὶ Κομιτᾶν εἶχεν ἐν δεσμοῖς. ἄμφω γὰρ τὼ ἄνδρε τούτω Ἰουστῖνος ὁ βασιλεὺς ἤδη στείλας ὑπῆρχεν ὡς αὐτόν, αἰτήσοντας αὐτοῦ, ὡς ἂν ἄττα διαλεχθείη γε αὐτοῖς. ὁ δὲ παρὰ τὸν κοινὸν τῶν πρέσβεων θεσμὸν εἶχεν ἐν δεσμοῖς.

f. A.C. 568 Ind. 1 Iustini 4

11. καὶ B., μὴ vulg. 12. Ἰουστῖνον N., Ἰουστίνου vulg. Γήπαιδες vulg. 20. αἰτήσαντες vulg. 21. ἄττα ἐγκαλοίη διαλ. coni. N.

onem, quae intra Dravum fluvium est, concessurum esse pollicitus est. Neque pudore afficiebatur, quod idem iam semel iurasset, neque iureiurando stetisset. Ex quo cum Imperator perspiceret et coniiceret ex his, quae evenerant, nihil inesse Conimundo fidei, minime quidem illi denegandum auxilium, sed dilatione et procrastinatione petitionem eius ducendam existimavit. Respondit enim, per varias provincias dispersos esse Romanorum exercitus: cum celeritate et studio illos coacturum et quam citissime suppetias missurum. Haec quoque mihi de Conimundo audita: sed minime verisimilia videntur. Mihi enim satis impudens videtur is, qui cum foedera ruperit, eadem rursus petit. Dicitur vero, non solum tunc temporis Longobardos legatos ad Iustinum misisse, sed quavis ratione eos Gepidas apud Romanos ingrati erga illos animi insimulatos esse, quo magis ipsi auxilio digni viderentur, sed nihil profecerunt. Hoc tamen ab Imperatore consecuti sunt, ut neutra gens a Romanis auxiliis iuvaretur.

13. Baianus quo tempore de obsidendo Sirmio cogitabat, Vitalianum interpretem et Comitan in vincula coniecit. Hos autem duos viros Iustinus Imperator dudum ad illum miserat, ut aditum ad colloquendum cum illo de quibusdam rebus peterent. Is autem contra fas et commune ius gentium eos in vinculis habuit.

f. A.C. 569 Ind. 2 Iustini 5 P. 112 ιδ'. Ὅτι ὁ Βαϊανὸς μετὰ τὴν τειχομαχίαν στέλλει τινὰς ἀμφὶ τῆς εἰρήνης διαλεχθησομένους. ἔνιοι δὲ τῶν ἐν Σιρμίῳ ἀνὰ τὸ ἠλίβατον τοῦ βαλανείου, ὃ δῆτα τῷ δήμῳ ἐτύγχανεν ἀνειμένον, ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν πολεμίων κατὰ τὸ σύνηθες ἐνιζάνοντες, καὶ ἐν ἀπόπτῳ καραδοκοῦντές τε καὶ θεώμενοι εἴ που ἐπήλυσις ἔσται βαρβαρική, ὡς κατενόησαν τοὺς τῶν Ἀβάρων ἀγγελιαφόρους ἤδη προσιόντας, τῷ μήκει τῆς ἀτραποῦ ἀποπλανηθέντες καὶ οὔπω κατεγνωκότες τὸ ἀκριβὲς ὑπετόπησαν εἶναι πληθὺν Ἀβαρικήν, ἐδήλωσάν τε αὐτίκα, καὶ τὸ σημεῖον καθεῖλον. ὁ δὲ Βῶνος πρὸς τοῦτο δυσχεράνας σαφέστερον ἔσπευσε καταμαθεῖν τἀληθές. γνοὺς δὲ ὀλίγους εἶναι τοὺς Ἀβάρους καὶ βούλεσθαί οἱ ἐπικηρυκεύσασθαι,
B ἐξέπεμψε καὶ αὐτὸς τοὺς ποιησομένους τὰς καταλλαγὰς ἐς τὰ ἔξω τοῦ τείχους. ἔτι γὰρ ἐκ τοῦ ἕλκους περιώδυνος ἦν, καὶ ὁ Θεόδωρος ὁ ἰατρὸς οὐκ εἴα τὸν στρατίαρχον ἐν φανερῷ γίνεσθαι τοῖς ἐναντίοις. εἰκὸς γὰρ μηδὲ ἔφασκε τοὺς πολεμίους ὡς ἐβλήθη. εἰ δὲ τοῦτο κατάδηλον ἔσται αὐτοῖς, τότε ἀνάγκη μὴ ὑποκρύπτειν, ὡς ἂν μὴ ὑπόνοια γένηταί σφισι τοῦ ἀποβεβιωκέναι αὐτόν. οἱ δέ, ἐπεὶ ἕτεροι περὶ τῆς εἰρήνης ἦλθον διαλεχθησόμενοι καὶ οὐχὶ αὐτός, ὑπενόησαν, ὡς διώλετο ὁ στρατηγός, καὶ αὐτῷ ἐθέλειν ἔφασκον ἐν συνουσίᾳ γενέσθαι. τότε ὁ Θεόδωρος, τοῦ συνοίσοντος εὖ μάλι-

6. ἐπήλυσις H., ἐπίλυσις vulg. 16. μηδὲ] μηδὲ εἰδέναι B. τοῖς πολέμοις (sic) H.

14. Baianus post mnrorum oppugnatlonem misit, qui de pace agerent. Nonnulli ex his, qui Sirmii erant, ad summum fastiginm balnei, quod populi usui erat destinatum, ad speculandos hostes, ut moris est, ascenderunt. Hi ex specula circumspicientes, si qua barbari eruptionem facerent, adverterunt Avarum nuntios, qui iam se in viam dederant, e longinquo per iter vagantes. Hos cum certo dignoscere non possent, suspicati sunt, esse ex hostium exercitu. Itaque illico signo dato adventum eorum nuntiaverunt. At Bonus, cum illi in dubio haereret animus, re diligentius explorata, cognovit barbaros esse parvo numero, et pacis conditiones esse laturos. Itaque et ipse misit, qui extra muros cum illis colloquia sererent. Decumbebat enim ex vulnere, neque illi per Theodorum medicum licebat hostibus obviam ire. Neque vero hostes eum vulneratum esse scire suspicabatur. Nam si id rescissent, tum non amplius illi latendum esse dixit, ne suspicionem iniiceret, ducem e vivis excessisse. Sed hostes ubi viderunt alios, qui de pace disceptarent, venire, suspicati sunt, ducem periisse. Itaque colloquium coram eo fieri velle dixerunt. Tunc Theodorus, qui quod utile foret, praecipue spectabat, dixit non iam tempus postulare, ut dux

στα στοχασάμενος, ἔλεξεν, ὡς τὸ λοιπὸν οὐ χρεὼν ἀποκρύ- f. A.C.569 πτεσθαι τὸν στρατηγὸν, μᾶλλον μὲν οὖν ἐς τὰ ἔξω ἰέναι τῆς Ind. 2 Iustini 5 πόλεως καὶ ἐς ὄψιν γίνεσθαι τῶν βαρβάρων. καὶ φαρμάκῳ C τινὶ τὸ ἕλκος περιστείλας ἀφίησιν αὐτόν. καὶ δὴ προελθὼν ὁ Βῶνος, ἀγχοῦ τε τῶν βαρβάρων γενόμενος, ἐφάνη σφισί. τότε οἱ πρέσβεις τοιάδε ἀμοιβαίῳ τῷ λόγῳ ἔφασαν· „ταῦτα ἡμῖν, ὦ Ῥωμαῖοι, διαλεχθῆναι πρὸς ὑμᾶς ὁ τῶν Ἀβάρων ἐκέλευσε δεσπότης· μή μοι μέμψιν τινὰ ποιήσασθαι πόλεμον ἀραμένῳ· ὑμεῖς γὰρ πρῶτοι τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου δεδώκατε. πολλοῖς γὰρ πόνοις ὁμιλήσας, καὶ ἀποδημίας οὐχ ἥκιστα ποιησάμενος, μόλις ἐχειρωσάμην ταύτην τὴν χώραν, καὶ V.76 ὑμεῖς ἀφείλεσθέ μοι βιαίως αὐτήν. πρὸς τοῖς καὶ τὸν Οὐ- D σδήβαδον τῷ τῶν δορυαλώτων ἀνήκοντά μοι νόμῳ ἔχετε λαβόντες. ἀλλὰ γὰρ καὶ ὕβρεις ἐς τὰ μάλιστα πικρὰς ὁ καθ' ὑμᾶς κατέχεέ μοι βασιλεὺς, οὐ μόνον ἅπαξ ἢ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις· τῶν δεόντων τε οὐδὲν ἠβουλήθη διαπράξασθαι. εἰ τοίνυν τοιαῦτα πρὸς ὑμῶν ἠδικημένος τοῖς ὅπλοις ἐχρησάμην, οὐδαμῶς ὑπάρχω μεμπτέος. καὶ νῦν οὖν εἴ γε βούλεσθε περὶ σπονδῶν τε καὶ εἰρήνης ἡμῖν θέσθαι λόγους, ἑτοιμότατα ἔχομεν· ἐν ὑμῖν τε κείσθω προτιμῆσαι τὸ συνοῖσον καὶ τὰ εἰρηναῖα πρὸ τοῦ πολέμου ἑλέσθαι." πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνατο ὁ Βῶνος· „πρότερον μὲν ἡμεῖς οὐκ ἠρξάμεθα πολέμου· οὐδὲ γὰρ καθ' ὑμῶν ἠλάσαμεν. ἐς τοὐναντίον

15. ἡμᾶς vulg. μοι] μου B. 18. μεμπτέος H., πεμπτέος vulg.

domi in occulto se contineret, sed potius, ut extra civitatem prodiret, et in conspectum barbarorum veniret. Itaque vulnere unguento illito, Bonus a medico dimissus cum barbaris convenit. Tunc legati mutuo sermone, huiusmodi verbis sunt usi: „Avarum dominus, o Romani, apud vos haec proponere iussit. Ne illi succenseretis, si contra vos bellum suscepit. Etenim priores bello causam dedistis. Multis exhaustis laboribus et non minoribus itinerum fatigationibus toleratis vix istam, inquit, regionem ceperam, cum mihi illam vi eripuistis. Praeterea Usdebatum, qui iure captivorum domino meo cesserat, mihi ereptum retinetis. Multas quoque alias acerbas contumelias in me effudit Imperator vester, neque id semel atque iterum, sed saepius, neque quicquam eorum, quae iusta erant et aequitati consentanea, facere voluit. Itaque si tot tantisque iniuriis et damnis a vobis affectus et lacessitus, armis sum usus, in nullo sum reprehendendus. Quod si vultis nunc etiam de foedere et pace nobiscum verba facere, prompto animo id faciemus. Vestri igitur arbitrii est, quod expedit, praeoptare, et pacem bello praeponere." Ad quae Bonus respondit: „Priores quidem nos minime bellum occepimus, aut in vos grassati sumus: e contrario tu prior

1. A.C.569 μὲν οὖν σὺ κατὰ τῆς Ῥωμαίων ἤλασας. λοιπὸν δὲ, ὅτι καὶ
Ind. 2 ὁ βασιλεὺς ἐν βουλῇ ἐποιήσατο χρήματά σοι ἐπιδοῦναι· τοι-
Iustini 5
P. 113 γαροῦν καὶ παρέσχε τοῖς κατὰ σὲ πρέσβεσιν. ἐπεὶ δὲ κα-
τενόησεν αὐθαδιαζόμενον καὶ ὑπὲρ αὐτὴν δή που τὴν βαρ-
βαρικὴν ἀλαζονείαν ἐξογκούμενον, ῥήματά τε ὑπερήφανα ση-
μαίνοντα καὶ τῆς σῆς δυνάμεως καθυπέρτερα, τηνικαῦτα καὶ
αὐτὸς ἅτε ἀγχίνους ἐπετέλεσε τὰ οἰκεῖα. καὶ τὸ νῦν δὲ ἔχον,
ἡμέτερόν ἐστιν ὡς βασιλέα στεῖλαι οὓς ἂν σὺ βουληθείης
πρέσβεις τοὺς βεβαιώσοντας τὰ περὶ τῆς εἰρήνης. μηδὲ
γὰρ ἐν ἡμῖν εἶναι νόμιζε κἂν γοῦν φθέγξασθαί τι, μήτι γε
B καὶ ἑτέρως ἢ καθὰ βασιλεῖ τῷ ἡμετέρῳ δοκεῖ διαπράξασθαι."
ταῦτα Βώνου εἰρηκότος, εὖ ἔχειν ἔδοξε τῷ Βαϊανῷ τὰ ῥή-
ματα. ἐσήμανε δὲ αὖθις· „ἐπειδὴ τὰ ἐς ὁμαιχμίαν ἑπόμενά
μοι ἔθνη αἰσχύνομαι, αἰδώς τέ με ἔχει, εἴ γε πάντῃ ἄ-
πρακτος ἐνθένδε ἀναχωρήσω, μηδέν τι ὀνήσας ἐμαυτόν· ὡς
ἂν μὴ οὖν δόξω μάτην πεποιηκέναι καὶ ἀκερδῆ τὴν ἐπιχεί-
ρησιν, βραχέα μοί τινα πέμψατε δῶρα. καὶ γὰρ ἐν τῇ Σκυ-
θίᾳ περαιωθεὶς οὐδὲν ὁτιοῦν ἐκομισάμην, καὶ τῶν ἀδυνάτων
ἐστὶ κἀντεῦθεν ἥκιστα ὠφεληθέντα με ἀπελεύσεσθαι." Βώνῳ
δὲ τῷ στρατηγῷ καὶ τοῖς ὅσοι γε ἀμφ' αὐτὸν (ἦν δὲ ὁ τῆς
C πόλεως μέγιστος ἱερεὺς) ἔδοξεν εὔλογον μὲν εἶναι τὸ προτει-
νόμενον· οὐδὲ γὰρ πλεῖστα ἐβούλετο κομίσασθαι, ἀλλ' ἄχρι

5. ἐξογκώμενον vulg. 9. βεβαιώσαντας vulg. 11. ἢ add. B.

in Romanos irruisti. Quin etiam Imperator dona tibi mittere animum induxit, idque legatis ad te missis mandavit. Sed cum te audaciorem factum cerneret, et ultra barbaricam insolentiam vana gloria elatum et tumentem, ita ut illi verba arrogantiora, longe tuas vires excedentia, denuntiares: nimirum prudens et cautus rebus suis prospexit. Et ut nunc sunt res, nostrum est ad Imperatorem legatos, quos tibi videbitur, mittere, qui de pace conveniant. Nec enim existimes velim, in nostra potestate esse quicquam aliter, quam Imperator praescripserit, dicere aut facere." Haec ubi Bonus dixit, recta quidem eum et iusta dixisse Baianus censuit: sed haec subiecit: „Sane ego propter gentes, quae me ad bellum secutae sunt, verecundia ducor, si nulla re effecta recedere, neque quicquam operae pretii fecisse videar. Ne igitur videar frustra tantum laboris pertulisse et sine ullo emolumento expeditionem suscepisse, parva munuscula ad me mittite. Etenim e Scythia huc transmittens, nihil quicquam mecum extuli neque mihi, si nihil rei, quod me iuvet, percepero, hinc excedere licet." Bono quidem duci et ceteris, qui cum eo erant, inter quos erat supremus urbis sacerdos, visum est, Baianum iusta et rationi consentanea proponere. Nec enim immoderata munera Baianus sibi dari petebat, solum unam pateram ex argento factam, nec multum auri, praeter haec togulam Scythicam. Verum Bonus

δίσκου ἑνὸς ἀργυροποιήτου καὶ ὀλίγου χρυσίου, ἔτι γε f. A. C. 569
μὴν καὶ ἀμπεχονίου Σκυθίου. πλὴν ἐδεδίεσαν οἱ περὶ Ind. 2
Βαϊανον ἰδιοβουλῆσαι καὶ οὐχὶ γνώμῃ τοῦ αὐτοκράτορος ἅ- Iustini 5
παντα διαπράξασθαι. ἀντεσήμαναν τοιγαροῦν αὐτῷ, ὡς
„νῦν ἔχομεν βασιλέα φοβερόν τε καὶ ἐμβριθέστατον, καὶ οὐκ
ἀνεξόμεθα, οὐδὲ ὅσα οἷόν τέ ἐστι διαλαθεῖν αὐτὸν ἐπιτελέ-
σαι αὐθαιρέτως, ἄλλως τε καὶ ἡμεῖς, ἅτε ἐν στρατεύματι
τυγχάνοντες, οὐκ ἐπιφερόμεθα χρημάτων περιουσίαν ἢ μόνον
xisse et cepisse Romam, in caque urbe incredibilem argenti vim praeda avertisse. Quin et Honorii Placidiam, Romae tum agentem, captivam habuisse. Ante captam vero urbem illustrem tum virum, cui Attalo nomen, summam praefecturam gerentem, Imperatorem renuntiasse. Actaque esse haec ob eas, quas diximus, causas, et ob Sarum, Gothum item genere, sed paucorum hominum praefectum, (vix enim ducentos, aut summum trecentos ductabat,) cetera generosum virum armisque invictum, quem quod socium sibi Romani adiunxissent, Alaricho exosum, hunc sibi implacabilem fecerunt inimicum.

In hac urbis obsidione mutua carne pastos obsessos.

Alarichum, vivente etiamnum Stilichone, militiae mercedem centenarios quadraginta accepisse.

Post Stilichonis interitum suffocatam periisse et Sercnam, eius coniugem, quod Alarichi ad urbem adventus causa exstitisse putaretur, interfectum antea, interempto iam Stilichone, filium eius ex Serena, Eucherium.

Buccellarii vocabulum Honorii Imperatoris temporibus tributum

Γότθων τινῶν· ὡς δ' αὔτως καὶ τὸ φοιδεράτων κατὰ διαφόρου καὶ συμμιγοῦς ἐφέρετο πλήθους.

P. 5 Ὅτι Ὀλύμπιος ὁ ἐπιβουλεύσας Στελίχωνα μάγιστρος τῶν ὀφφικίων γέγονεν· εἶτα ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς. εἶτα πάλιν ἐπέβη ταύτης. ἔπειτα ἐξέπεσεν. εἶτα ἐκπεσὼν, ῥοπάλοις ὕστερον ὑπὸ Κωνσταντίου, ὃς ἠγάγετο Πλακιδίαν, παιόμενος ἀναιρεῖται, τὰς ἀκοὰς πρότερον ἐκκοπείς. καὶ ἡ δίκη τὸν ἀνοσιουργὸν εἰς τέλος οὐκ ἀφῆκεν ἀτιμώρητον.

A. C. 406 Ind. 4 Honor. 12 Ὅτι τῶν μετὰ Ῥοδογαΐσου Γότθων οἱ κεφαλαιῶται ὀπτίματοι ἐκαλοῦντο, εἰς δώδεκα συντείνοντες χιλιάδας, οὓς καταπολεμήσας Στελίχων Ῥοδογαΐσον προσηταιρίσατο.

A. C. 410 Ind. 8 Honor. 16 Ὅτι Ἀλαρίχου νόσῳ τελευτήσαντος, διάδοχος αὐτοῦ Ἀδάουλφος καθίσταται ὁ τῆς γυναικὸς ἀδελφός.

B Ὅτι τὸν ξηρὸν ἄρτον βουκέλλατον ὁ συγγραφεὺς καλεῖσθαί φησι· καὶ χλευάζει τὴν τῶν στρατιωτῶν ἐπωνυμίαν, ὡς ἐκ τούτου Βουκελλαρίων ἐπικληθέντων.

Ὅτι Κωνσταντῖνος εἰς τυραννίδα ἀρθεὶς πρεσβεύεται πρὸς Ὁνώριον, ἄκων μὲν καὶ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν βιασθεὶς ἀπολογούμενος ἄρξαι, συγγνώμην δὲ αἰτῶν, καὶ τὴν τῆς βασιλείας ἀξιῶν κοινωνίαν. καὶ βασιλεὺς διὰ τὰ ἐνεστηκότα δυσχερῆ τέως καταδέχεται τὴν τῆς βασιλείας κοινωνίαν, κατὰ τὰς Βρεττανίας δὲ ὁ Κωνσταντῖνος ἐτύγχανεν ἀνηγορευμένος,

militibus, non Romanis solum, sed et Gothis quibusdam. Eodem modo et foederatorum nomen attributum inconditae et e diversis conflatae multitudini.

Olympium illum, qui Stilichoni insidiatus erat, officiorum magistrum factum, ea post dignitate excidisse. Dehinc iterum potitum, rursum privatum esse: tandem fustibus a Constantio, qui Placidiam uxorem duxerat, mactatum occubuisse, cum ei ante caedem auriculae resectae fuissent. Ita impium illum non impunitum obiisse.

Gothorum, qui cum Rodogaiso erant, primarios viros Optimatos appellatos ait, duodecim fere millium numero, quibuscum Stilichonem, Rodogaiso debellato, societatem iniisse.

Alaricho morbi vi exstincto, successorem datum Adaulphum, uxoris fratrem.

Panem siccum scriptor hic buccellatum vocari tradit, illuditque militum cognomini, ut qui hinc Buccellarii sint appellati.

Constantinus ad imperium tyrannice sublatus, ad Honorium legatos mittit excusantes, invitum illum et a militibus coactum imperium suscepisse. Veniam igitur postulare societatemque imperii. Imperator propter impendentes molestias tantisper suscepit in societatem. Constantinus hic in Britannia renuntiatus fuerat, militari tumultu ad imperium adactus. Etenim ante Honorii consula-

στάσει τῶν ἐκεῖσε στρατιωτῶν εἰς ταύτην ἀνηγμένος τὴν ἀρ-
χήν· καὶ γὰρ ἐν ταύταις ταῖς Βρεττανίαις, πρὶν ἢ Ὁνώ-
ριον τὸ ἕβδομον ὑπατεῦσαι, εἰς στάσιν ὁρμῆσαν τὸ ἐν αὐ- A. C. 407
ταῖς στρατιωτικὸν, Μάρκον τινὰ ἀνεῖπον αὐτοκράτορα. τοῦ Ind. 5
δὲ ὑπ' αὐτῶν ἀναιρεθέντος, Γρατιανὸς αὐτοῖς ἀντικαθίσταται. Honor. 12 C
ἐπεὶ δὲ καὶ οὗτος εἰς τετράμηνον, αὐτοῖς προσκορὴς γεγονὼς,
ἀπεσφάγη, Κωνσταντῖνος τότε εἰς τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἀνα-
βιβάζεται ὄνομα. οὗτος Ἰουστῖνον καὶ Νεοβιγάστην στρατη-
γοὺς προβαλόμενος καὶ τὰς Βρεττανίας ἐάσας, περαιοῦται
ἅμα τῶν αὐτοῦ ἐπὶ Βονωνίαν, πόλιν οὕτω καλουμένην, πα-
ραθαλασσίαν καὶ πρώτην ἐν τοῖς τῶν Γαλλιῶν ὁρίοις κειμέ-
νην, ἔνθα διατρίψας, καὶ ὅλον τὸν Γάλλον καὶ Ἀκύτανον
στρατιώτην ἰδιοποιησάμενος, κρατεῖ πάντων τῶν μερῶν τῆς
Γαλατίας μέχρι τῶν Ἄλπεων τῶν μεταξὺ Ἰταλίας τε καὶ
Γαλατίας. οὗτος δύο παῖδας ἔσχε, Κώνσταντα καὶ Ἰουλια-
νόν· ὧν τὸν μὲν Κώνσταντα καίσαρα χειροτονεῖ, εἶτα ὕστε- D
ρον κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας καὶ τὸν Ἰουλιανὸν νωβελίσσιμον.

Ὅτι Ἄτταλος βασιλεύσας κατὰ Ὁνωρίου ἐπὶ Ῥάβενναν A. C. 409
ἐκστρατεύεται, καὶ πέμπεται πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐκ βασιλέως Ind. 7
Ὁνωρίου πρὸς βασιλέα, Ἰοβιανὸς ἔπαρχος καὶ πατρίκιος, καὶ Honor. 15
Οὐάλης στρατηγὸς ἑκατέρας δυνάμεως, καὶ Ποτάμιος ὁ κοι-
αίστωρ, καὶ Ἰουλιανὸς πριμικήριος τῶν νοταρίων· οἳ ἐδή-
λουν Ἀττάλῳ ἐπὶ κοινωνίᾳ τῆς βασιλείας ἀπεστάλθαι παρὰ
Ὁνωρίου. ὁ δὲ ἀπένευσεν, ἀλλὰ νῆσον οἰκεῖν ἢ ἕτερόν τινα

tum septimum in seditionem illic versus exercitus, Marcum quendam Imperatorem crearat: quo ab ipsis sublato, Gratianus suffectus est. Hic ubi menses quatuor, illis iam fastidio ductis, praefuisset, interficitur. Tum Constantinus Augusti nomine salutatur. Is Instinum et Neovigasten militarium copiarum duces creans, relicta Britannia, cum suis traiecit, venitque Bononiam, maritimam urbem sic dictam, primam in Galliae finibus positam. Ibi moratus, Gallum omnem et Aquitanum militem sibi adiungens, omni est Gallia potitus ad Alpes usque, quae Italiam a Gallia separant. Huic filii duo erant, Constans et Iulianus. Illum Caesarem constituit, Iulianum deinde eo ipso tempore Nobilissimum nominavit.

Attalus contra Honorium imperans, ad Ravennam castrametatus est, missusque ad illum tamquam ab Honorio Imperatore ad Imperatorem Iovianus, praefectus atque patricius, et Valens, utriusque militiae dux, et Potamius quaestor, et Iulianus, notariorum primicerius. Hi Attalo significant, ab Honorio sese missos, ut cum illo de imperii societate tractent; abnuit vero ille: concedere tamen se, ut insulam inhabitet malorum expers Ho-

A. C. 409 τόπον, ὃν ἂν βούλοιτο, συγχωρεῖν Ὁνώριον, κακῶν ἀπαθῆ.
Ind. 7 ἀποκρίνεται δὲ Ἰοβιανὸς ἡσθεὶς, ἐπαγγελλόμενος καὶ σινῶσαι
Honor. 15 καθ᾽ ἑνὸς μέλους τὸν βασιλέα Ὁνώριον. ἐφ᾽ ᾧ ἐπετίμησεν
P. 6 Ἄτταλος Ἰοβιανῷ, ὡς οὐθενὸς ἔθους ὄντος σινοῦσθαι βασιλέα,
V. 147 ἑκοντὶ τὴν βασιλείαν ἀποτιθέμενον. ἀλλὰ Ἰοβιανὸς μὲν πολλά-
κις πρεσβεύσας, καὶ μηδὲν ἀνύσας, καταμένει πρὸς Ἄτταλον,
πατρίκιος Ἀττάλου ὀνομασθείς. μετέρχεται δὲ κατὰ τὴν
Ῥάβενναν ἐπὶ τὸν πραιπόσιτον Εὐσέβιον ἡ δυναστεία. ὃς
μετὰ ἱκανὸν χρόνον Ἀλλοβίχου ἐπηρείᾳ καὶ ὑποθήκῃ δημο-
σίᾳ καὶ ἐπ᾽ ὄψεσι τοῦ βασιλέως ῥάβδοις ἀναιρεῖται· χρό-
νος ἔῤῥευσεν ἱκανὸς, καὶ μὴ πειθόμενος Ἄτταλος Ἀλαρίχῳ,
σπουδῇ δὲ μάλιστα Ἰοβιανοῦ, ὃς ἦν τὴν Ὁνωρίου πρεσβείαν
προδεδωκὼς, καθαιρεῖται τῆς βασιλείας· καὶ μένει, τὸν ἰδιώ-
την παρὰ Ἀλαρίχῳ βίον ἀνθηρημένος. ἔπειτα μετὰ χρόνον
B τινὰ βασιλεύει. εἶτα καθαιρεῖται. καὶ μετὰ ταῦτα ὕστερον
A. C. 412 ἐπὶ Ῥάβενναν παραγεγονὼς, καὶ τοὺς τῆς δεξιᾶς χειρὸς δα-
Ind. 10
Honor. 18 κτύλους ἀκρωτηριασθεὶς ἐξορίᾳ παραπέμπεται.

Ὅτι Ἀλλόβιχος μετὰ βραχὺ, τὴν ἐφ᾽ ᾧ τὸν πραιπόσιτον Εὐσέβιον ἀνεῖλε δίκην τιννὺς, γνώμῃ τοῦ βασιλέως κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ ἀναιρεῖται. καὶ Κωνσταντῖνος ὁ τύραννος τὸν Ἀλλοβίχου θάνατον μαθὼν, ἐπειγόμενος πρὸς Ῥάβενναν, ὥστε σπείσασθαι Ὁνωρίῳ, φοβηθεὶς ὑποστρέφει.

Ὅτι τὸ Ῥήγιον μητρόπολίς ἐστι τῆς Βρεττίας, ἐξ οὗ

norius, vel alium certe, quem velit, locum. Respondet ad haec laetabundus Iovianus, indicatque, exutum iam ab Attalo una regni parte Honorium Imperatorem. Quare Iovianum Attalus increpando, nullum ferre morem dixit, ut spoliari dicendus sit Imperator, qui sponte sua imperio abdicaret. Verum Iovianus saepenumero legatione obita, neque quidquam proficiens, mansit tandem apud Attalum, illiusque patricius est appellatus. Ravennae interim delabitur ad Eusebium praepositum potestas: qui post non diu Allovichi violentia ac decreto publico in oculis Imperatoris fustibus est occisus. Post etiam dum Alaricho non acquiescit Attalus, et vero maxime Ioviani opera, qui Honorii legatos prodiderat, imperio deiicitur: manetque privatam apud Alarichum vitam degens. Deinde non multo post iterum imperavit, ac rursum abdicare coactus est. Post haec tandem ad Ravennam profectus et summis dexterae manus digitis truncatus proscribitur.

Allovichus item post paulo, quod Eusebium praepositum sustulisset, Imperatoris sententia poenas dedit, atque in eius conspectu occiditur. Constantinus tyrannus, cognita Alovichi morte, Ravennam accedens, ut cum Honorio foedus iniret, metu perculsus revertit.

Rhegium metropolim esse Bruttiorum, e qua refert historicus

φησὶν ο ἱστορικὸς Ἀλάριχον ἐπὶ Σικελίαν βουλόμενον περαιωθῆναι ἐπισχεθῆναι. ἄγαλμα γάρ φησι τετελεσμένον ἱστάμενον ἐκώλυσε τὴν περαίωσιν. τετέλεστο δὲ, ὡς μυθολογεῖ, παρὰ τῶν ἀρχαίων, ἀποτρόπαιόν τε τοῦ ἀπὸ τῆς Αἴ- C *τνης πυρὸς καὶ πρὸς κώλυσιν παρόδου διὰ θαλάσσης βαρβάρων. ἐν γὰρ τῷ ἑνὶ ποδὶ πῦρ ἀκοίμητον ἐτύγχανε, καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ ὕδωρ ἀδιάφθορον. οὗ καταλυθέντος ὕστερον ἔκ τε τοῦ Αἰτναίου πυρὸς καὶ ἐκ τῶν βαρβάρων βλάβας ἡ Σικελία ἐδέξατο. κατέστρεψε δὲ τὸ ἄγαλμα Ἀσκλήπιος ὁ τῶν ἐν Σικελίᾳ κτημάτων Κωνσταντίου καὶ Πλακιδίας διοικητὴς καταστάς.*

A.C. 411 Ind. 9 Honor. 17

Ὅτι Κωνσταντίνου τοῦ τυράννου καὶ Κώνσταντος τοῦ παιδὸς, ὃς πρότερον μὲν καῖσαρ, ἔπειτα δὲ καὶ βασιλεὺς ἐκεχειροτόνητο, τούτων ἡττηθέντων καὶ πεφευγότων, Γερόντιος ὁ στρατηγὸς, τὴν πρὸς τοὺς βαρβάρους ἀσμενίσας εἰρήνην, Μάξιμον τὸν ἑαυτοῦ παῖδα, εἰς τὴν τῶν δομεστίκων τάξιν D *τελοῦντα, βασιλέα ἀναγορεύει· εἶτα ἐπιδιώξας Κώνσταντα, κατεπράξατο ἀναιρεθῆναι, καὶ κατὰ πόδας εἵπετο, διώκων καὶ τὸν πατέρα Κωνσταντῖνον. ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγίνετο, Κωνστάντιος καὶ Οὐλφιλᾶς ἀποστέλλονται παρὰ Ὁνωρίου κατὰ Κωνσταντίνου. καὶ καταλαβόντες τὴν Ἀρήλατον, ἔνθα τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο Κωνσταντῖνος σὺν Ἰουλιανῷ τῷ παιδὶ, ταύτην πολιορκοῦσι. καὶ Κωνσταντῖνος καταφυγὼν εἰς εὐ-*

Alarichum, dum in Siciliam traiicere parat, retentum fuisse. Statua enim, inquit, inaugurata, ibi stans, traiectum vetabat. Fuerat vero haec, ut fabulatur, ab antiquis inaugurata, cum ut Aetnae montis ignes averteret, tum ut maris transitu barbaros prohiberet. Altero enim pede perpetuum ignem, altero vero perenuem aquam gestabat. Ea igitur statua confracta, taudem ex Aetnaeo igne et a barbaris detrimentum Siciliam cepisse. Eversam vero statuam ab Aesculapio, qui in Sicilia possessionum Constantii et Placidiae curator erat.

Constantino tyranno et Constante filio, qui primum quidem Caesar, post etiam Imperator creatus fuerat, victis fugaque dilapsis, Gerontius, belli dux, cum barbaris pace libens inita, filium suum Maximum, qui inter domesticos numerabatur, Caesarem renuntiat. Constantem deinde insecutus, e medio sustulit, et vestigia consectans, Constantinum quoque patrem persequebatur. Dum haec geruntur, Constantius et Ulphilas ab Honorio adversus Constantinum missi: cumque Arelatem pervenissent, ubi Constantinus cum Iuliano filio agebat, hanc obsident. Constantinus ad templum confugiens, sacerdos ordinatur, iureiurando de salute illi dato. Sic urbis

A. C. 411 κτήριον πρεσβύτερος τότε χειροτονεῖται, ὅρκων αὐτῷ ὑπὲρ σω-
Ind. 9 τηρίας δοθέντων. καὶ τοῖς πολιορκοῦσιν αἱ πύλαι τῆς πό-
Honor. 17 λεως ἀναπετάννυνται· καὶ πέμπεται σὺν τῷ υἱῷ Κωνσταν-
τῖνος πρὸς Ὀνώριον. ὁ δὲ μνησικακῶν αὐτοῖς ὑπὲρ τῶν ἀ-
P. 7 νεψιῶν αὐτοῦ, οὓς ἐτύγχανε Κωνσταντῖνος ἀνελὼν, πρὸ τριά-
κοντα τῆς Ῥαβέννης μιλίων παρὰ τοὺς ὅρκους προστάττει
τούτους ἀναιρεθῆναι. Γερόντιος δὲ, παραγενομένων Οὐλφιλᾶ
καὶ Κωνσταντίου, φεύγει· καὶ καταληφθεὶς, ὅτι ἐγκρατῶς
ἦρχε τοῦ οἰκείου στρατοῦ, ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων ἐπιβουλεύεται.
πῦρ γὰρ κατὰ τῆς οἰκίας αὐτοῦ ἀνῆψαν. ὁ δὲ πρὸς τοὺς
ἐπαναστάντας κρατερῶς ἐμάχετο, ἕνα συναγωνιστὴν ἔχων
Ἀλανὸν τὸ γένος, εἰς δούλους αὐτοῦ ἀριθμούμενον. τέλος
τόν τε Ἀλανὸν καὶ τὴν γυναῖκα, τοῦτο προθυμουμένους,
ἀναιρεῖ, ἐπικατασφάζει δὲ καὶ ἑαυτόν. Μάξιμος δὲ ὁ παῖς
ταῦτα μαθὼν, πρὸς τοὺς ὑποσπόνδους φεύγει βαρβάρους.

A. C. 412 Ὅτι Ἰοβῖνος ἐν Μουνδιακῷ τῆς ἑτέρας Γερμανίας κατὰ
Ind. 10 σπουδὴν Γωὰρ τοῦ Ἀλανοῦ, καὶ Γυντιαρίου, ὃς φύλαρχος
Honor. 18
B ἐχρημάτιζε τῶν Βουργουντιόνων, τύραννος ἀνηγορεύθη. πρὸς
ὃν παραγενέσθαι Ἄτταλος Ἀδάουλφον παραινεῖ. καὶ παρα-
γίνεται ἅμα τοῦ πλήθους. καὶ Ἰοβῖνος ἀνιᾶται ἐπὶ τῇ Ἀδα-
ούλφου παρουσίᾳ καὶ μέμφεται δι' αἰνιγμάτων τῷ παραινέ-
σαντι Ἀττάλῳ τὴν ἄφιξιν. καὶ Σάρος δὲ ἔμελλε πρὸς Ἰοβῖ-

8. *Κωνσταντίνου* vulg. 16. Olympiodorum *Μογουντιακὸν* nominasse, extra dubium est: de Photio idem asseverare non ausim.

portae obsidentibus militibus apertae sunt, missusque est cum Iuliano filio Constantinus ad Honorium. Ille vero minime ipsis ignoscens ob interfectos a Constantino cognatos suos, ad triginta a Ravenna milliaria contra iurisiurandi fidem interfici eos iubet. Gerontius dein, accedentibus Ulphila et Constantio, fugam capescit: deprehensusque, quod impotentius exercitui praefuisset, suorum insidiis petitus est. Ignem itaque ipsius aedibus iniecerunt; at ille fortiter in adversarios pugnat, uno adiuvante famulo, qui Alanus erat. Re tamen tandem desperata, Alanum illum suamque uxorem, ut ipsi postularant, interimit, ac denique etiam sibi mortem consciscit. Maximus, eius filius, re intellecta, ad foederatos confugit barbaros.

Iovinus apud Mundiacum, Germaniae alterius urbem, studio Goaris Alani et Guntiarii, Burgundionum praefecti, tyrannus creatus est. Cui ut sese adiungeret, Adaulpho auctor fuit Attalus. Et vero hic cum copiis ad illum se confert. Iovinus tamen Adaulphi adventu offensus, obscure et veluti per aenigmata Attalum accusat, quod adventum suasisset. Sarus item ad Iovinum venturus erat,

νον παραγενέσθαι. ἀλλ' Ἀδάουλφος τοῦτο μαθὼν, προϋπαντιάζει A. C. 412 Ind. 10 Honor. 16 *χιλιάδας δέκα συνεπαγόμενος στρατιώτην, ἔχοντι ἄνδρας περὶ αὐτὸν Σάρῳ ὀκτωκαίδεκα ἢ καὶ εἴκοσιν. ὃν ἔργα ἡρωϊκὰ καὶ θαυμάσαι ἄξια ἐπιδειξάμενον, μόλις σάκκοις ἐζώγρησαν, καὶ ὕστερον ἀναιροῦσι. Σάρος δ' ἦν ἀποστὰς* C *Ὀνωρίου, ὅτι Βελλερίδου, ὃς ἦν αὐτῷ δομέστικος, ἀναιρεθέντος* V. 148 *οὐδεὶς λόγος τῷ βασιλεῖ τῆς ἀναιρέσεως, οὐδὲ τοῦ φόνου γίνεται εἴσπραξις.*

Ὅτι διαλαμβάνει περὶ Δονάτου, καὶ περὶ τῶν Οὔννων, καὶ περὶ τῶν ῥηγῶν αὐτῶν τῆς εὐφυεστάτης τοξείας, καὶ ὡς πρὸς αὐτοὺς καὶ Δονάτον ὁ ἱστορικὸς ἐπρέσβευσε. καὶ τὴν διὰ θαλάσσης αὐτοῦ πλάνην ἐκτραγῳδεῖ καὶ τὸν κίνδυνον καὶ ὅπως ὅρκῳ Δονάτος ἀπατηθεὶς, ἐκθέσμως ἀποσφάζεται. καὶ ὅπως Χαράτων ὁ τῶν ῥηγῶν πρῶτος ἐπὶ τῷ φόνῳ εἰς θυμὸν ἀνάπτεται, ὅπως τε πάλιν βασιλικοῖς δώροις διαπραΰνεται καὶ ἡσυχάζει. ἐν οἷς καὶ ἡ πρώτη τῆς ἱστορίας δεκάλογος.

Ἄρχεται δὲ ἡ δευτέρα ὧδε· ὅτι Ἰοβῖνος παρὰ γνώμην A. C. 413 Ind. 11 Honor. 19 *Ἀδαούλφου τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Σεβαστιανὸν βασιλέα χειροτονήσας, εἰς ἔχθραν Ἀδαούλφῳ κατέστη. καὶ πέμπει Ἀδάουλφος* D *πρὸς Ὀνώριον πρέσβεις, ὑποσχόμενος τάς τε τῶν τυράννων κεφαλὰς καὶ εἰρήνην ἄγειν. ὧν ὑποστρεψάντων, καὶ*

3. *Σάρῳ* N., *Ἀσάρῳ* vulg. 4. *σάκκοις* ed. Bek.

sed Adaulphus, cognita re, collectis decem millibus militum, occurrit Saro, viros octodecim aut viginti apud se habenti, quem gesta heroica et stupore digna edentem, scutis adhibitis, vivum aegre capere potuerunt, tandemque occidunt. Descíverat autem ab Honorio Sarus audito, Belleridem, domesticum suum, interfectum, nullam tamen caedis rationem duxisse Imperatorem, nec in percussorem inquirendo vindicasse.

Refert item de Donato et Hunnis deque regum eorum sagittandi peritia. Se ipsum ad illos et Donatum oratorem missum scriptor ait, multisque maris erroribus periculisque iactatum, tragice narrat. Donatum quoque iureiurando circumventum, contra fas iugulatum esse: et Charatonem inter reges primum, ob caedem ira incensum, Imperatoris donis rursum mitigatum placatumque fuisse. Et haec quidem prima operis decade continentur.

Alteram vero hinc auspicatur. Iovinus fratrem suum Sebastianum, invito Adaulpho, Imperatorem creans, in eius odium incurrit. Adaulphus itaque per internuntios, capita se tyrannorum missurum pacemque initurum, Honorio pollicetur. Hi domum ubi redierunt, et iusiurandum praestitum est, Sebastiani mox caput Imperatori mittitur. Iovinus etiam ipse ab Adaulpho obsessus se dedidit, mis-

A. C. 413 Ind. 11 Honor. 19 ὅρκων μεσιτευσάντων, Σεβαστιανοῦ μὲν πέμπεται τῷ βασιλεῖ ἡ κεφαλή· Ἰοβῖνος δὲ ὑπὸ Ἀδαούλφου πολιορκούμενος, ἑαυτὸν ἐκδίδωσι, καὶ πέμπεται κἀκεῖνος τῷ βασιλεῖ, ὃν αὐθεντήσας Δάρδανος ὁ ἔπαρχος ἀναιρεῖ. καὶ ἀποτίθενται ἄμφω αἱ κεφαλαὶ Καρθαγένης ἔξωθεν, ἔνθα καὶ ἡ Κωνσταντίνου καὶ ἡ Ἰουλιανοῦ ἀπετμήθησαν πρότερον, ἥ τε Μαξίμου καὶ ἡ Εὐγενίου, οἳ ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου τυραννίδι ἐπιθέμενοι, εἰς τοῦτο τέλους κατέστρεψαν.

P. 8 Ἀδάουλφος δὲ Πλακιδίαν ἀπῃτεῖτο κατὰ σπουδὴν μάλιστα Κωνσταντίου, ὃς ὕστερον αὐτῇ καὶ εἰς γάμους ἔζευξεν. ἀλλὰ τῶν πρὸς Ἀδάουλφον ὑποσχέσεων μὴ περαινομένων, καὶ μάλιστα τῆς σιτοπομπίας, οὔτε ταύτην ἀπεδίδου, καὶ εἰς μάχην ἐμελέτα τὰ τῆς εἰρήνης διαλύεσθαι.

f A. C. 413 Ind. 10 Honor. 19 Ὅτι Ἀδάουλφος ἀπαιτούμενος Πλακιδίαν, ἀνταπῄτει τὸν ὁρισθέντα σῖτον. ἀπόρων δ' ὄντων τῶν ὑποσχομένων εἰς τὸ δοῦναι, οὐδὲν δὲ ἧττον ὁμολογούντων, εἰ λάβοιεν Πλακιδίαν, παρασχεῖν, καὶ ὁ βάρβαρος τὰ ὅμοια ὑπεκρίνετο, καὶ πρὸς Μασσαλίαν, πόλιν οὕτω καλουμένην, παραγενόμενος, B δόλῳ ταύτην λαβεῖν ἤλπιζεν. ἔνθα πληγεὶς, Βονηφατίου τοῦ γενναιοτάτου βαλόντος, καὶ μόλις τὸν θάνατον διαφυγὼν, εἰς τὰς οἰκείας ὑπεχώρησε σκηνὰς, τὴν πόλιν ἐν εὐθυμίᾳ λιπὼν, καὶ δι' ἐπαίνων καὶ εὐφημίας ποιουμένην Βονηφάτιον.

6. Μαξιμίνου vulg. 10. Κωνσταντίνου vulg.

suaque ad Imperatorem est: quem Dardanus praefectus sua manu percutiens interimit. Utriusque caput extra Carthaginem palis infixum ubi et Constantini ac Iuliani antea resectum, Maximini item et Eugenii, qui sub Theodosio Magno tyrannidem affectantes, eundem sunt exitum sortiti.

Postulatum est ab Adaulpho, studio maxime Constantii eius, qui illam postea uxorem duxit, Placidiam Honorio fratri ut redderet. Sed quod Adaulpho promissa, praesertim de curanda annona, perfecta non fuissent, neque ipsam reddidit, et pacem bello commutaturus videbatur.

Adaulphus ergo, cum Placidia repeteretur, frumentum vicissim ipse promissum petiit. Cuius conferendi etsi qui promiserant copiam nullam haberent, nihilo tamen secius consentiunt, si Placidiam reciperent, accepturum. Ad quae simili fere et ipse barbarus simulatione utebatur. Massiliam interea sic dictam urbem profectus, dolo eam intercipere tentavit, sed a Bonifacio, nobilissimo viro, vulneratus, et vix salvo capite fugiens, in sua se tentoria recepit, urbe emissa, quae laetitiae plena, laudibus ac bonis ominibus Bonifacium est prosecuta.

Ὅτι Ἀδάουλφος τὸν γάμον μελετῶν Πλακιδίας, Κωνσταντίου ταύτην ἀπαιτοῦντος, βαρυτέρας προὔτεινεν αἰτήσεις, ἵνα διὰ τὴν ἀποτυχίαν τῶν αἰτήσεων εὔλογον δόξῃ τὴν κατάσχεσιν αὐτῆς πεποιηκέναι.

Ὅτι Κωνστάντιος δισίγνατος πάλαι γεγονὼς ὕπατος κατὰ A.C. 414 τὴν Ῥάβενναν προέρχεται, μεθ' οὗ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν Ind. 12 Honor. 20 ὑπατεύει Κώνστας. καὶ χρυσίον μὲν σύμμετρον καὶ C ἱκανὸν πρὸς τὸ τῆς ὑπατείας ἀνάλωμα εὕρηται ἐκ τῶν τοῦ Ἡρακλειανοῦ, ὃς τυραννίδα μελετῶν ἀνῄρηται· οὐ μήν γε τοσοῦτον εὑρέθη, ὅσον καὶ ἠλπίζετο· χρυσίον μὲν γὰρ οὐδὲ μέχρι κεντηναρίων εἴκοσιν εὕρηται· ἡ δὲ ἀκίνητος αὐτοῦ οὐσία, καὶ αὕτη εἰς δισχιλίας λίτρας συνέτεινε. καὶ ταύτην ἅπασαν τὴν ὑπόστασιν Κωνστάντιος ἐκ μιᾶς αἰτήσεως παρὰ Ὁνωρίου εἰλήφει. ἦν δὲ Κωνστάντιος ἐν μὲν ταῖς προόδοις κατηφὴς καὶ σκυθρωπὸς, μεγαλόφθαλμός τε καὶ μεγαλαύχην, καὶ πλατυκέφαλος, νεύων δι' ὅλου ἐπὶ τὸν τράχηλον τοῦ φέροντος αὐτὸν ἵππου, καὶ οὕτω τῇδε κἀκεῖσε λοξὸν ἐκπέμπων τὸ ὄμμα· ὡς, τὸ τοῦ λόγου, πᾶσι φαίνεσθαι, „εἶδος ἄξιον τυραννίδος·" ἐν δὲ δείπνοις καὶ συμποσίοις τερπνὸς καὶ πολιτικὸς, ὡς καὶ ἐρίζειν τοῖς μίμοις πολλάκις, παί- D ζουσι πρὸ τῆς τραπέζης.

Ὅτι Ἀδαούλφῳ σπουδῇ καὶ ὑποθήκῃ Κανδιδιανοῦ ὁ A.C. 414 πρὸς Πλακιδίαν συντελεῖται γάμος, μὴν ὁ Ἰανουάριος ἐνει-

Adaulphus idem de Placidiae nuptiis satagens, Constantio eam postulanti graviores praetexit postulationes, ut, si compos illarum non fieret, illa iuste retenta videretur.

Constantius olim designatus, consul aliquando Ravennae creatur, cum quo Constantinopolitanum consulatum Constans gerit. Auri vis iusta et sufficicus ad consulatus sumptus tolerandos reperta in Heracliani bonis, qui tyrannidis affectatae nomine est interemptus, etsi tamen tantum pecuniae repertum non est, quantum speratum erat: auri enim nondum duo millia [denariorum] inventa, et immobilium insuper bonorum ad bis mille libras. Quas quidem facultates omnes una postulatione ab Honorio Constantius accepit. Erat ipse Constantius, cum prodiret, subtristi vultu ac tetrico, ingentibus oculis, sublataque cervice, et plano capite, inclinans se omnino in equi, quo vehebatur, collum, et sic huc illuc oblique torquens oculos, ut, quod veteri verbo dicitur, imperio digna forma omnibus appareret. In coenis tamen atque symbolis iucundus adeo civilisque fuit, ut et cum mimis interdum ad mensam ludentibus contenderit.

Adaulpho studio ac consilio Candidiani nuptiae cum Placidia conveniunt. Ianuario mense nuptiis dictus dies, Narbone, Galliae

A. C. 414 στήκει, ἐπὶ δὲ τῆς πόλεως Νάρβωνος, ἐν οἰκίᾳ Ἰγγενίου τι-
Ind. 12 νὸς πρώτου τῶν ἐν τῇ πόλει. ἔνθα προκαθεσθείσης Πλακι-
Honor. 20 δίας ἐν παστάδι τε Ῥωμαϊκῶς ἐσκευασμένῃ καὶ σχήματι βα-
σιλικῷ, συγκαθέζεται αὐτῇ καὶ Ἀδάουλφος, ἐνδεδυμένος
χλανίδα καὶ τὴν ἄλλην Ῥωμαίων ἐσθῆτα. ἐν οἷς μετὰ τῶν
ἄλλων γαμικῶν δώρων δωρεῖται Ἀδάουλφος καὶ πεντήκοντα
P. 9 εὐειδεῖς νεανίας σηρικὴν ἐνδεδυμένους ἐσθῆτα, φέροντος ἑκά-
V. 149 στου ταῖς χερσὶν ἀνὰ δύο μεγίστων δίσκων, ὧν ὁ μὲν χρυ-
σίου πλήρης, ὁ δὲ τιμίων λίθων, μᾶλλον δὲ ἀτιμήτων ἐτύγ-
χανεν, ἃ τῆς Ῥώμης ὑπῆρχε κατὰ τὴν ἅλωσιν τοῖς Γότθοις
ἀποσυληθέντα. εἶτα λέγονται καὶ ἐπιθαλάμιοι, Ἀττάλου
πρῶτον εἰπόντος, εἶτα Ῥουστικίου καὶ Φοιβαδίου· καὶ συν-
τελεῖται ὁ γάμος, παιζόντων καὶ χαιρόντων ὁμοῦ τῶν τε
βαρβάρων καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς Ῥωμαίων.

Ὅτι μετὰ τὴν ὑπὸ Γότθων ἅλωσιν τῆς Ῥώμης Ἀλβῖνος
ὁ τῆς Ῥώμης ἔπαρχος, ἤδη ταύτης πάλιν ἀποκαθισταμένης,
B ἔγραψε, μὴ ἐξαρκεῖν τὸ χορηγούμενον μέρος τῷ δήμῳ, εἰς
πλῆθος ἤδη τῆς πόλεως ἐπιδιδούσης. ἔγραψε γὰρ καὶ ἐν
μιᾷ ἡμέρᾳ τετέχθαι ἀριθμὸν χιλιάδων δεκατεσσάρων.

Ὅτι Ἀδάουλφος, τεχθέντος αὐτῷ ἐκ τῆς Πλακιδίας παι-
δὸς, ᾧ ἐπέθετο κλῆσιν Θεοδόσιον, πλέον ἠσπάζετο τὴν πρὸς
Ῥωμαίους φιλίαν· Κωνσταντίου δὲ καὶ τῶν περὶ Κωνστάν-
τιον ἀντιπραττόντων, ἔμενεν ἄπρακτος ἡ τούτου καὶ Πλα-

urbe, in domo Ingenii cuiusdam, primarii eius urbis viri. Hic digniore loco residente Placidia in atrio, Romano more adornato, habituque regio, assedit ipsi et Adaulphus laena indutus omnique alio amictu Romano. Inter alia nuptiarum dona donatur Adaulphus etiam quinquaginta formosis pueris, serica veste indutis, ferentibus singulis utraque manu ingentes discos binos: quorum alter auri plenus, alter lapillis pretiosis vel pretii potius inaestimabilis, quae ex Romanae urbis direptione Gothi depraedati fuerant. Hinc versus canuntur epithalamii, Attalo praecinente, dein Rusticio atque Phoebadio, nuptiisque finis datus lusu gaudioque ingenti barbarorum simul, et Romanorum, qui cum iis erant.

Post Romam a Gothis captam Albinus, urbis praefectus, quod iam eadem ad pristinum rediret statum, scripsit, non sufficere praebitam populo partem, multitudine iam aucta civitate: additque, uno die numerum natum esse civium quatuordecim millium.

Adaulphus, nato sibi e Placidia filio, cui Theodosio nomen dedit, Romanam amplius rem publicam amare videbatur. Verum Constantio eiusque asseclis repugnantibus, eius et uxoris Placidiae [pacis ineundae] conatus frustra fuerunt. Exstinctum autem postea

κιδίας ὁρμή. τελευτήσαντος δὲ τοῦ παιδὸς, πένθος μέγα ποιοῦσιν ἐπ' αὐτῷ, καὶ θάπτουσιν ἐν λάρνακι καταθέντες ἀργυρᾷ πρὸ τῆς Βαρκέλλωνος ἔν τινι εὐκτηρίῳ. εἶτα ἀναιρεῖται καὶ Ἀδάουλφος, εἰς ἐπιτήρησιν τῶν οἰκείων ἵππων, ὡς εἴθιστο αὐτῷ, διατρίβων ἐν τῷ ἱππῶνι. ἀναιρεῖ δὲ αὐτὸν εἷς τῶν οἰκείων Γότθων, Δούβιος τοὔνομα, ἔχθραν παλαιὰν καιροφυλακήσας· πάλαι γὰρ ἦν ὁ τούτου δεσπότης, μοίρας Γοτθικῆς ῥὴξ, ὑπὸ Ἀδαούλφου ἀνῃρημένος· ἐξ οὗ καὶ τὸν Δούβιον λαβὼν Ἀδάουλφος ᾠκειώσατο. ὁ δὲ τῷ πρώτῳ δεσπότῃ ἀμύνων τὸν δεύτερον διεχρήσατο. τελευτῶν δὲ Ἀδάουλφος προσέταττε τῷ ἰδίῳ ἀδελφῷ ἀποδοῦναι τὴν Πλακιδίαν, καὶ, εἴτι δύναιντο, τὴν Ῥωμαίων φιλίαν ἑαυτοῖς περιποιήσασθαι. διάδοχος δὲ ὁ τοῦ Σάρου ἀδελφὸς, Σιγγέριχος, σπουδῇ μᾶλλον καὶ δυναστείᾳ ἢ ἀκολουθίᾳ καὶ νόμῳ γίνεται. ὃς τά τε παιδία, ἃ ἐκ τῆς προτέρας γυναικὸς ἐτύγχανεν Ἀδαούλφῳ γεγεννημένα, ἀνεῖλε, βίᾳ τῶν τοῦ ἐπισκόπου Σιγησάρου κόλπων ἀποσπάσας, καὶ τὴν βασιλίδα Πλακιδίαν εἰς ὕβριν Ἀδαούλφου ἐκ ποδὸς προηγήσασθαι τοῦ ἵππου ἅμα λοιπῶν αἰχμαλώτων ἐπέταξε. καὶ τὸ διάστημα ἦν τῆς προπομπῆς ἐκ τῆς πόλεως μέχρι δωδεκάτου σημείου. ἑπτὰ δὲ ἡμέρας ἄρξας, ἀναιρεῖται. ἡγεμὼν δὲ τῶν Γότθων Οὐαλίας καθίσταται.

A. C. 415 Ind. 13 Honor. 20 — C — D

Ὅτι ὁ ἱστορικός φησι παρὰ Οὐαλερίου τινὸς τῶν ἐπισήμων ἀκοῦσαι περὶ ἀνδριάντων ἀργυρῶν τετελεσμένων εἰς

infantem vehementer uterque parens luxit, argenteaque capsa conditum iuxta Barcinonem in templo quodam sepelierunt. Interficitur deinde et Adaulphus ipse, dum equos suos in stabulo de more contemplatur, a Gotho quodam, eius domestico, Dubil nomine, cum hanc veteris odii vindicandi occasionem ille captasset. Huius enim prior dominus, Gothicae partis rex, fuerat ab Adaulpho e medio sublatus, exinde Dubium receptum Adaulphus in suam familiam adsciverat: qui in ultionem prioris domini alterum hunc, iniecta manu violenta, sustulit. Moriens Adaulphus fratri suo iniunxit, Placidia ut [Honorio] redderetur, utque, si quo modo possent, Romanae sibi gentis concordiam [Gothi] societatemque conciliarent. At qui successit, Sari frater, Singerichus, studio potius ac vi, quam successione aut lege creatus, Adaulphi e priore coniuge liberos vi e sinu Sigesari episcopi abreptos, occidit; atque ipsam Placidiam reginam, in Adaulphi scilicet contumeliam, pedibus ante equum una cum ceteris captivis ambulare coëgit, idque toto illo spatio, quod est ab urbe ad duodecimum usque lapidem. Septem ille dies cum imperasset, interemptus est, et Gothorum dux Valia constituitur.

Refert hic scriptor, audisse se e Valerio, clarissimo viro, de argenteis statuis ad barbaros arcendos inauguratis. „Nam Constantii,

βαρβάρων ἀποκώλυσιν. ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις, φησὶ, Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως, ἐν τῇ Θράκῃ Οὐαλερίου ἄρχοντος,
P. 10 *μήνυσις γέγονεν, ὡς θησαυρὸς εὑρεθείη. Οὐαλέριος δὲ παρὰ τὸν τόπον παραγενόμενος μανθάνει παρὰ τῶν ἐπιχωρίων ἱερὸν εἶναι τὸν τόπον, καὶ ἐξ ἀρχαίας τελετῆς ἀνδριάντας ἐν αὐτῷ ἀφιερῶσθαι· εἶτα ἀναφέρει ταῦτα τῷ βασιλεῖ, καὶ δέχεται γράμμα ἐπιτρέπον αὐτῷ ἀναλαβεῖν τὰ μηνυθέντα. ἀνορυχθέντος τοίνυν τοῦ τόπου εὑρίσκονται τρεῖς ἀνδριάντες δι' ὅλου ἐξ ἀργύρου πεποιημένοι, ἐν σχήματι βαρβαρικῷ κατακείμενοι, καὶ ἐξηγκωνισμένοι κατ' ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν, ἐνδεδυμένοι δὲ βάρβαρον πεποικιλμένην ἐσθῆτα, καὶ κομῶντες τὰς κεφαλὰς, νεύοντες ἐπὶ τὸ ἀρκτῷον μέρος, τουτέστι κατὰ*
B *τοῦ βαρβαρικοῦ χώρου. ὧν ἀνδριάντων ἀναληφθέντων, παραυτα καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας πρῶτον μὲν τὸ τῶν Γότθων ἔθνος πᾶσαν ἐπιτρέχει τὴν Θράκην· ἔμελλε δὲ μικρὸν ὕστερον καὶ τὸ τῶν Οὔννων, καὶ τὸ τῶν Σαρματῶν καταδραμεῖσθαι τότε Ἰλλυρικὸν καὶ αὐτὴν τὴν Θράκην. ἐν μέσῳ γὰρ αὐτῆς τε Θράκης καὶ τοῦ Ἰλλυρικοῦ κατέκειτο τὰ τῆς τελετῆς. καὶ ἐῴκει τῶν τριῶν ἀνδριάντων ὁ ἀριθμὸς κατὰ παντὸς ἔθνους τετελέσθαι βαρβάρου.*

Ὅτι ὁ ἱστορικὸς περὶ τοῦ οἰκείου διαλαμβάνων διάπλου, πολλὰ παθεῖν καὶ δυστυχῆσαί φησι. λέγει δὲ καὶ εἰς
C *τὰς Ἀθήνας καταραι, καὶ τῇ αὐτοῦ σπουδῇ καὶ ἐπιμελείᾳ*
V. 150 *εἰς τὸν σοφιστικὸν θρόνον ἀναχθῆναι Λεόντιον οὔπω*

inquit, Imperatoris temporibus, praefecto in Thracia Valerio, indicium factum thesauri reperiundi. Valerius vero ad locum accedens, sacrum illum esse religione ex incolis coguovit, et antiquo ritu statuas ibidem consecratas. Retulit haec ad Imperatorem, rescriptumque accepit, quo iubebatur indicata illa bona tollere. Igitur effosso loco, tres solidae ex argento fabricatae repertae sunt statuae, specie barbarica sitae, et utroque brachio ansato, veste praeterea variegata barbarico ritu indutae, et comam capite gestantes atque in septentrionem, quae barbarorum regio est, obversae. Quae simulatque statuae sublatae sunt, paucos post dies Gothorum primum gens universam incurrit Thraciam, futuraeque post paulo erant Hunnorum ac Sarmatarum incursiones in Illyricum et ipsam Thraciam: uti Thraciam inter et Illyricum sita sunt haec consecrationis loca, et trium statuarum numerus adversus omnes gentes barbaras inauguratus videbatur."

De sua scriptor hic navigatione refert, multa se adversa pertulisse. Athenas quoque appulisse tradit, suoque studio et cura ad sophisticam etiam sedem evectum Leontium, tametsi id ille nequaquam vellet. Sed et de pallio sophistico memoriae prodidit, nemi-

ἐθέλοντα. λέγει δὲ καὶ περὶ τοῦ τρίβωνος, ὡς οὐκ ἐξῆν κατὰ τὰς Ἀθήνας περιβαλέσθαι αὐτόν τινα, καὶ μάλιστα ξένον, ᾧ μὴ τῶν σοφιστῶν ἡ γνώμη ἐπέτρεπε, καὶ αἱ κατὰ τοὺς σοφιστικοὺς νόμους τελεταὶ ἐβεβαίουν τὸ ἀξίωμα. ἦν δὲ τὰ τελούμενα τοιαῦτα. πρῶτον μὲν κατήγοντο ἐπὶ τὸ δημόσιον βαλανεῖον ὅσοι νεήλυδες, ἄν τε μικροὶ, ἄν τε μεγάλοι. ἐξ ὧν καὶ οἱ πρὸς τὸν τρίβωνα ἐπιτήδειοι ἡλικίας ἤδη καιροῦ γεγονότες· οὓς εἰς μέσον ἔβαλλον οἱ κατάγοντες σχολαστικοί. εἶτα τῶν μὲν ἔμπροσθεν τρεχόντων καὶ κωλυόντων, τῶν δὲ ὠθούντων καὶ ἐπεχόντων, πάντων δὲ τῶν κωλυόντων ταῦτα βοώντων· „στᾶ, στᾶ, οὐ λούει," κατακρατεῖν δῆθεν τοῦ ἀγῶνος ἐδόκουν οἱ ἀντωθοῦντες εἰς τιμὴν τοῦ καταγομένου σχο- D λαστικοῦ. ὅστις μετὰ πολλὴν ὥραν στάσεως πολλῆς ἐπὶ τοῖς προαχθεῖσιν ἐθίμοις ῥήμασι προγενομένης, εἰσάγεται εἰς τὸν θερμὸν οἶκον καὶ ἀπολούεται. εἶτα ἐνδυσάμενος ἐδέχετο τὴν τοῦ τρίβωνος ἐξουσίαν, καὶ αὐτόθεν μετὰ τοῦ τρίβωνος ἐκ τοῦ βαλανείου ἐντίμῳ καὶ περιδόξῳ δορυφορούμενος πομπῇ ἄπῄει, δαπάνας ἐπιγνοὺς φανερὰς εἰς τοὺς τῶν διατριβῶν προστάτας, τοὺς λεγομένους Ἀκρωμίτας.

Ὅτι οἱ Οὐάνδαλοι τοὺς Γότθους Τρούλους καλοῦσι, διὰ τὸ λιμῷ πιεζομένους αὐτοὺς τροῦλαν σίτου παρὰ τῶν Οὐανδάλων ἀγοράζειν ἑνὸς χρυσίνου. ἡ δὲ τροῦλα οὐδὲ τρίτον P. 11 ξέστου χωρεῖ.

ni, pracsertim vero extero homini, Athenis id gestare licnisse: nisi sophistarum suffragio eius gestatio illi concessa, dignitasque ista sophistarum legum ritibus esset confirmata. Ritus autem, qui peragebantur, tales erant. Primum ad publicum balneum deducebantur qui novitii advenissent, sive parvi, sive grandiores, atque inter hos etiam ii, qui per aetatem ad pallium sumendum apti erant, quos in medium protrudebant scholastici, a quibus deducebantur, deinde aliis praecurrentibus atque prohibentibus, aliis protrudentibus et contra tendentibus: quotquot autem prohibebant vociferantibus: „Sta, sta, non lavat:" nihilominus tamen in certamine ii videbantur obtinere, qui in honorem scholastici, quem deducebant, obsistentes retrudebant. Tandem post longam moram multamque ob illata ex more ultro citroque verba contentionem is, qui deducitur, in calidam cellam inducitur, ibique abluitur. At postquam se induit, pallii dignitatem accipit, atque exinde cum pallio e balneo, celebri et honorifica stipatus pompa, digreditur, decretis luculentis sumptibus in scholarum antistites, qui dicuntur Acromitae.

Vandali Gothos appellant Trulos, propterea quod hi enecti aliquando fame, tritici trulam a Vandalis aureo uno redimerent. Trula vero nondum tertiam sextarii partem capit.

a.A.C.414 Ind. 12 Honor. 20 Ὅτι κατὰ τὰς Ἱσπανίας τῶν Οὐανδάλων καταδραμόντων καὶ τῶν Ῥωμαίων εἰς τὰς τετειχισμένας πόλεις καταφυγόντων, τοσοῦτος αὐτῶν λιμὸς κατεκράτησεν, ὡς εἰς ἀλληλοφαγίαν ἐκβιασθῆναι. καὶ γυνὴ τέσσαρα τέκνα ἔχουσα πάντα κατέφαγε, πρόφασιν ἐφ' ἑκάστου ποιουμένη τὴν τῶν ὑπολοίπων τροφὴν καὶ σωτηρίαν, ἕως ἂν πάντα καταφαγοῦσα λίθοις ὑπὸ τοῦ δήμου ἀνῃρέθη.

c.A.C.416 Ind. 14 Honor. 22 Ὅτι Εὐπλούτιος ὁ μαγιστριανὸς πρὸς Οὐαλίαν, ὃς τῶν Γότθων ἐχρημάτιζε φύλαρχος, ἀποστέλλεται, ἐφ' ᾧ σπονδάς B τε θέσθαι εἰρηνικάς, καὶ ἀπολαβεῖν τὴν Πλακιδίαν. ὁ δὲ ἑτοίμως δέχεται, καὶ ἀποσταλέντος αὐτῷ σίτου ἐν μυριάσιν ἑξήκοντα, ἀπολύεται Πλακιδία παραδοθεῖσα Εὐπλουτίῳ πρὸς Ὁνώριον τὸν οἰκεῖον αὐτῆς ἀδελφόν.

Ὅτι ζητήματος ἐν ταῖς Ἀθήναις ἀνακύψαντος περὶ τῶν κεκολλημένων βιβλίων μαθεῖν τοῖς ἐπιζητοῦσι τὸ μέτρον τοῦ κόλλου, Φιλτάτιος ὁ τοῦ ἱστορικοῦ ἑταῖρος, εὐφυῶς περὶ γραμματικὴν ἔχων, τοῦτο ἐπέδειξε. καὶ εὐδοκιμήσας τυγχάνει παρὰ τῶν πολιτῶν εἰκόνος.

Ὅτι περὶ τῆς Ὀάσεως ὁ συγγραφεὺς πολλὰ παραδοξολογεῖ, περί τε τῆς εὐκρασίας αὐτῆς καὶ ὅτι οἱ τὴν ἱερὰν νόσον ἔχοντες οὐ μόνον ἐκεῖσε οὐ γίνονται, ἀλλὰ καὶ ἀλλαχό- C θεν παραγινόμενοι ἀπαλλάττονται τοῦ νοσήματος διὰ τὴν τοῦ ἀέρος εὐκρασίαν· καὶ περὶ τῆς ψάμμου τῆς πολλῆς ἐκείνης, καὶ τῶν ὀρυσσομένων φρεάτων, ὡς εἰς διακοσίους καὶ τρια-

8. *Οὐάλιον* vulg. 24. Putei Atrebatenses (*des puits Artésiens*). N.

Dum Vandali Hispanias vastassent, qui in muratas se urbes Romani receperant, eo inediae adacti sunt, ut invicem se laniando edere cogerentur. Ibi mulier una, quatuor liberorum mater, omnes devoravit, ad singulos praetexens, reliquos se alere ac salvare velle, donec omnibus illis absumptis, lapidibus a plebe obruta est.

Euplutius Magistrianus ad Valiam, Gothorum praefectum, mittitur, qui pacis foedera inirct, Placidiamque reciperet. Ille vero commode recepit, missaque frumentatione sexcentorum millium, Placidia Euplutio tradita, ad Honorium fratrem remittitur.

Cum Athenis inquiri coeptum esset, quonam modo conglutinari possent libri, discere quaerentibus modum glutinis, Philtatius, scriptoris huius socius, in re litteraria bene industrius, ostendit: quare et honoris gratia statuam illi cives collocant.

De Oasi auctor multa narrat incredibilia. De eius primum temperie: et quod sacro ibi morbo non modo nulli laborent, sed etiam si qui aliunde adveniant, eo liberentur ob benignam aëris temperiem. De copiosa deinde quae ibidem est arena, deque puteis, qui fossione ad ducentos et trecentos, nonnunquam vero etiam

κοσίους, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ εἰς πεντακοσίους πήχεις ὀρυσσόμε-
να, ἀναβλύζουσι τὸ ῥεῖθρον, αὐτοῦ τοῦ στομίου προχεόμενον·
ἐξ οὗ κατὰ διαδοχὴν ἀρυόμενοι, ὅσοις κοινὸν γέγονε τὸ ἔρ-
γον, τὰς οἰκείας ἀρούρας ποτίζουσιν οἱ γεωργοί. καὶ ὅτι
αἱ ὀπῶραι ἀεὶ τοῖς δένδρεσι φέρονται· καὶ ὅτι ὁ σῖτος παν-
τὸς κρείσσων σίτου καὶ χιόνος λευκότερος, καὶ ὅτι ἔσθ' ὅτε
δὶς τοῦ ἔτους σπείρεται ἡ κριθὴ, τρὶς δὲ ἀεὶ ἡ κέγχρος. D
ἀρδεύουσι δὲ τὰ γήδια αὐτῶν ἐν θέρει μὲν διὰ τρίτης ἡμέ-
ρας, ἐν χειμῶνι δὲ διὰ ἕκτης, ἐξ οὗ καὶ ἡ εὐφορία γίνεται.
καὶ ὅτι οὐδέποτε συννεφία γίνεται. καὶ περὶ τῶν ποιουμένων
αὐτοῦ ὡρολογίων. λέγει δ' ὅτι νῆσος τὸ παλαιὸν ἦν, καὶ
ἀπεχερσώθη, καὶ ὅτι ταύτην καλεῖ Ἡρόδοτος μακάρων νή-
σους· Ἡρόδωρος δὲ, ὁ τὴν Ὀρφέως καὶ Μουσαίου συγγρά-
ψας ἱστορίαν, Φαιακίδα ταύτην καλεῖ. τεκμηριοῖ δὲ νῆσον
αὐτὴν γεγονέναι ἔκ τε τοῦ ὄστρακα θαλάσσια καὶ ὄστρεα
λίθοις τοῦ ὄρους προσπεπλασμένα εὑρίσκεσθαι τοῦ ἐπὶ τὴν
Ὄασιν ἀπὸ τῆς Θηβαΐδος φέροντος, δεύτερον ὅτι ψάμαθος
πολλὴ ἐπεχεῖται ἀεὶ, καὶ τὰς τρεῖς ἀναπληροῖ Ὀάσεις. V. 151
τρεῖς γάρ φησιν Ὀάσεις καὶ αὐτὸς εἶναι, δύο μεγάλας, τὴν
μὲν ἐξωτέρω, τὴν δὲ ἐσωτέρω, καταντικρὺ κειμένας ἀλλήλαις,
συντείνοντος εἰς ἑκατὸν σημεῖα τοῦ μεταξὺ διαστήματος. P. 12
ἔστι δὲ καὶ ἄλλη τρίτη μικρὰ, πολλῷ διαστήματι τῶν δύο
κεχωρισμένη. λέγει δὲ εἰς πίστιν τοῦ νῆσον γενέσθαι, ὅτι καὶ

ad quingentos cubitos facta, scaturiginis rivos per orificium effundunt: unde per vices ii, qui communi labore opus fecerunt, hauriunt, et arva sua rigant, agricolae. Arbores perpetuo ibi poma ferre: et frumentum illic natum omni frumento esse praestantius niveque candidius. Interdum bis quotannis hordeum ibi seri, milium autem perpetuo ter. Rigare incolas ruscula sua aestate tertio quoque die, hieme sexto, atque hinc tantam terrae fertilitatem conciliari. Nunquam ibi coelum nubes contrahere. Ad haec de horologiis, quae ibidem conficiuntur. Oasim memorat insulam olim fuisse, atque a continente divulsam, eandemque ab Herodoto vocari Beatorum insulam, ab Herodoro autem eo, qui Orphei ac Musaei conscripsit historiam, nominari Phaeacidem. Insulam ante fuisse ex eo coniecturas ducit, quod testae marinae et ostrea lapidibus adhaerentia in eo monte inveniantur, qui ex Thebaide in Oasim ducit. Deinde etiam, quod perpetuo copiosa ibi arena scatet, tresque Oases replet. Nam etiam ipse tres Oases esse tradit, duas magnas, exteriorem unam, alteram interiorem, e regione sibi invicem oppositas, centum miliarium spatio interiecto, cum tertia parva, longo interstitio ab alteris duabus separata. Insuper hoc etiam argumento insulam fuisse tradit, quod saepenumero accidit, ut pisces

ὑπὸ ὀρνέων ὁρᾶσθαι συμβαίνει πολλάκις ἰχθῦς φερομένους καὶ ἰχθύων ἄλλοτε λείψανα, ὡς ἐντεῦθεν εἰκάζεσθαι, μὴ πολὺ πόῤῥω εἶναι τὴν θάλασσαν. φησὶ δὲ καὶ Ὅμηρον ἐκ τῆς πρὸς ταύτῃ Θηβαΐδος ἕλκειν τὸ γένος.

A. C. 417 Ind. 15 Honor. 23 Ὅτι ὕπατος ὁ βασιλεὺς Ὀνώριος προελθὼν τὸ ἑνδέκατον, καὶ σὺν αὐτῷ Κωνστάντιος τὸ δεύτερον, τὸν Πλακιδίας γάμον ἐπιτελοῦσιν, ἐφ' ᾧ πολλὰ μὲν αὐτὴ ἀνανεύουσα, Κων-
B στάντιον παρεσκεύασε κατὰ τῶν αὐτῆς ὀργίζεσθαι θεραπόντων. τέλος ἐν τῇ τῆς ὑπατείας ἡμέρᾳ ἀπὸ χειρὸς ταύτην ὁ βασιλεὺς καὶ ἀδελφὸς Ὀνώριος ἄκουσαν λαβὼν, ἐγχειρίζει παραδιδοὺς Κωνσταντίῳ. καὶ ἐπιτελεῖται εἰς τὸ λαμπρότατον ὁ γάμος. εἶτα καὶ παῖς αὐτοῖς τίκτεται, ἣν ὀνομάζουσιν Ὀνωρίαν, καὶ ἕτερος πάλιν, ᾧ κλῆσιν ἔθεντο Οὐαλεντινιανός· ὃς ζῶντος μὲν Ὀνωρίου νωβελίσσιμος γίνεται, βιασαμένης τῆς Πλακιδίας τὸν ἀδελφόν· μετὰ δὲ θάνατον τοῦ βασιλέως, καὶ ἔτι μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ τυραννήσαντος Ἰωάννου, καὶ Ῥώμης βασιλεὺς ἀποδείκνυται. ὁ δὲ Κωνστάντιος συμβασιλεύ-
C ει τῷ Ὀνωρίῳ, αὐτοῦ μὲν χειροτονοῦντος, ἀλλὰ σχεδόν τι ἄκοντος. χειροτονεῖται δὲ καὶ ἡ Πλακιδία Αὐγούστα, τοῦ τε ἰδίου ἀδελφοῦ καὶ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς χειροτονησάντων. εἶτα πέμπεται πρὸς Θεοδόσιον, ὃς ἀδελφιδοῦς ὢν Ὀνωρίου, τῶν πρὸς ἕω μερῶν ἐβασίλευσεν, ἡ ἀνάῤῥησις μηνυομένη τῆς Κωνσταντίου βασιλείας καὶ μένει ἀπαράδεκτος. ἐφίσταται νόσος Κωνσταντίῳ, καὶ μετέμελεν αὐτῷ ἡ βασιλεία, ὅτι

ab avibus eo delati visantur, aut certe arrosorum piscium reliquiae: ut inde coniectare liceat, non admodum longe abesse mare. Ait autem, et Homerum ex vicina huic Thebaide genus ducere.

Honorius Augustus undecimum et Constantius iterum consules creati, Placidiae nuptias conciliant. Sed has ipsa nuptias cum vehementer detrectaret, effecit, ut ipsius famulis indignaretur Constantius. Tandem nihilominus ipso, quo consulatum iniit die, manu ipsam arreptam Honorius Imperator, frater eius, invitam Constantio in manum tradit, nuptiaeque splendide celebrantur. Hinc nata filia, quam Honoriam nominarunt: filius item, cui Valentiniano nomen datum, qui superstite etiamnum Honorio Nobilissimus dictus, impellente fratrem Placidia. Quin et mortuo Honorio, disiectaque Ioannis tyrannide, Romanorum idem Augustus creatus est. Constantius vero Honorii in augustali imperio collega fit, ab illo quidem ipso, sed paene repugnante, constitutus. Placidia quoque Augusta a fratre et marito dicta est. Dein ad Theodosium, qui fratre Honorii genitus Orientis partibus Augustus imperabat, de Constantii Imperatoris electione nuntius mittitur, minimeque receptus est. Hinc

οὐκέτι ἦν αὐτῷ ἐπ' ἀδείας, ὥσπερ πρότερον, ἐξιέναι τε A. C. 421
καὶ ἀπιέναι ὅπῃ καὶ ὅπως βούλοιτο, καὶ ὅτι οὐκ ἐξῆν Ind. 4
αὐτῷ χρῆσθαι βασιλεύοντι οἷς ἔθος εἶχε χρῆσθαι παιγνίοις. τέ- Honor. 27
λος ἑπτὰ βασιλεύσας μῆνας, ὥσπερ αὐτῷ καὶ ὁ ὄνειρος εἶ-
πεν· „ἓξ ἤδη πεπλήρωνται, καὶ ἄρχονται ἑπτά," πλευριτικῇ D
νόσῳ τελευτᾷ, συντελευτησάσης αὐτῷ καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀνατολὴν ὀργῆς καὶ ὁρμῆς, ἣν ὤδινεν ὅτι τὴν ἀναγόρευσιν τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐ προσήκαντο.

Ὅτι Οὐαλίου τοῦ φυλάρχου τελευτήσαντος, Θευδέριχος τὴν ἀρχὴν διαδέχεται.

Ὅτι κατὰ θάλασσαν πολλὰ παθὼν ὁ συγγραφεὺς μόλις διασώζεται. ἐν ᾧ καὶ περὶ ἀστέρος τινὸς τερατολογεῖ ἐπιβρίσαντος τῷ ἱστίῳ τοῦ πλοίου, μέλλειν αὐτοὺς βυθίζεσθαι. οὐρανίαν δὲ τὸ φανὲν παρὰ τῶν ναυτῶν καλεῖσθαι. λέγει δὲ περὶ ψιττακοῦ, ᾧ εἴκοσιν ἔτεσι συνδιῆγεν, ὡς σχεδόν τι οὐδὲν τῶν ἀνθρώπῳ πραττομένων ἀμίμητον κατελίμπανεν.
ὠρχεῖτό τε γάρ, καὶ ᾖδε, καὶ ἐκάλει ἐξ ὀνόματος, καὶ τἆλλα P. 13
ἔπραττεν.

Ὅτι ὁ ἱστορικός φησι, διάγοντος αὐτοῦ κατὰ Θήβας καὶ τὴν Συήνην ἱστορίας ἕνεκα, ἐν ἐπιθυμίᾳ γενέσθαι τοὺς φυλάρχους καὶ προφήτας τῶν κατὰ τὴν Τάλμιν βαρβάρων, ἤτοι

13. μέλλον conj. N. 20. Συήνην Labb., Σοήνην vulg.

morbum Constantius contraxit, suscepti poenitens imperii, quod non iam, ut antea, eundi redeundique, quo et quando vellet, libertas esset: neque ludicris, ut moris eius erat, operam dare iam Imperatori permitteretur. Igitur septimo imperii mense, quemadmodum et insomnium sic indicaverat: „Sextus abiit: septimus inchoatur," pleuritide exstinctus est, exstincta simul cum ipso in Occidentem ira atque expeditione, quam, quod ad imperii societatem admissus non esset, animo agitabat.

Valia, principe Gothorum, morte absumpto, imperium Theudérichus suscepit.

Scriptor varia maritimo itinere passus, vix salvus evasit. Ubi et prodigiosa quaedam de sidere commemorat, in ipsum navigii malum magno cum pondere ingruente, ut iam mergendi viderentur. Uraniam vero meteorum illud a nautis appellatum. Refert de psittaco, quocum annos ipse viginti vixerit, ut nullam fere humanarum actionum, quam non imitaretur, omiserit. Saltabat enim, et canebat, et suo quemque nomine compellabat, aliaque id genus exprimebat.

Refert item historicus, cum apud Thebas et Syenem lustrandorum locorum cognoscendique studio versaretur, fama excitatos praefectos ac vates eorum barbarorum, qui ad Talmin incolunt, quos Blemmyas vocant, ipsius optasse congressum atque colloquium.

τῶν Βλεμμύων, τῆς ἐντυχίας αὐτοῦ· ἐκίνει γὰρ αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο ἡ φήμη. καὶ ἔλαβόν με, φησι, μέχρι αὐτῆς τῆς Τάλμεως, ὥστε κἀκείνους τοὺς χώρους ἱστορῆσαι, διέχοντας ἀπὸ τῶν Φιλῶν διάστημα ἡμερῶν πέντε, μέχρι πόλεως τῆς λεγομένης Πρίμα, ἥτις τὸ παλαιὸν πρώτη πόλις τῆς Θηβαΐδος ἀπὸ τοῦ βαρβαρικοῦ ἐτύγχανε· διὸ παρὰ τῶν Ῥωμαίων Ῥω- [B] μαΐᾳ φωνῇ Πρίμα, ἤτοι πρώτη, ὠνομάσθη. καὶ νῦν οὕτω καλεῖται, καίτοι ἐκ πολλοῦ οἰκειωθεῖσα τοῖς βαρβάροις μεθ' ἑτέρων τεσσάρων πόλεων, Φοινικῶνος, Χίριδος, Θάπιδος, Τάλμιδος. παρὰ τούτους τοὺς χώρους φησὶ καὶ σμαράγδου μέταλλα εἶναι μαθεῖν, ἐξ ὧν τοῖς Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν ἡ σμά- [V. 152] ραγδος ἐπλεόναζε. καὶ ταῦτά, φησιν, οἱ προφῆται τῶν βαρβάρων προὔτρεπόν με θεάσασθαι. ἀλλ' οὐκ ἦν τοῦτο δυνατὸν γενέσθαι χωρὶς βασιλικῆς προστάξεως.

[A.C. 421] Ὅτι Λιβάνιόν τινα τερατολογεῖ, Ἀσιανὸν τὸ γένος, κατὰ [Ind. 4] τὴν βασιλείαν Ὁνωρίου καὶ Κωνσταντίου ἐπὶ Ῥάβενναν πα- [Honor. 27] [C] ραγενέσθαι. ἄκρον δὲ τοῦτον εἶναι τελεστικόν. καὶ δύνασθαι δέ φησι καὶ ὑπισχνεῖσθαι αὐτὸν χωρὶς ὁπλιτῶν καὶ κατὰ βαρβάρων ἐνεργεῖν. εἶτα πεῖραν δούς, φησίν, οὗτος τῆς ὑποσχέσεως, καὶ τῆς φήμης δραμούσης, ὥστε καὶ Πλακιδίαν τὴν βασιλίδα μαθεῖν, ἀναιρεῖται ὁ τελεστής· ἠπείλει γάρ, φησιν, ἡ Πλακιδία Κωνσταντίῳ χωρισμὸν τοῦ γάμου, εἰ τοῖς ζῶσι περιλίποιτο Λιβάνιος, ἀνὴρ γόης καὶ ἄπιστος.

18. καὶ χ. ὁπλ. κατὰ coni. N. 21. τάλας susp. N.

„Abripuerunt itaque me, ait, ut illas quoque regiones perlustrarem, in ipsam usque Talmin, a Philis quinque dierum intervallo distantem, ad urbem, quae dicitur Prima. Haec olim prima Thebaidis urbs, proxime a barbarico solo aberat, eamque ob causam a Romanis latino vocabulo Prima nominata: quo etiam nunc nomine vocitatur, quamvis longo iam tempore barbari eam sibi vindicarint cum aliis quatuor oppidis, Phoenicone, Chiride, Thapide et Talmide." In hac regione Smaragdi se fodinas reperisse scribit: unde Aegyptiorum regibus olim Smaragdi illa tanta copia suppeditabat. Et haec quidem barbarorum vates inspicere invitabant: verum id sine bona regis venia non licebat.

De Libanio quodam admiranda refert, Asianum genere hunc, Honorio et Constantio Imperatoribus Ravennam venisse, summumque veneficum ac magum fuisse. Dicit enim professum esse, admiranda posse se absque armatis hominibus etiam adversus barbaros patrare. At cum deinde experimentum promissi dedisset, et fama longius manans ad ipsas usque Placidiae aures rumorem detulisset, necatum illum esse: comminante Placidia coniugi Constantio divortium, nisi e vivis tolleretur Libanius praestigiator atque infidelis.

Ὅτι Κωνστάντιος, Ἰλλυριὸς ἦν τὸ γένος, ἀπὸ Ναΐσου πόλεως τῆς Δακίας, καὶ πολλὰς στρατείας ἀπὸ τῶν Θεοδοσίου χρόνων τοῦ μεγάλου διελθών, ὕστερον καὶ τὴν βασίλειον ἀρχήν, ὡς ἐῤῥήθη, ὑπέδυ. ἦν δὲ τἆλλα μὲν ἐπαινετὸς καὶ χρημάτων δὲ κρείττων, πρὶν ἢ συναφθῆναι Πλακιδίᾳ. ἐπεὶ D δὲ αὐτῇ συνέζευκτο, εἰς φιλοχρηματίαν ἐξώκειλε. μετὰ μέν p.A.C. 421 τοι τὸν αὐτοῦ θάνατον δεήσεις κατ' αὐτοῦ τῶν εἰς χρήματα ἀδικηθέντων ἐπὶ Ῥάβενναν πανταχόθεν συνέῤῥεον. ἀλλ' ἡ τοῦ Ὀνωρίου, φησί, κουφότης, καὶ ἡ τῆς Πλακιδίας πρὸς αὐτὸν οἰκειότης ἀπράκτους αὐτῶν τὰς αἰτήσεις καὶ τὴν ἰσχὺν τοῦ δικαίου ἀπέφηνεν.

Ὅτι τοσαύτη διάθεσις Ὁνωρίῳ πρὸς τὴν οἰκείαν ἀδελ- p.A.C. 421 φήν, ἐξ οὗπερ ὁ ταύτης ἀνὴρ Κωνστάντιος ἀπεβίω, παρεμπεφύκει, ὡς τὴν ἄμετρον ἀγάπην αὐτῶν καὶ τὰ συνεχῆ κατὰ στόμα φιλήματα εἰς ὑπόληψιν αἰσχρὰν αὐτοὺς τοῖς πολλοῖς ἐμβαλεῖν. ἀλλὰ τοσαύτη πάλιν αὐτοῖς ἐναπετέχθη ἔχθρα P. 14 σπουδῇ Σπαδούσης καὶ Ἐλπιδίας, (τροφὸς δ' ἦν αὕτη Πλακιδίας,) αἷς καὶ τὰ πολλὰ προσεῖχε, συμπράττοντος αὐταῖς καὶ Λεοντέως τοῦ ταύτης κουράτορος, ὥστε στάσεις μὲν πολλάκις ἐν τῇ Ῥαβέννῃ συστῆναι, (περιῆν γὰρ κἀκείνῃ πλῆθος βαρβάρων ἐκ τῆς πρὸς Ἀδάουλφον συναφείας, καὶ ἐκ τῆς πρὸς Κωνστάντιον συζυγίας,) καὶ πληγὰς δὲ προελθεῖν ἐξ ἑκατέρου μέρους. τέλος ἐκ τῆς ἀναφθείσης ἐκείνης ἔχθρας καὶ τοῦ ἀντιῤῥόπου

1. *Ναΐσου* et 2. *Δακίας* Labb. *Παναΐσου* et *Καδίας* vulg.

Constantius genere Illyrius fuit, e Naisso urbe Daciae, qui multis obitis iam inde a Theodosii Magni temporibus militiae muneribus, ad summum tandem, ut diximus, imperii apicem evectus est. Is cum cetera fuit laude dignus, tum quod auri nulla cupiditate flagraret, antequam quidem Placidiae coniungeretur; uam ea uxore ducta, pecuniarum avidus evasit. Ipso ergo mortuo, cum postulatis homines Ravennam undique confluxerunt, quos bonis ille per iniuriam exuisset. „Verum Honorii, inquit, lenitas, et Placidiae cum eo arcta nimis familiaritas, frustra ut essent hae querimoniae omnisque adeo iuris vis ac potentia, effecit."

Honorii erga sororem insita affectio tanta fuit, ex quo Constantius, eius maritus, vita decessit, ut perdite nimis amando et assidue os eius osculando turpis apud multos consuetudinis suspicionem non effugerit. Sed hic amor in tantum brevi vertit odium, allaborantibus Spadusa atque Elpidia, Placidiae nutrice, quibus illa tribuebat plurimum, adiutante item ipsas Leonteo, illius curatore, ut et seditiores Ravennae frequenter exsisterent, (adhaerebat enim ipsi adhuc barbarorum turba, cum ex Adaulphi, tum ex Constantii Imperatoris coniugiis,) et vulnera etiam utrinque inferrentur; donec tandem

A. C. 423 τῆς πρὶν φιλίας μίσους, εἰς Βυζάντιον Πλακιδία, τοῦ ἀδελ-
Ind. 6 φοῦ ὑπερισχύσαντος, σὺν τοῖς οἰκείοις παισὶν ἐξορίζεται. καὶ
Honor. 29 μόνος αὐτῇ Βονηφάτιος τὰ πιστὰ φυλάττων, ἀπὸ τῆς Ἀφρι-
B κῆς, ἧς ἦρχε, καὶ χρήματα ὡς ἐδύνατο ἔπεμπε, καὶ πρὸς τὴν
ἄλλην αὐτὸς ἔσπευδε θεραπείαν. ὕστερον δὲ καὶ εἰς τὴν τῆς
βασιλείας ἀνάληψιν ἅπαντα συνεβάλετο.

A. C. 423 Ὅτι Ὀνώριος ὑδερικῷ νοσήματι ἁλοὺς, πρὸ ἓξ καλανδῶν Σεπτεμβρίων τελευτᾷ· καὶ πέμπονται γράμματα πρὸς τὴν ἀνατολὴν, τὸν βασιλέως θάνατον μηνύοντα. ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐπέμποντο, Ἰωάννης τις αὐθεντήσας τυραννεῖ· ἐφ' οὗ καὶ τῆς ἀναῤῥήσεως γινομένης, ἐῤῥήθη ὥσπερ ἀπό τινος προῤῥήσεως προαχθέν· „πίπτει, οὐ στήκει." καὶ τὸ πλῆθος ὥσπερ ἀναλύοντες ἐπὶ τὸ ῥηθὲν ἀναφωνοῦσι· „στήκει, οὐ πίπτει."

Ὅτι Βονηφάτιος ἀνὴρ ἦν ἡρωϊκὸς καὶ κατὰ πολλῶν
C πολλάκις βαρβάρων ἠρίστευσεν, ἄλλοτε μὲν σὺν ὀλίγοις ἐπερχόμενος, ἄλλοτε δὲ καὶ σὺν πλείοσιν, ἐνίοτε δὲ καὶ μονομαχῶν. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, παντὶ τρόπῳ πολλῶν βαρβάρων καὶ διαφόρων ἐθνῶν ἀπήλλαξε τὴν Ἀφρικήν. ἦν δὲ καὶ δικαιοσύνης ἐραστὴς, καὶ χρημάτων κρείττων. ἐπράχθη δὲ αὐτῷ καί τι τοιοῦτον. ἀνήρ τις ἄγροικος, ἔχων ἀνθοῦσαν γυναῖκα τὴν ὥραν, ὑπό τινος τῶν συμμάχων βαρβάρων ἐμοιχεύετο· δεῖται τοιγαροῦν Βονηφατίου, τὴν ὕβριν ὀλοφυρόμενος. ὁ δὲ Βονηφάτιος μαθὼν τὸ διάστημα τοῦ τόπου καὶ

ob eas ipsas inimicitias et priori amori par nunc odium Constantinopolim Placidia, fratre praevalente, cum liberis ablegatur. Solus Bonifacius fidem illi servans, cum ex Africa, cui praeerat, pecuniam, ut poterat, submisit, tum ad alia ei obsequia praesto fuit. Qui post etiam, ut ad imperium haec rediret, nihil non fecit tulitque.

Honorius aquae intercutis morbo correptus, ante diem sextum Kalendas Septembris vitam finiit, missaeque in Orientem litterae Augusti mortem nuntiantes. Quae dum ultro citroque mittuntur, Ioannes quidam tyrannidem occupavit, atque eius inauguratione imperii, tanquam ab aliquo futurae rei oraculo, iactum est: „Cadit, non stat:" quod vulgus dictum invertens exclamabat: „Stat, non cadit."

Bonifacius vir erat heroicus, qui cum multis saepe gentibus barbaris strenue pugnavit, paucis interdum copiis adhibitis, interdum pluribus, nonnunquam vero et singulari certamine: et, ut verbo dicam, barbaras multas variasque gentes Africa expulit. Idem iustitiae vel imprimis studiosus et abstinens ac pecuniarum contemptor fuit, a quo etiam huiusmodi aliquando patratum facinus. Rusticus quidam praestanti forma uxorem suam cum barbaro quodam e confoederatis milite consuescere cognovit: rogavit itaque Bonifacium, dedecus illud familiae deplorans, ut opem ferret. Ille cognito

τὸ ὄνομα τοῦ ἀγροῦ ἐν ᾧ τὰ τῆς μοιχείας ἐπράττετο, τὸν μὲν ἱκέτην τέως ἀπέπεμπε, προστάξας πάλιν τῇ ἑξῆς αὐτῷ προσελθεῖν· ὀψίας δὲ λαθὼν ἅπαντας, καὶ ἐπὶ τὸν ἀγρὸν D ἐλάσας, ἑβδομήκοντα διϊστάμενον σταδίοις, καὶ εὑρὼν τὸν βάρβαρον τῇ μοιχευομένῃ συγκαθεύδοντα, τέμνει τε αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν καὶ δι' αὐτῆς ὑποστρέφει νυκτός. προσελθόντι V. 153 δὲ κατὰ τὸ πρόσταγμα εἰς τὴν αὔριον τῷ ἀνδρὶ ἐπιδίδωσι τοῦ βαρβάρου τὴν κεφαλὴν, διαπυνθανόμενος εἰ ἐπιγινώσκοι αὐτήν. ὁ δὲ τοῖς παροῦσιν ἅμα καταπλαγεὶς καὶ ἀμηχανήσας, ἔπειτα ἐπιγνοὺς καὶ πολλὰ τῆς δικαιοσύνης εὐχαριστήσας, σὺν χαρᾷ ἀπῄει.

Ὅτι ἕκαστος τῶν μεγάλων οἴκων τῆς Ῥώμης, ὥς φησιν, ἅπαντα εἶχεν ἐν ἑαυτῷ ὁπόσα πόλις σύμμετρος ἠδύνατο ἔχειν, ἱππόδρομον καὶ φόρους καὶ ναοὺς καὶ πηγὰς καὶ λου- P. 15 τρὰ διάφορα. διὸ καὶ ὁ συγγραφεὺς ἀπεφθέγξατο·

Εἷς δόμος ἄστυ πέλει· πόλις ἄστεα μυρία κεύθει.

ἦσαν δὲ καὶ λουτρὰ δημόσια παμμεγέθη. αἱ δὲ Ἀντωνιαναὶ οὕτω καλούμεναι εἰς χρείαν τῶν λουομένων καθέδρας εἶχον παρακειμένας χιλίας ἑξακοσίας, ἐκ μαρμάρου κατεσκευασμένας ξεστοῦ· αἱ δὲ Διοκλητιαναὶ ἐγγὺς διπλασίους. τὸ δὲ τεῖχος τῆς Ῥώμης μετρηθὲν παρὰ Ἄμμωνος τοῦ γεωμέτρου καθ' ὃν καιρὸν Γότθοι τὴν προτέραν κατ' αὐτῆς ἐπιδρομὴν ἐποιήσαντο, εἴκοσι καὶ ἑνὸς μιλίου διάστημα ἔχον ἀπεδείχθη. B

loci intervallo et agri nomine, ubi adulterium patraretur, hominem tum quidem dimisit, in posterum diem ad se redire iussum. Noctu autem, iusciis omnibus, in agrum illum septuaginta stadiis dissitum profectus, deprehensi cum moecha barbari caput amputavit, eademque domum nocte revertit. Redeunti dein, ut mandatum fuerat, postridie marito, barbari caput obtulit, percunctatus, an novisset. Ille spectaculo percussus, et quasi sensu motus, mox, ubi agnovit, multis iustitiae causa actis gratiis, domum laetus rediit.

E magnis Romanae urbis domibus, ut hic refert, omnia intra se unaquaeque habuit, quaecumque mediocris etiam urbs habere potuit, hippodromum, fora, delubra, fontes, varia balnea. Hinc et scriptor sic exclamat:

Est urbs una domus: mille oppida continet una urbs.

Sed et lavacra publica ingenti prorsus fuere magnitudine, e quibus, quae Antoninianae nominantur Thermae, ad commodiorem lavantium usum mille sexcenta habuerunt sedilia, e marmore polito fabricata, Diocletianae duplo fere plura. Romanae vero urbis moenia ex Ammonis geometrae dimensione, quo tempore Gothi illam priore incursione infestarunt, viginti et unius miliaris spatium in circuitu habere comperta sunt.

Ὅτι πολλοὶ οἶκοι Ῥωμαίων προσόδους κατ' ἐνιαυτὸν ἐδέ-
χοντο ἀπὸ τῶν κτημάτων αὐτῶν ἀνὰ τεσσαράκοντα χρυσοῦ
κεντηνάρια, χωρὶς τοῦ σίτου καὶ τοῦ οἴνου καὶ τῶν ἄλλων
ἁπάντων εἰδῶν, ἃ εἰς τρίτον συνέτεινεν, εἰ ἐπιπράσκετο, τοῦ
εἰσφερομένου χρυσίου. τῶν δὲ μετὰ τοὺς πρώτους δευτέρων
οἴκων τῆς Ῥώμης πεντεκαίδεκα καὶ δέκα κεντηναρίων ἡ
πρόσοδος ἦν. καὶ ὅτι Πρόβος ὁ παῖς Ὀλυμπίου, τελέσας τὴν
οἰκείαν πραιτοῦραν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς Ἰωάννου τυραννί-
δος, δώδεκα κεντηνάρια χρυσοῦ ἀνήλωσε. Σύμμαχος δὲ ὁ
λογογράφος, συγκλητικὸς ὢν τῶν μετρίων, πρὶν ἢ τὴν Ῥώ-
C μην ἁλῶναι, τοῦ παιδὸς Συμμάχου πραιτοῦραν τελοῦντος,
εἴκοσι κεντηνάρια ἐδαπάνησε. Μάξιμος δὲ, εἷς τῶν εὐπόρων,
εἰς τὴν τοῦ υἱοῦ πραιτοῦραν τεσσαράκοντα κατεβάλετο κεν-
τηνάρια. ἑπτὰ δὲ ἡμέραις οἱ πραίτωρες τὰς πανηγύρεις ἐτέ-
λουν.

Ὅτι ὁ συγγραφεὺς τῷ Ὀδυσσεῖ τὴν πλάνην οὐ κατὰ Σικελίαν φησὶ γεγενῆσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὰ πέρατα τῆς Ἰταλίας· καὶ τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον παρὰ τὸν ὠκεανὸν γεγενῆσθαι, ἐν ᾧ καὶ ἡ πολλὴ πλάνη. ἀγωνίζεται δὲ διὰ πολλῶν τοῦτο παραστῆσαι. ἡμεῖς δὲ καὶ ἄλλους διαφόρους ἀνέγνωμεν ἐν τούτοις αὐτῷ συμφωνοῦντας.

Ὅτι ἀποστέλλεται ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως παρὰ Θεο-
D δοσίου Πλακιδία, ἅμα παισὶ κατὰ τοῦ τυράννου· καὶ ἐπα-

7. Ὀλυβρίου coni. Reines. Ep. 69. p. 643. Optime. N.

Multas Romae familias annuos reditus e bonis accepisse quadraginta circiter auri centenarios, absque frumento et vino aliisque speciebus, quae tertiam aequabant auri partem, si venderentur. Alteras vero post has decem aut quindecim centenarios in censu habuisse. Probum, Olympii filium, in praetura, quam Ioannis tyranni temporibus gessit, auri centenarios duodecim expendisse: Symmachum vero oratorem, mediocri censu senatorem, ante captam urbem filio Symmacho praeturam gerente, centenarios impendisse viginti; Maximum dein, ex opulentis ac beatis unum, in filii praeturam quadraginta centenarios impendisse. Septem autem diebus solemnes ludos praetores celebrabant.

Scriptor hic Ulyssem ait non circa Siciliam, sed ad extremas Italiae oras oberrasse: et traiecto Oceano ad inferos descendisse, atque in eo mari variis illum erroribus iactatum fuisse. Quod multis confirmare nititur. Nos et alios plures legimus in his cum illo consentire.

Remissa est Constantinopoli a Theodosio Placidia cum liberis adversus Ioannem tyrannum: et illa quidem Augustae nomen, Valentinianus vero Nobilissimi titulum iterato suscepit. Submissus

ναλαμβάνει αὐτὴ μὲν τὸ τῆς Αὐγούστης, ὁ δὲ Οὐαλεντινια- A. C. 423
νὸς τὸ τοῦ νωβελισσίμου ἀξίωμα. συνεκπέμπεται δὲ αὐτοῖς Ind. 6 The. i. 16
καὶ στρατὸς, καὶ στρατοπεδάρχης ἑκατέρας δυνάμεως, Ἀρδα-
βούριος ἅμα τῷ παιδὶ Ἄσπαρι, καὶ τρίτος Κανδιδιανός. κα-
τὰ δὲ τὴν Θεσσαλονίκην Ἡλίων ὁ τῶν ὀφφικίων μάγιστρος
παρὰ Θεοδοσίου ἀποσταλεὶς ἐνδύει Βαλεντινιανὸν ἐπ' αὐτῆς
Θεσσαλονίκης τὴν τοῦ καίσαρος ἐσθῆτα, πέμπτον ἔτος ἄγον-
τα τῆς ἡλικίας. κατιόντων δὲ αὐτῶν, Ἀρδαβούριος μὲν ἁλί-
σκεται παρὰ τῶν τοῦ τυράννου καὶ ἀναπέμπεται πρὸς αὐτὸν,
καὶ φιλιάζει αὐτῷ· ὁ δὲ τούτου παῖς ἅμα Πλακιδίᾳ ἐν ἀ-
θυμίᾳ καὶ λύπῃ ἦσαν. Κανδιδιανὸς δὲ πολλὰς πόλεις αἱ- P. 16
ρῶν καὶ εὐδοκιμῶν λαμπρῶς, τὸ λυποῦν διεσκέδαζε καὶ ἐψυ-
χαγώγει. εἶτα σφάζεται ὁ τύραννος Ἰωάννης, καὶ Πλακιδία A. C. 425 Ind. 8
ἅμα καίσαρι τῷ παιδὶ εἰσέρχεται εἰς τὴν Ῥάβενναν. Ἡλί- The. i. 18
ων δὲ ὁ μάγιστρος καὶ πατρίκιος, καταλαβὼν τὴν Ῥώμην καὶ
πάντων ἐκεῖσε συνδραμόντων, τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα ἑπταε-
τηρὸν ὄντα ἐνδύει Βαλεντινιανόν. ἐν οἷς καὶ τὰ τῆς ἱστορίας.

17. τελευτᾷ in f. add. N.

quoque exercitus, bellique imperator utriusque militiae, Ardaburius nimirum cum Aspare filio, addito et tertio Candidiano. Ad Thessalonicam [cum ventum esset,] Helion, officiorum magister, a Theodosio missus, Valentinianum in ipsa illa urbe Caesaris veste induit, annos natum non amplius quinque. Cum autem ad Italiam pervenissent, Ardaburius a tyranni militibus capitur, missusque ad illum amicitiam cum eodem init. Eius interim filius [Aspar] una cum Placidia in magna rerum desperatione luctuque versabantur. Sed Candidianus, multis occupatis urbibus, partaque rebus bene gestis nominis claritate, luctum dissipavit animosque redidit. Caeso dein Ioanne tyranno, Placidia una cum Caesare filio Ravennam iniit. Helion vero, magister et patricius, Romam invasit, omnibusque eo confluentibus, Valentinianum iam septennem veste induit Imperatoria, ubi historiae finis est.

ΕΚΛΟΓΑΙ
ΕΚ ΤΗΣ
ΚΑΝΔΙΔΟΥ ΙΣΑΥΡΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

EX HISTORIA
CANDIDI ISAURI
EXCERPTA.

P. 17 Ἀνεγνώσθησαν Κανδίδου ἱστορίας λόγοι τρεῖς. ἄρχεται μὲν
V. 154 τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Λέοντος ἀναῤῥήσεως, ὃς ἦν ἐκ Δακίας
μὲν τῆς ἐν Ἰλλυριοῖς, στρατιωτικῷ παραγγείλας τάγματι καὶ
τελῶν ἄρξας τῶν ἐν Σηλυμβρίᾳ, τὴν βασιλείαν δὲ σπουδῇ
Ἄσπαρος ἐγχειρισθεὶς, ὃς ἦν Ἀλανὸς μὲν γένος, ἐκ νεαρᾶς
δὲ στρατευσάμενος ἡλικίας καὶ παιδοποιησάμενος ἐκ τριῶν
γάμων Ἀρδαβούριον, Πατρίκιον, Ἐρμενάριχον, καὶ θηλείας
B δύο. ποιεῖται μὲν ὁ συγγραφεὺς, ὡς εἴρηται, ἀρχὴν τῆς
ἱστορίας τὴν ἀρχὴν τῆς Λέοντος βασιλείας, τελευτᾷ δ' εἰς
τὴν ἀναγόρευσιν Ἀναστασίου. ἔστι δὲ πατρίδος μὲν Ἰσαυ-
ρίας, ὡς αὐτός φησι, τῆς τραχείας· ἐπιτήδευμα δὲ ἔσχεν
ὑπογραφεὺς τῶν ἐν Ἰσαύροις πλεῖστον ἰσχυσάντων· τὴν δὲ
θρησκείαν Χριστιανὸς ἦν καὶ ὀρθόδοξος. τήν τε γὰρ τε-

Lecti sunt Candidi historici libri tres. Inchoat historiam ab electione Leonis, qui e Dacia Illyrica oriundus, cum militari agmini Selymbriansique cohortibus praeesset, Asparis studio imperium adeptus est. Hic Aspar genere Alanus erat, a pueritia militiam secutus, qui ternis nuptiis totidem filios, Ardaburium, Patricium, Ermenarichum, duasque filias sustulit. Incipit ergo, uti diximus, historicus ab initio Leonis Imperatoris, desinit vero cum Anastasius Imperator renuntiatus est. Patria illi ea Isauria est, ut ipse fatetur, quae Trachea sive Aspera dicitur. Tabellio fuit vitae instituto sub iis, qui apud Isauros poterant plurimum: religione vero Christianus, et quidem Orthodoxus. Quartam enim Synodum lau-

ταύτην σύνοδον ἐπαίνοις στέφει, καὶ τοὺς κατ' αὐτῆς καινοτομοῦντας καθάπτεται δικαίως. τὴν δὲ φράσιν οὐκ ἔχει πρέπουσαν λόγῳ ἱστορικῷ· ταῖς τε γὰρ ποιητικαῖς λέξεσιν ἀπειροκάλως τε κέχρηται, καὶ μειρακιωδῶς, καὶ ἡ συνθήκη αὐτῷ εἰς τὸ C τραχύτερον καὶ δύσηχον ἐκδιθυραμβοῦται, ὥσπερ αὖ πάλιν εἰς τὸ ἐκλελυμένον τε καὶ ἐκμελὲς ὑπτιάζει. νεωτερίζει δὲ καὶ ταῖς συντάξεσιν οὐκ εἰς τὸ γλαφυρὸν μᾶλλον καὶ ἐπαφρόδιτον, ὥσπερ ἕτεροι, ἀλλ' ὥστε δυσχερὴς ἀκοῦσαι, καὶ τοῦ ἡδέος ὑπερόριος. πλὴν αὐτὸς ἑαυτοῦ πολὺ βελτίων ἐνιαχοῦ τοῖς λόγοις πάντα γινόμενος, συμμιγῆ τὴν ἱστορίαν καὶ ἐξ ἀνομοιοτάτων ἁρμόζων ἁλίσκεται. οὗτος ἰσχυρίζεται τὴν P. 18 Ἰσαυρίαν ἀπὸ τοῦ Ἡσαῦ λαβεῖν τὴν ἐπωνυμίαν.

Διέρχεται δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ λόγῳ τὴν Ἄσπαρος καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ δυναστείαν· τὴν ἀνάῤῥησιν διὰ τοῦ Ἄσπαρος Λέοντος, τὸν σύμβαντα τῇ πόλει ἐμπρησμόν, καὶ ὅσα Ἄσπαρι περὶ τούτου ἐπὶ τὸ κοινῇ συμφέρον διαπέπρακται· καὶ περὶ Τατιανοῦ καὶ Βιβιανοῦ, καὶ ὡς περὶ αὐτῶν διηνέχθη Ἄσπαρ καὶ ὁ βασιλεύς, καὶ οἷα εἰς ἀλλήλους ἀπεφθέγξαντο· καὶ ὡς ὁ βασιλεὺς διὰ τοῦτο ἡταιρίσατο τὸ Ἰσαύρων γένος διὰ Ταρασικοδίσσα Ῥουσουμβλαδεώτου, ὃν καὶ Ζήνωνα μετονομάσας γαμβρὸν ἐποιήσατο, τὴν προτέραν γυναῖκα θανάτου νόμῳ ἀποβαλόντα. καὶ ὡς Ἀρδαβού- B ριος εἰς τὸ ἐναντίον μελετῶν τῷ βασιλεῖ, καὶ αὐτὸς οἰκειοποιήσασθαι τοὺς Ἰσαύρους διενοήθη. καὶ ὅτι Μαρτῖνος, οἰκεῖος V. 155

17. Τατιανοῦ Labb., Τιτιανοῦ vulg.

dibus ornat, meritoque perstringit eos, qui eam oppugnant. Stylum habet historiae non satis accommodatum. Nam et poetarum phrasibus sine delectu ac iuveniliter abutitur: et compositio eius durior et absona, dithyramborum ritu, quae alias iterum in dissolutum atque inconcinnum dilabitur. Constructiones innovat non ad ornatum maiorem ac venustatem, ut reliqui solent, sed ita, ut auditu molestus fiat, omnisque adeo expers suavitatis. Interdum autem se ipso verbis melior prorsus evadens, promiscuam historiam, etiam ex admodum dissimilibus, concinnare deprehenditur. Hic Isauriam ab Esau nomen mutuatam dicere audet.

Primo libro narrat Asparis liberorumque eius potentiam, et Leonis per Asparem electionem. De urbis conflagratione exorta, quaeque hic ab Aspare rei publicae commodo gesta sint. De Titiano et Viviano, utque de illis Aspar cum Imperatore contenderit, et quae ac qualia inter eos verba tum iactata sint. Imperatorem ea ex causa cum Isaurorum genere societatem iniisse per Tarasicodissam, Rusumbladeotiam, quem etiam, Zenonem mutato nomine vocatum, generum sibi adscivit, cum is priorem coniugem mortalium

ὢν Ἀρδαβουρίου, μηνύει Ταρασικοδίσσα ἅπερ Ἀρδαβουρίῳ κατὰ βασιλέως ἐτυρεύετο· καὶ ὡς ἐντεῦθεν ἐς τὸ τραχύτερον τῆς ἐς ἀλλήλους ὑπονοίας προϊούσης, ἀναιρεῖ Λέων ὁ βασιλεὺς Ἄσπαρα καὶ τοὺς παῖδας, Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον τὸν καίσαρα. ἀλλ' ὁ μὲν καῖσαρ τῶν πληγῶν ἀνενεγκὼν, παραδόξως διεσώθη καὶ διέζησεν. ἀλλὰ καὶ ὁ ἕτερος τῶν παίδων, Ἀρμενέριχος, οὐ συμπαρὼν τῷ φύντι
C τὸν φόνον τότε διέφυγε. Ταρασικοδίσσαν δὲ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ Ἀριάδνῃ Λέων ὁ βασιλεὺς ποιεῖται, καὶ μετονομάζει Ζήνωνα, στρατηγὸν τῆς ἕω χειροτονήσας. καὶ τὰ κατὰ Ἀφρικὴν Βασιλίσκου εὐτυχήματά τε καὶ δυστυχήματα. καὶ ὡς Λέων πολλὰ βουληθεὶς καὶ διαμηχανησάμενος Ζήνωνα τὸν γαμβρὸν ἀνειπεῖν βασιλέα, τῶν ὑπηκόων μὴ παραδεχομένων, οὐκ ἴσχυσε. καὶ ὡς πρὸ τελευτῆς αὐτοῦ τὸν ἔγγονον μὲν αὐτοῦ ἐκ Ζήνωνος φύντα τῇ Ἀριάδνῃ· καὶ ὡς μετὰ τελευτὴν Λέοντος ὁ παῖς Λέων Ζήνωνα τὸν πατέρα, συναινέσει τῆς βουλῆς, βασιλέα ἔστεψε. λεπτομερής τε τῆς Ἰσαύρων γενεα-
D λογίας ἀφήγησις, καὶ ὡς εἴησαν ἀπόγονοι τοῦ Ἡσαῦ, πολλὴ σπουδὴ καὶ διήγησις. ὅπως τε Ζήνων ὑπὸ Βηρίνης ἀπατηθεὶς, φεύγει γυναικὶ ἅμα καὶ μητρὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς βασιλείας. καὶ ὡς Βηρῖνα, ἐλπίδι τοῦ συναφθῆναι Πατρικίῳ τῷ μαγίστρῳ καὶ βασιλεύειν αὐτὸν, τὸν γαμβρὸν αὐτῆς φυ-

7. Supra Ἑρμενάριχος.

lege amisisset. Ardaburium item, quo Imperatori adversaretur, Isauros aeque suarum partium facere constituisse: atque Martinum quendam, Ardaburii familiarem, Tarasicodissae indicasse, quaecunque in Imperatorem machinaretur Ardaburius. Quomodo exinde asperius in dies crescente mutua suspicione, Leo Imperator Asparem sustulit eiusque liberos, Ardaburium et Patricium Caesarem; etsi Caesar excepta plaga, inopinato salvus evasit, vixitque: et alius item de Aspari filiis, Armenerichus, quod abesset tum forte a patre, caedem perindo effugit. Tarasicodissam ergo sibi generum, data Ariadna filia, Imperator adscivit, Zenonemque nominatum, exercitus in Oriente ducem creavit. Refert deinde quae in Africa secunda adversaque gesserit Basiliscus. Leonem quoque multa volentem molientemque, quo Zenonem generum Imperatorem renuntiaret, subditis repugnantibus, minime id quidem efficere potuisse, sed paulo ante obitum nepotem ex Ariadna et Zenone natum creasse: ita post Leonis excessum a Leone filio Zenonem patrem, assentiente senatu, esse Imperatorem coronatum. Hinc Isaurorum stemma per series descripsit auctor, atque illos esse Esau posteros ac sobolem, studiose persuadere conatur. Ut a Verina deceptus Zeno fugerit cum uxore ac matre ex urbe imperioque: utque Verina spe adiungendi sibi Patricium magistrum, foreque ut imperaret, gene-

γαθεύσασα ἐξ ἀπάτης, καὶ αὐτὴ τῆς ἐλπίδος ἐσφάλη, τῶν ἐν τέλει Βασιλίσκον τὸν αὐτῆς ἀδελφὸν ἀνειπόντων βασιλέα. περί τε τῆς Ἰσαύρων ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀμυθήτου σφαγῆς. καὶ ὡς μετὰ Νέπωτα βασιλέα Ῥώμης Ἀυγούστουλον ὁ πατὴρ Ὀρέστης Ῥώμης κατεπράξατο βασιλεύειν. ταῦτα ὁ πρῶτος λόγος.

Ὁ δὲ δεύτερος, ὅπως Πατρίκιος ὁ μάγιστρος ὁ Βηρίνῃ P. 19
συμφθειρόμενος, ἐπαγανακτήσαντος αὐτῷ Βασιλίσκου, ἀπεβίω. καὶ διὰ τοῦτο Βηρῖνα δι' ἔχθρας πρὸς τὸν ἀδελφὸν καταστᾶσα, καὶ Ζήνωνι διὰ χρημάτων τὴν τῆς βασιλείας ἀνάληψιν συμπράττουσα, τὰ ἔσχατα ἔπασχεν ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ. καὶ εἰ μὴ διέκλεψεν αὐτὴν Ἀρμάτος ἐκ τοῦ ναοῦ, τάχα ἂν καὶ διεφθάρη. ὡς Ἀρμάτος τῇ γαμετῇ συνδιαφθειρόμενος Βασιλίσκου, ἐπὶ μέγα δυναστείας ἤρθη. καὶ ὡς ὕστερον τὸν κατὰ Ζήνωνος πιστευθεὶς πόλεμον, ἀπέκλινεν ἐπὶ συνθήκαις δι' Ἴλλου πρὸς αὐτόν. καὶ εὐδοκιμῶν ἐπὶ Ζήνωνος, ὡς καὶ τὸν υἱὸν Βασιλίσκον καίσαρα ἰδεῖν, ὕστερον B
ἐκρεουργήθη, καὶ ὁ παῖς ἐκ τοῦ καίσαρος εἰς τοὺς ἐν Βλαχέρναις ἀναγνώστας ἐτέλεσεν. ὡς πρὸ τούτων Βασιλίσκος Μάρκον τὸν ἴδιον υἱὸν καίσαρα ἀνεῖπεν, εἶτα καὶ βασιλέα. καὶ ὡς Ἴλλους συνέβη Ζήνωνι εἰς φιλίαν, καὶ πάλιν ἀναλαβεῖν παρεσκεύασε τὴν βασιλείαν. καὶ ὡς καταστασιασθεὶς

rum suum Zenonem fugaverit per fraudem, quae tamen spes eam fefellerit, cum ii, qui in magistratu erant, Basiliscum, eius fratrem, Imperatorem renuutiarunt. De Isaurorum incredibili Constantinopolitana in urbe caede, utque post Nepotem, Romanorum Imperatorem, Orestes pater Augustulum Romano praefecerit imperio. Et haec fere libro primo narrat Candidus.

Altero vero libro ista. Patricius magister, qui cum Verina consuetudinem habebat, indignante ipsi Basilisco, periit. Ea propter in fratrem Verina odio concepto, ac Zenonem opibus ad recuperandum imperium adiuvans, extrema quaeque a fratre pertulit, ac nisi e templo Armatus eam clam subduxisset, forte et ipsa e medio sublata fuisset. Cum Basilisci deinde uxore adulteratus Armatus, ad summam pervenit potentiam, adeo ut tandem ei bellum, quod adversus Zenonem gerebatur, creditum fuerit, ad quem tamen certis pactis Hilli opera conditionibus defecit. Sub Zenone igitur tanti cum esset nominis Armatus, ut et filium Basiliscum Caesarem viderit, post nihilominus in frusta discerptus est, et puer ipse ex Caesare inter lectores in Blachernis profiteri coepit. Basiliscus ante haec Marcum filium Caesarem crearat, ac post etiam Imperatorem. Hillus, cum Zenone conciliata amicitia, imperium eidem recuperare studuit. Basiliscus itaque a seditiosis superatus, cum Zenonide coniuge ac

Βασιλίσκος σὺν τῇ γυναικὶ Ζηνωνίδι καὶ τέκνοις καταφεύγει εἰς τὴν ἐκκλησίαν, κἀκεῖθεν ἀπάτῃ Ἁρμάτου ἐκβληθεὶς, ἐξορίζεται εἰς Καππαδοκίαν, εἶτα παγγενεὶ κατασφάζεται. ὡς Πέτρου τοῦ δυσσεβοῦς τὰς τῆς ἀνατολῆς ταράσσοντος C *ἐκκλησίας, Καλανδίωνα Ζήνων ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἱερᾶσθαι Ἀντιοχείας ἀπέστειλε, καὶ δεόμενος χρημάτων ἐκ μηνυμάτων ἐπέτυχε. καὶ πολλοὶ νεωτερίσαντες κατ' αὐτοῦ καὶ ἑαλωκότες δίκην ἔδοσαν. ὡς Ἴλλους πολλὰ τῇ Ῥωμαίων συνήνεγκε πολιτείᾳ, ταῖς τε κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθίαις, καὶ ταῖς κατὰ πόλιν φιλοτιμίαις τε καὶ δικαιοπραγίαις. ὡς μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ βασιλέως Νέπωτος Ῥώμης καὶ τὸν διωγμὸν τοῦ μετ' αὐτὸν Αὐγουστούλου, Ὀδόακρος Ἰταλίας καὶ αὐτῆς ἐκράτησε Ῥώμης. καὶ στασιασάντων αὐτῷ τῶν δυσμικῶν Γαλατῶν, διαπρεσβευσαμένων τε αὐτῶν καὶ Ὀδοάκρου πρὸς Ζήνωνα, Ὀδοάκρῳ μᾶλλον ὁ Ζήνων ἀπέκλινεν. ὡς Ἀλανός τις* D *Ἴλλουν ἀνελεῖν βουληθεὶς καὶ πλήξας, Ἐπινίκιον εἶπεν, ὃς ἦν οἰκεῖος Βηρίνῃ, τὴν ἀναίρεσιν ὑποθέσθαι. καὶ ὡς ἐξεδόθη Ἐπινί-* V. 156 *κιος Ἴλλου· καὶ ὡς ὑποσχέσει καὶ ἀμνηστίας καὶ εὐεργεσιῶν ἐξεῖπε πάντα Ἐπινίκιος, ὅσα ἐπεβούλευε Βηρῖνα κατὰ Ἴλλου. καὶ ὡς Ζήνων Βηρῖναν διὰ τοῦτο ἐκδίδωσιν, ὁ δὲ αὐτὴν εἰς φρούριον Κιλικίας ὑπερορίσας ἠσφαλίσατο· ὡς Παμπρεπίῳ τῷ δυσσεβεῖ διὰ Μάρσου Ἴλλους φιλιωθεὶς, ἅπαντα κατὰ μι-*

1. *Βασιλίσκος* N., *βασιλεὺς* vulg.

liberis in templum se recepit, unde Armati fraudibus extractus, et in Cappadociam relegatus, mox cum tota stirpe caesus est. Cum Petrus ille impius Orientis turbaret ecclesias, misit Zeno Imperator Calandionem, ut Antiochenae sedis episcopus sacraretur. Cum autem pecunia indigeret Imperator, quaerendae illi pecuniae rationes ostensae sunt. Multi rebus novis contra illum studentes, capti poenas dederunt. Multa Hillus Romanae rei publicae contulit, cum militiae rebus fortiter gestis, tum domi honestis studiis ac iustitiae cultu. Post interemptum Nepotem, Imperatorem Romanum, et eius successorem, Augustulum, expulsum, Odoacer Italia atque ipsa adeo urbe potitus est. Rebellantibus autem huic Occidentis Gallis, et legatione ab ipsis, aliaque ab Odoacro ad Zenonem missa, in Odoacrum magis Zenonis animus inclinavit. Alanus quidam occidere Hillum conatus, cum eum percussisset, ab Epinicio, qui erat Verinae domesticus, subornatum se ad caedem ait; itaque traditus Hillo Epinicius est, qui data fide et oblivionis et praemiorum, ordine cuncta enarravit, quae in Hillum Verina moliretur. Quare Zeno Verinam Hillo tradidit, qui eam in Ciliciae castellum ablegavit, atque ita tutum sese reddidit. Hillus Pamprepio, homini impio, Marsi opera, factus carus, paulatim omnia ipsius negotia perturbavit. Ci-

χρὸν συνέχεε τὰ αὐτοῦ. ὡς ἐμφύλιος συνέστη Ζήνωνι πόλεμος, ἐξάρχοντος Μαρκιανοῦ καὶ Προκοπίου υἱῶν τοῦ βασιλεύσαντος Ῥώμης Ἀνθεμίου, καὶ κρατήσαντος Ζήνωνος δι' P. 20
Ἴλλου, πρεσβύτερος μὲν Μαρκιανὸς ἐχειροτονήθη, ὁ δὲ Προκόπιος πρὸς Θεοδώριχον τὸν ἐν Θρᾴκῃ διέφυγε. καὶ ὡς ὑπερορισθεὶς Μαρκιανὸς ἐν Καππαδοκίᾳ καὶ διαφυγὼν ἐτάραξε τὴν κατ' Ἄγκυραν Γαλατίαν· εἶτα συλληφθεὶς εἰς Ἰσαυρίαν B
διῳκίσθη. καὶ ὡς ἡ πρὸς Ἴλλουν ἔχθρα τῷ βασιλεῖ συνέστη καὶ ηὐξήθη. οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ δεύτερος.

Ὁ δὲ τρίτος ἄλλα τε περιέχει καὶ ὡς εἰς τὸ ἐμφανὲς Ἴλλους ἐπαναστὰς Ζήνωνι βασιλέα Λεόντιον σὺν Βηρίνῃ ἀνεῖπεν. ὅπως τε δυσπραγήσαντες ἐπολιορκήθησαν, καὶ ἁλόντες ἀπετμήθησαν, καὶ τἄλλα ἕως τῆς Ζήνωνος τελευτῆς.

vile Zenoni bellum fuit atque intestinum, insurgentibus Marciano et Procopio, filiis eius, qui Romae imperaverat, Anthemii. Quos eum Hillus Zenonis auspiciis devicisset, Marcianus quidem natu grandior ordinatus est presbyter: Procopius vero ad Theudericbum in Thraciam confugit. Quin et extorris in Cappadocia Marcianus, fuga elapsus, quae ad Ancyram pertinet, Galatiam turbavit, donec captus in Isauriam est relegatus. In Hillum quoque ab Imperatore odium conceptum est auctumque. Atque haec libro secundo prodita.

Tertius deinde liber cum alia continet, tum quomodo palam in Zenonem Hillus insurrexerit, Leontiumque Imperatorem cum Verina renuntiaverit, utque re infeliciter gesta, obsessi captique capite truncati sint: aliaque ad exitum usque Zenonis.

Sequentia leguntur apud Suidam s. v. χειρίζω.

Κάνδιδος ἱστοριογράφος φησὶν ὅτι Λέων ὁ Μακέλλης περὶ τὴν ἐκστρατείαν τὴν κατὰ Βανδήλων ἄπειρα χρήματα δεδαπάνηκε. ἦσαν γὰρ, ὡς οἱ ταῦτα ἐφανέρωσαν κεχειρικότες, διὰ μὲν τῶν ὑπάρχων χρυσίου λίτραι τετρακισμύριαι πρὸς ἑπτακισχιλίαις· διὰ δὲ τοῦ κόμητος τῶν θησαυρῶν ἑπτακισχίλιαι πρὸς μυρίαις· καὶ ἀργυρίου λίτραι ἑπτακόσιαι χιλιάδες, ἔκ τε τῶν ἀνηλωμένων ἀρχόντων ἐκ δημευσίμων, καὶ ἐκ τοῦ βασιλέως Ἀνθεμίου.

Candidus historicus refert a Leone Lanione in bellum adversus Vandalos infinitam pecuniam erogatam fuisse. Fuerunt enim, testibus illis qui eam tractarunt, per praefectos numerata auri pondo quadraginta septem millia: argenti vero septingenta millia, quum ex bonis publicatis, tum ab Imperatore Anthemio.

ΕΚΛΟΓΑΙ
ΕΚ ΤΗΣ
ΝΟΝΝΟΣΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΑΣ

EX HISTORIA
NONNOSI
EXCERPTA.

Ἀνεγνώσθη Νοννόσου ἱστορία· ἐν ᾗ διαλαμβάνεται πρεσβεία αὐτοῦ πρός τε Αἰθίοπας καὶ Ἀμερίτας καὶ Σαρακηνοὺς τὰ ἰσχυρότερα τῶν τότε ἐθνῶν, ἔτι δὲ καὶ πρὸς ἄλλα ἀνατολικὰ ἔθνη. Ἰουστινιανὸς δὲ τὸ τηνικαῦτα τὴν Ῥωμαϊκὴν περιεῖπε πολιτείαν· φύλαρχος δὲ τῶν Σαρακηνῶν ἐχρημάτιζε Καΐσος, ἀπόγονος Ἀρέθα, καὶ αὐτοῦ φυλάρχου γεγενημένου, πρὸς ὃν ὁ Νοννόσου πάππος ἐπρεσβεύσατο, παρὰ Ἀναστασίου τότε βασιλεύοντος ἀποσταλεὶς, καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην ἐσπείσατο. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ πατὴρ Νοννόσου, (Ἀβράμης δ' ἦν αὐτῷ ὄνομα,) πρὸς Ἀλαμούνδαρον φύλαρχον Σαρακηνῶν ἐπρεσβεύσατο, καὶ δύο στρατηγοὺς Ῥωμαίων, Τιμόστρατον καὶ Ἰωάννην, νόμῳ πολέμου συλληφθέντας, ἀνεσώσατο. Ἰουστίνῳ δὲ τῷ βασιλεῖ τὴν τῶν στρατηγῶν διηκονεῖτο ἀνάῤῥυ-

Lecta est Nonnosi historia, qua legationem suam complectitur ad Aethiopas et Homeritas atque Saracenos susceptam, populos tum potentissimos: et ad alias item Orientis gentes. Iustinianus Romanum tum imperium tenebat. Praefectus vero Saracenorum Caisus erat, Arethae nepos: qui et ipse praefectus fuit, ad quem Nonnosi avus ab Anastasio Imperatore legatus fuerat, et pacis foedera sanxerat. Quin et Nonnosi pater, cui Abramo nomen, ad Alamundarum, praefectum Saracenorum, orator aliquando profectus, duos Romanorum duces, Timostratum et Ioannem, belli iure captos, una liberavit: Iustino Imperatori in ducibus his liberandis subserviens. Porro Cai-

σιν. ὁ μέντοι Καΐσος, πρὸς ὃν ἐστέλλετο Νόννοσος, δύω γενῶν ἡγεῖτο τῶν παρὰ τοῖς Σαρακηνοῖς ἐπισημοτάτων, Χινδηνῶν καὶ Μααδηνῶν. πρὸς τοῦτον δὴ τὸν Καΐσον καὶ ὁ Νοννόσου πατὴρ, πρὶν ἢ Νόννοσον πρεσβεύειν αἱρεθῆναι, Ἰουστινιανοῦ πέμποντος, ἀπέσταλτο, καὶ εἰρηνικὰς ἔθετο σπονδάς· ὥστε καὶ τὸν υἱὸν Καΐσου (Μαυίας δὲ ἐκαλεῖτο) ὅμηρα λαβεῖν, καὶ πρὸς Ἰουστινιανὸν ἐς Βυζάντιον ἀποκομίσαι. μεθ' ὃν χρόνον ἐπρεσβεύσατο Νόννοσος ἐπὶ δυσὶ τούτοις· Καΐσον, εἰ δυνατὸν, πρὸς βασιλέα ἀγαγεῖν· καὶ πρὸς τὸν τῶν Αὐξουμιτῶν ἀφικέσθαι βασιλέα· Ἐλεσβαᾶς δὲ τότε ἐκράτει τοῦ ἔθνους· καὶ πρὸς τούτοις καὶ εἰς τοὺς Ἀμερίτας παραγενέσθαι. ἡ δὲ Αὔξουμις πόλις ἐστὶ μεγίστη, καὶ οἷον μητρόπολις τῆς ὅλης Αἰθιοπίας· κεῖται δὲ μεσημβρινωτέρα καὶ ἀνατολικωτέρα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. ὁ δὲ Νόννοσος πολλὰς μὲν ἐπιβουλὰς ἐθνῶν ὑποστὰς, πολλὰς δὲ θηρίων χαλεπότητας παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ πολλαῖς δυσχωρίαις καὶ ἀπορίαις πολλάκις περιπεσὼν, ὅμως καὶ τὰ δόξαντα ἐξετέλεσεν, καὶ σῶος τῇ πατρίδι ἀποδίδοται.

Ὅτι Καΐσος, Ἀβράμου πάλιν πρὸς αὐτὸν πρεσβεύσαντος, πρὸς τὸ Βυζάντιον παραγίνεται, καὶ τὴν ἰδίαν φυλαρχίαν Ἄμβρῳ καὶ Ἰεζίδῳ τοῖς ἀδελφοῖς διανειμάμενος, αὐτὸς τὴν Παλαιστινῶν ἡγεμονίαν παρὰ βασιλέως ἐδέξατο, πλῆθος πολὺ τῶν ὑποτεταγμένων αὐτῷ σὺν αὐτῷ ἐπαγόμενος.

sus, ad quem Nonnosus missus, duabus praeerat gentibus apud Saracenos clarissimis, Chindinis et Maadenis. Ad quem ipsum Caïsum Nonnosi quoque pater, antequam haec Nonnoso legatio mandaretur, a Iustiniano missus est, pacisque foedera ita instituit, ut Caïsi filium, Maviam nomine, obsidem acceperit, et Byzantium ad Iustinianum adduxerit. Post quem duplici Nonnosus nomine legatus missus est: ut Caïsum, si posset, ad Imperatorem adduceret: et ad Auxumitarum regem, cui genti Elesbaas tunc praeerat, itemque ad Homeritas proficisceretur. Auxumis permagna est civitas, et quasi Aethiopiae totius metropolis, magis ad meridiem et orientem vergens, quam Romanum imperium. Nonnosus vero, multis gentium superatis insidiis ferarumque periculis praeter viae incommoda multaque discrimina, in quae saepenumero incidit, tamen quae voluit perfecit, et salvus est patriae redditus.

Caïsum refert, misso iterum Abramo ad illum legato, Byzantium profectum esse, suamque praefecturam Ambro et Iezido fratribus divisisse: ipsum vero Palaestinae praefecturam ab Imperatore administrandam suscepisse, infinitamque hominum subditorum secum multitudinem duxisse.

Ὅτι τὰ σανδάλια, φησί, νυνὶ λεγόμενα ἀρβύλας ἔλεγον οἱ παλαιοί, καὶ τὸ φακιόλιον φασώλιν.

Ὅτι τῶν Σαρακηνῶν οἱ πλεῖστοι, οἵ τε ἐν τῷ Φοινικῶνι, καὶ οἱ τοῦ Φοινικῶνος καὶ τῶν ὀνομαζομένων Ταυρηνῶν ὀρῶν ἐπέκεινα, ἱερόν τι χωρίον νομίζουσιν, ὅτῳδὴ θεῶν ἀνειμένον, καὶ ἐνταῦθα συλλέγονται κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον δίς· ὧν τὴν μὲν τῶν πανηγύρεων αὐτῶν μὴν ὅλος μετρεῖ παρατείνων, σχεδόν που τοῦ ἔαρος κατὰ τὸ μέσον τελουμένην, ὅτε τὸν ταῦρον ὁ ἥλιος ἐπιπορεύεται. ἡ δὲ ἑτέρα πανήγυρις δυσὶ μησὶ παρατείνεται. μετὰ θερινὰς τροπὰς ἄγουσι ταύτην. ἐν ταύταις, φησί, ταῖς πανηγύρεσιν πᾶσαν ἄγουσιν εἰρήνην, οὐ πρὸς ἀλλήλους μόνον ἀλλὰ καὶ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐνδημοῦντας ἀνθρώπους. φασὶ δὲ ὅτι καὶ τὰ θηρία πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ αὐτὰ πρὸς ἄλληλα. λέγεται δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ παράδοξα καὶ μύθων οὐδὲν διαλλάττοντα.

Ὅτι διεστηκέναι φησὶ τὴν Ἄδουλιν τῆς Αὐξούμεως πεντεκαίδεκα ἡμερῶν ὁδόν, ἀπιοῦσι δὲ εἰς τὴν Αὔξουμιν Νοννόσῳ τε καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν μέγιστον ἐφάνη θέαμα περὶ χωρίον Αὔην προσονομαζόμενον· κεῖται δὲ ἡ Αὔη ἐν μέσῳ τῆς τε τῶν Αὐξουμιτῶν καὶ τῆς τῶν Ἀδουλιτῶν πόλεως· ἐλεφάντων πλῆθος οὐκ ὀλίγον, ἀλλὰ σχεδὸν ὡς χιλιάδων πέντε· ἐνέμοντο δὲ οὗτοι οἱ ἐλέφαντες ἐν πεδίῳ μεγάλῳ, καὶ πελάζειν αὐτοῖς οὐ-

Quae nunc *σανδάλια* dicta, *ἀρβύλας* appellasse veteres ait: et *φακιόλιον φασώλιν*.

Saracenorum, ait, plerique, tam qui in Phoenicone, quam qui ultra Phoeniconem et Taurenos, quos vocant, montes degunt, locum quendam pro sacro habent, alicui Deorum consecratum, quo his quotannis conveniunt. Horum conventuum ipsorum alter mensem durat integrum, ad medium fere ver, quando Tauri signum sol in Zodiaco tenet: alter vero in duos alteros menses extenditur agiturque post aestivum solstitium. In his, ait, conventibus, summa viget tranquillitas, non solum inter ipsos, sed et cum omnibus advenis. Quin etiam feras cum hominibus, non tantum inter se, pacate tunc degere fabulantur. Narrat et alia multa inopinata et fabulis non absimilia.

Adulin scribit ab Auxumi quindecim itinere dierum distare. Proficiscenti vero Auxumin Nonnoso cum suis maximum hoc obiectum spectaculum ad regionem Auen dictam, quae media est inter Auxuminet Adulin urbes: elephantorum nimirum vis non modica, immo millia ferme quinque. Pascebant hi elephanti maximo in campo,

δενὶ τῶν ἐγχωρίων ἦν εὔκολον, οὐδὲ εἴργειν τῆς νομῆς. τοῦτο μὲν οὖν μεταξὺ τὸ θέαμα αὐτοῖς προσεγεγόνει.

Χρὴ δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς κράσεως τῶν ἀέρων εἰπεῖν, οἷα ἀπὸ τῆς Αὔης ἐπὶ τὴν Αὔξουμιν διαδέχεται. ἐναντίως γὰρ περί τε θέρος καὶ χειμῶνα διάκειται. τοῦ γὰρ ἡλίου τὸν καρκίνον τε καὶ λέοντα καὶ παρθένον διερχομένου, μέχρι μὲν τῆς Αὔης, ὥσπερ καὶ παρ' ἡμῖν, θέρος τε καὶ ξηρότης διακρατεῖ τὸν ἀέρα· ἀπὸ δὲ τῆς Αὔης ἐπὶ τὴν Αὔξουμιν καὶ τὴν ἄλλην Αἰθιοπίαν χειμὼν ἐπίκειται σφοδρός· οὐ δι' ὅλης ἡμέρας· ἀλλὰ γὰρ ἀπὸ μεσημβρίας ἀρχόμενος ἑκάστοτε, συννεφῆ τε τὸν ἀέρα ποιῶν, καὶ ὄμβροις ῥαγδαίοις τὴν χώραν ἐπικλύζων. τηνικαῦτα δὲ ἄρα καὶ ὁ Νεῖλος πολὺς ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐρχόμενος πελαγίζει τε καὶ κατάρδει τὴν γῆν. ὅτε δὲ ὁ ἥλιος τὸν αἰγόκερών τε καὶ ὑδροχόον καὶ ἰχθύας ἐπιπορεύεται, ἀνάπαλιν ὁ ἀὴρ τοῖς μὲν Ἀδουλίταις μέχρι τῆς Αὔης ὄμβροις ἐπικλύζει τὴν χώραν· τοῖς δὲ ἀπὸ τῆς Αὔης μέχρι Αὐξούμεως καὶ τῆς ἄλλης Αἰθιοπίας θέρος τε, καὶ τὰ ὡραῖα τηνικαῦτα τούτοις ἡ γῆ παραδίδωσιν.

Ὅτι ἀπὸ τῆς Φαρσὰν πλέοντι τῷ Νοννόσῳ, ἐπὶ τὴν ἐσχάτην τῶν νήσων κατηντηκότι τοιόνδε τι συνέβη, θαῦμα καὶ ἀκοῦσαι. ἐνέτυχε γάρ τισι μορφὴν μὲν καὶ ἰδέαν ἔχουσιν ἀνθρωπίνην, βραχυτάτοις δὲ τὸ μέγεθος καὶ μέλασι τὴν χρόαν· ὑπὸ δὲ τριχῶν δεδασυσμένοις διὰ παντὸς τοῦ σώματος· εἵποντο δὲ τοῖς ἀνδράσι καὶ γυναῖκες παραπλήσι-

propiusque accedere nemini incolarum facile erat, neque pastu prohibere. Hoc illis interim spectaculum occurrit.

De coeli quoque constitutione dicere oportet, quae est ab Aue ad Auxumin; contra enim aestas illic et hiems accidit. Nam sole Cancrum, Leonem et Virginem obeunte, ad Auen usque, uti et nobis, aestas est summaque coeli siccitas. At ab Aue Auxumin versus et reliquam Aethiopiam hiems est vehemens, non integro quidem illa die, sed quae a meridie semper et ubique incipiens, coactis nubibus aërem obducat, et horrendis imbribus oram illam inundet. Quo etiam tempore Nilus late Aegyptum pervadens, maris in modum terram irrigat. Cum autem sol Capricornum, Aquarium et Pisces perambulat, aër viceversa Adulitis Auen usque imbribus regionem inundat, iis vero, qui ab Aue Auxumin ceteramque Aethiopiam versus iacent, aestas est, et maturos iam fructus terra praebet.

Naviganti a Pharsa Nonnoso et ad extremam usque insularum delato, tale quid occurrit vel ipso auditu admirandum. Incidit enim in quosdam forma quidem et figura humana, sed brevissimos, et cutem nigros, totumque pilosos corpus. Sequebantur viros aequales feminae,

αι, καὶ παιδάρια ἔτι βραχύτερα τῶν παρ' αὐτοῖς ἀνδρῶν· γυμνοὶ δὲ ἦσαν ἅπαντες· πλὴν δέρματί τινι μικρῷ τὴν αἰδῶ περιεκάλυπτον οἱ προβεβηκότες ὁμοίως ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες. ἄγριον δὲ οὐδὲν ἐπεδείκνυντο οὐδὲ ἀνήμερον· ἀλλὰ καὶ φωνὴν εἶχον μὲν ἀνθρωπίνην, ἄγνωστον δὲ παντάπασι τὴν διάλεκτον τοῖς τε περιοίκοις ἅπασι καὶ πολλῷ πλέον τοῖς περὶ τὸν Νόννοσον. διέζων δὲ ἐκ θαλαττίων ὀστρέων καὶ ἰχθύων τῶν ἀπὸ τῆς θαλάττης εἰς τὴν νῆσον ἀποῤῥιπτομένων· θάρσος δὲ εἶχον οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ ὁρῶντες τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπους ὑπέπτησσον, ὥσπερ ἡμεῖς τὰ μείζω τῶν θηρίων.

et pueri adhuc breviores. Nudi omnes agunt, pelle tantum brevi adultiores verenda tecti, viri pariter et feminae, agreste nihil neque efferum quid prae se ferentes. Quin et vox illis humana, sed omnibus, etiam accolis, prorsus ignota lingua, multoque amplius Nonnosi sociis. Vivunt marinis ostreis et piscibus e mari ad insulam proiectis. Audaces minime sunt, ut nostris conspectis hominibus, quemadmodum nos visa ingenti fera, metu perculsi fuerint.

ΕΚΛΟΓΑΙ

ΕΚ ΤΗΣ

ΘΕΟΦΑΝΟΥΣ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

EX HISTORIA

THEOPHANIS

EXCERPTA.

Ἀνεγνώσθη Θεοφάνους Βυζαντίου ἱστορικῶν λόγοι δέκα. P. 21
ἄρχεται δὲ ὁ πρῶτος λόγος ἀπὸ τοῦ Περσικοῦ πολέμου τοῦ συστάντος μετὰ τὴν διάλυσιν τῶν σπονδῶν, ἃς Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς καὶ Χοσρόης ὁ Περσῶν ἀλλήλοις ἔθεντο. ἔλυσε δὲ Χοσρόης τε αὐτός, καὶ Ἰουστῖνος, διάδοχος Ἰουστινιανοῦ καταστὰς, δευτέρου ἔτους τῆς ἀρχῆς αὐτῷ περαιουμένου. ἀρχόμενος δὲ ἐντεῦθεν τῆς ἱστορίας κάτεισι μέχρι δεκάτου ἔτους αὐτοῦ τοῦ πολέμου. μέμνηται δὲ ἐν τῷδε τῷ πρώτῳ τοῦ βιβλίου λόγῳ καὶ τὰ κατὰ Ἰουστινιανὸν ἱστορῆσαι. οὐ μὴν ἀλλὰ δῆλός ἐστιν, ὡς καὶ ἐφεξῆς τῶν δέκα λόγων ἑτέρους συνέταξε. διέξεισι δὲ ἐν μὲν τῷδε τῷ λόγῳ, ὅπως αἱ σπονδαὶ συνεχύθησαν Ἰουστίνου μὲν διὰ Κομεντιόλου Σου-

Lecti sunt Theophanis Constantinopolitani historiarum libri decem, quorum primus initium ducit ab illo Persico bello, quod ruptis iam foederibus iis exortum est, quae Iustinianus Imperator et Chosroës, Persarum rex, invicem constituerant. Solverat ea Chosroës ipse, et Iustinus, Iustiniaui iam successor, exeunte altero imperii anno. Hinc ergo narrationem auspicatus, pergit porro ad annum usque belli decimum. Meminit vero hoc ipso primo voluminis libro, scripsisse quoque se quae sub Iustiuiano gesta sunt, imo et plures eum decem hisce subiunxisse libros, satis manifeste apparet. Narrat autem hoc libro, qua ratione pacta conventa sint dissoluta, cum Iustinus per Comentiolum Suaniam a Chosroë repeteret, ipse

B νίαν παρὰ Χοσρόου ἀπαιτοῦντος, αὐτοῦ δὲ ὑποτιθεμένου, οὐ μέντοι διδοῦντος· ὅπως τε ἡ Μεσοποταμία πᾶσα ἐσείσθη, προοίμιον τῶν ἐπελευσομένων κακῶν γενομένη.

Ὅτι τὰ πρὸς εὖρον ἄνεμον τοῦ Ταναΐδος Τοῦρκοι νέμονται οἱ πάλαι Μασσαγέται καλούμενοι, οὓς Πέρσαι οἰκείᾳ γλώσσῃ Κερμιχίωνάς φασι. καὶ αὐτοὶ δὲ ἐν τῷ τότε δῶρα καὶ πρέσβεις πρὸς βασιλέα Ἰουστῖνον ἔστειλαν, δεόμενοι μὴ ὑποδέξασθαι αὐτὸν τοὺς Ἀβάρους. ὁ δὲ τὰ δῶρα λαβὼν καὶ ἀντιφιλοφρονησάμενος, ἀπέλυσεν εἰς τὰ οἰκεῖα. τοῖς δὲ Ἀβάροις ὕστερον ἐλθοῦσιν, καὶ Παννονίαν οἰκῆσαι καὶ εἰ-
P. 22 ρήνης τυχεῖν δεομένοις, διὰ τὸν πρὸς τοὺς Τούρκους λόγον καὶ τὰς συνθήκας οὐκ ἐσπείσατο.

Ὅτι τὴν τῶν σκωλήκων γένεσιν ἀνὴρ Πέρσης, βασιλεύοντος Ἰουστινιανοῦ ἐν Βυζαντίῳ ὑπέδειξεν, οὔπω πρότερον ἐγνωσμένην Ῥωμαίοις. οὗτος δὲ ἐκ Σηρῶν ὁρμηθεὶς ὁ Πέρσης, τὸ σπέρμα τῶν σκωλήκων ἐν νάρθηκι λαβὼν μέχρι Βυζαντίου διεσώσατο, καὶ τοῦ ἔαρος ἀρξαμένου ἐπὶ τὴν τροφὴν τῶν συκαμίνων φύλλων ἐπαφῆκε τὰ σπέρματα· τὰ δὲ τραφέντα τοῖς φύλλοις ἐπτεροφύησέ τε καὶ τἆλλα εἰργάσατο. ὧν τήν τε γένεσιν καὶ τὴν ἐργασίαν ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος ὕστερον τοῖς Τούρκοις ὑποδείξας ἐθάμβησεν. οἱ γὰρ Τοῦρ-
B κοι τότε τά τε Σηρῶν ἐμπόρια καὶ τοὺς λιμένας κατεῖχον· ταῦτα δὲ πρὶν μὲν Πέρσαι κατεῖχον· Ἐφθαλάνου δὲ τοῦ

vero verbo quidem promitteret, non tamen re praestaret. Refert et in tota Mesopotamia terram movisse, initium nimirum calamitatum, quae subsecutae sunt.

In Oriente ad Tanaïm Turci degunt, qui Massagetae antiquitus dicti, a Persis sua lingua Kermichiones appellantur. Hi tempestate hac legatos cum muneribus ad Iustinum Imperatorem legarunt, ne Avaros reciperet, obsecrantes. Ille munera libenter accepit, omnique adeo benevolentiae atque humanitatis genere complexus, domum remisit. Cumque Avari mox accessissent, qui Pannoniam habitare, paceque frui Romanorum precabantur, ob datam Turcis fidem pactasque conditiones repulsam tulerunt.

Bombycum originem homo quidam Persa, Iustiniano imperante, Constantinopoli ostendit, nunquam antea Romanis cognitam. Hic Persa e Serum regione profectus vermium semen ferula inclusum, Constantinopolim salvum deportavit, ac vere ineunte in alimentum mori foliis semina imposuit: quae foliis nutrita, et in alas se induerunt, et mire coeperunt operari. Ergo bombycum ortum texendique artificium cum post Turcis Iustinus Imperator ostendisset, vehementer obstupuerunt: nam Serum illi tum emporia portusque tenebant, quae Persae prius tenuerant. Ephthalanus enim, Ephthalitarum

Ἐφθαλιτῶν βασιλέως, ἐξ οὗ καὶ τὸ γένος ἔσχε τὴν κλῆσιν,
Περόζην καὶ Πέρσας νικήσαντος, ἀφῃρέθησαν μὲν τούτων
οἱ Πέρσαι, δεσπόται δὲ κατέστησαν Ἐφθαλῖται. οὓς μικρῷ
ὕστερον μάχῃ νικήσαντες Τοῦρκοι ἀφεῖλον ἐξ αὐτῶν καὶ
ταῦτα. Ἰουστῖνος δὲ Ζήμαρχον ἐς τοὺς Τούρκους πρέσβιν
ἀπέστειλεν, ὃς καὶ λαμπρῶς ἑστιάσας τε τοὺς Τούρκους, καὶ
ἐς τὰ μάλιστα φιλοφρονηθεὶς, ἐς τὸ Βυζάντιον ἐπανῄει. διὸ
καὶ ὁ Χοσρόης ἐπ' Αἰθίοπας, φίλους ὄντας Ῥωμαίοις, τοὺς
πάλαι μὲν Μακροβίους, νῦν δὲ Ὁμηρίτας καλουμένους, ἐ-
στράτευσε· καὶ τόν τε βασιλέα τῶν Ὁμηριτῶν Σανατούρκην διὰ C
Μιράνους τοῦ Περσῶν στρατηγοῦ ἐζώγρησε, τήν τε πόλιν
αὐτῶν ἐξεπόρθησε, καὶ τὸ ἔθνος παρεστήσατο. διέξεισι δὲ
καὶ ὅπως Ἀρμένιοι ὑπὸ Σουρήνου κακούμενοι, καὶ μάλιστα
περὶ τὴν εὐσέβειαν, τόν τε Σουρήναν ὁμοφρονήσαντες διὰ Οὐαρ-
δάνου, οὗ τὸν ἀδελφὸν Μανουὴλ ἐτύγχανεν ἀνελὼν, καὶ
δι' ἑτέρου τινὸς Οὐάρδου ἀνεῖλον, καὶ Περσῶν ἀποστάντες
Ῥωμαίοις προσεχώρησαν, τὸ Δούβιος τὸ πόλισμα, ἐν ᾧ κα-
τῴκουν, ἀπολιπόντες, καὶ πρὸς τὰ Ῥωμαίων ἤδη γενόμενοι.
καὶ τοῦτο μάλιστα γέγονε τῆς τῶν Περσῶν πρὸς Ῥωμαίους
σπονδῶν καταλύσεως αἴτιον. ἀπέστησαν δὲ παραυτίκα καὶ
Ἴβηρες, καὶ προσεχώρησαν Ῥωμαίοις, Γοργένους αὐτῶν ἡγε- D
μονεύοντος. ἦν δὲ τῶν Ἰβήρων τότε ἡ Τίφιλις μητρόπολις.

Ὅτι Μαρκιανὸς ὁ τοῦ Ἰουστίνου τοῦ βασιλέως ἐξάδελ-

rex, a quo et appellationem universum genus traxit, Perozen et Persas cum vicisset, submoti his locis Persae, rerum vero potiti sunt Ephthalitae: quos post paulo Turci proelio superantes, his etiam finibus pepulerunt. Iustinus Zemarchum ad Turcos legatum misit: qui et publice eos epulis excipiens, omnique adeo officii genere exceptus Constantinopolim remissus est. Quamobrem etiam Chosroës in Aethiopas, amicos populi Romani, olim Macrobios, nunc Homeritas appellatos, expeditionem suscepit, regemque Homeritarum, Sanaturcen, opera Meranis, Persarum ducis, vivum cepit, urbeque eorum direpta, incolas subiugavit. Armenii a Surena male accepti, maxime in pietatis religionisque negotio, Surenam, coniuratione facta per Vardanum, cuius fratrem Manuelem ille interfecerat, et alium quendam Vardum occiderunt, et a Persis deficientes ad Romanos transiere, relictoque oppido, quod incolebant, Dubii nomine, in Romanorum regionem commigrarunt, atque haec ipsa potissimum causa Persis fuit rumpendi foederis induciarumque cum Romanis. Desciverunt post hos statim etiam Iberes, et Gorgene ipsos ducente, ad Romanos transierunt. Metropolis autem Iberorum Tiphilis tunc erat.

Marcianus, Iustini Imperatoris patruelis, Orientis dux iam re-

φος, τῆς ἕω χειροτονηθεὶς στρατηγὸς, εἰς τὸν πρὸς Χοσρόην πόλεμον ὀγδόῳ ἔτει τῆς Ἰουστίνου βασιλείας ἐξαποστέλλεται. Ἰωάννης δὲ ὁ τῆς Ἀρμενίας στρατηγὸς, καὶ Μιράνης ὁ τῶν Περσῶν, ὁ καὶ Βαραμαάνης, τὴν στρατείαν συνήθροιζον. καὶ τοῖς μὲν Ἀρμενίοις συνεμάχουν Κόλχοι, Ἀβασγοὶ, καὶ Σαρώης ὁ Ἀλανῶν βασιλεύς. τῷ δὲ Μιράνῃ Σάβιροι καὶ Δαγάνες καὶ τὸ Διλμαϊνὸν ἔθνος. πολεμήσας δὲ ὁ Μαρκιανὸς τὸν Μιράνην περὶ τὴν Νισιβηνῶν πόλιν, αὐτὸν μὲν ἐς φυγὴν ἔτρεψεν, ἀνεῖλε δὲ ἐν τῇ μάχῃ χιλίους καὶ διακοσίους, καὶ ζῶντες ἐλήφθησαν ἑβδομήκοντα. Ῥωμαίων δὲ ἄνδρες ἀνῃρέθησαν ἑπτά. ἐπολιόρκει τε ἤδη καὶ τὸ τῶν Νισιβηνῶν τεῖχος. Χοσρόης δὲ ταῦτα μαθὼν, τεσσαράκοντα μὲν χιλιάδας ἱππέων, πεζῶν δὲ ὑπὲρ τὰς ἑκατὸν, συναγείρας, ἠπείγετο βοηθεῖν καὶ πολεμεῖν Ῥωμαίους. ἐν τούτῳ δὲ διαβάλλεται ὁ Μαρκιανὸς τῷ βασιλεῖ ὡς ἐρῶν τυραννίδος, καὶ ὁ βασιλεὺς πεισθεὶς αὐτὸν μὲν παρέλυσε τῆς ἀρχῆς, Θεόδωρον ἀντικαταστήσας τὸν τοῦ Ἰουστινιανοῦ παῖδα, Τζίρον ἐπίκλην. ἀταξίας δὲ διὰ ταῦτα συμβάσης, τῆς τε πολιορκίας Ῥωμαῖοι ἀπέσχοντο, καὶ Χοσρόης τὸ Δάρας πολιορκήσας παρεστήσατο.

nuntiatus, in expeditionem adversus Chosroën octavo imperii Iustini anno missus est. Ioannes vero, Armeniae dux, et Meranes Persarum, qui et Baramaanes, exercitum colligebant. Et Armeniis quidem socios se coniunxerunt Colchi, Abasgi et Saroës, rex Alanorum: Meranae vero Sabiri et Daganes et Dilmaina gens. Marcianus ad Nisibenorum urbem, signis collatis, Meranem in fugam convertit: eoque proelio mille et ducentos cecidit, vivos cepit septuaginta, Romanis septem dumtaxat desideratis. Mox Nisibenorum moenia obsidione cinxit. Chosroës, re mature cognita, quadraginta equitum millia, peditum vero amplius centum conducens, auxilium ferre et cum Romanis confligere properavit. Interea loci apud Imperatorem Marcianus affectati imperii accusatur, et calumniae fidem adhibens Iustinus, exercitus eum imperio submovit, Theodorumque, Iustiniani filium, Tzirum cognomento, suffecit. Hinc turbatis rebus Romani quoque obsidionem solverunt, et Chosroës Daras, oppugnatam urbem, vi cepit.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΓΑΖΑΙΟΥ

ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΣ.

PRISCIANI CAESARIENSIS

PANEGYRICUS.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ ΓΑΖΗΣ ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΣ ΕΙΣ ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΝ.

PROCOPII ORATORIS URBIS GAZAE PANEGYRICUS IN IMPERATOREM ANASTASIUM.

ARGUMENTUM.

Prooemium (1). *Laudes Epidamni, unde Anastasio origo* (2). *Eius mores, virtutes, educatio* (3. 4). *Fauste imperium capessit* (5. 6). *Vincit Arabes orientis provincias infestantes* (7). *Sui quoque imperii seditiosos populos et praecipue Isauros coërcet, victis deinde parcit* (8 — 10). *Pace aeque ac bello praestat* (11). *Iustissimus et ipse iudex et in eligendis iudicibus iustus* (12). *Crudele chrysargyri vectigal tollit* (13). *Aristidem et Pisistratum aequitate circa vectigalia superat* (14). *Circi spectacula et crudelia et obscoena removet* (15. 16). *Magna eius in singulas urbes beneficia* (17). *Hierapolitanis aqua carentibus aquaeductum aedificat* (18). *Caesareae portum deficientem instaurat* (19). *Alexandriae pharum labantem firmat* (20). *Murum ducit a Ponto Euxino usque ad Propontidem* (21). *Civibus clemens, timendus hostibus, morum emendator* (22). *Ipse moribus castissimis, una coniuge contentus* (23). *Excellentes antiquitatis homines superat omnes, et singulas singulorum virtutes coniungit* (24). *Comparatur cum Cyro* (25), *Agesilao* (26), *Alexandro et Philippo* (27). *Peroratio* (28 — 30).

α'. Ἤδη μὲν, ὦ κράτιστε βασιλεῦ, πᾶσα πόλις ἐπὶ σοὶ φρονοῦσα, καὶ τοῖς σοῖς τροπαίοις ἁβρυνομένη, καὶ τὴν

1. Iam quidem, optime Imperator, tota urbs propter te superbiens, ac tuis tropacis luxurians, et felicitatem suam qualis sit usu

εὐδαιμονίαν ὄντως ἥτις ἐστὶ μαθοῦσα τῇ πείρᾳ, πάντα τρόπον μηχανωμένη μὴ κατόπιν ὀφθῆναι τῶν δωρεῶν, ἀμοιβῆς ἀπορεῖ τοῖς ἔργοις ἁμιλλωμένης· καὶ τὸν εὐεργέτην ἐντεῦθεν μᾶλλον θαυμάζει δι' ὧν εὖ ποιεῖ, τῶν εὖ παθόντων νικῶντα τὰς ἀμοιβάς. πρέπων γὰρ οὗτος βασιλεῖ κόσμος, μετὰ τῶν πολεμίων καὶ τοὺς ὑπηκόους νικᾶν, τοὺς μὲν τοῖς ὅπλοις, τοὺς δὲ τῷ πλήθει τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν, ἀμφοτέρους δὲ ταῖς ἀρεταῖς. ἡ δὲ ἡμετέρα πόλις, διὰ τῆς εἰκόνος αὐτὸν ἀπολαβοῦσα τὸν εὐεργέτην, ὥσπερ τις δεινὸς ἐραστὴς, ἀνίσταται πρὸς τὴν θέαν, καὶ πᾶσαν ἡλικίαν ἐγείρει· καὶ πατὴρ παιδὶ παραστὰς καὶ πρεσβύτης νέῳ ἥκει καὶ δείκνυσι, καὶ σκιρτῶσιν ἅμα τῇ θέᾳ. ἴσως μὲν οὖν δόξω μόνος παρὰ τοὺς ἄλλους ἐπὶ τηλικοῦτον ὄγκον πραγμάτων ἰέναι, καὶ τοσοῦτον εἶναί μοι θράσος, ὥστε καὶ θεάτρου μέσος ἀνέστηκα, καὶ τολμῶ τι λέγειν, κἂν ἀπειλῇ τις οὐ παύσομαι. τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· ὅλη δὲ πόλις ἀνθ' ὧν εὖ πάσχει πρὸς ἀμοιβὴν κινεῖται δικαίαν· καὶ καθ' ἕκαστον ἄνδρα λέγειν οὐχ ἱκανὸν ἡγουμένη τὸν χρόνον, κοινῇ πάντες ψήφῳ τῇ τοῦ ῥήτορος ἀρκοῦνται φωνῇ· ὁ γὰρ ὑπὲρ πόλεως προβεβλημένος τῷ λόγῳ, μιᾷ γλώττῃ τὰς ἁπάντων ὑποκρίνεται γνώμας. ἐκ δὲ τούτων θαῤῥεῖν τε ἅμα καὶ δεδιέναι με παραλόγως συμβαίνει· ὅτι μὲν γὰρ τὸ τῶν πραγμάτων, ταπεινὸν οὐδὲν ἐφελκόμενον, εἰς ὕψος ἐπαίρει τὸν λόγον, καὶ τῷ λέγοντι

experta, omni ratione contendens dona exaequare, quaerit, quomodo beneficia repenset gratia referenda, ideo vel maxime te admirans, quod munificentia tua ab iis, in quos eam contulisti, repensari nequeat. Is enim ornatus principe dignus est, una cum hostibus etiam subditos superare, illos armis, hos multitudine bonorum, utrosque virtutibus. Nostra vero urbs, quae, benefactoris imagine posita, ipso praesente fruitur, quemadmodum vehemens amator, conspecto quem diligit, surgit, omnisque aetatis homines excitat, et pater puero et senex iuveni eum ostendit, et omnes simul spectaculo exsultant. Ac fortasse quidem videbor unus praeter ceteros ad tam immensam rerum laudem me convertere, tantaque audacia instigari, ut vel medio ex theatro surrexerim, et recitare quidquam audeam, et quamvis minetur aliquis ab incepto non desistam. Verum hoc non est ita, sed tota urbs ad meritam pro benefactis gratiam referendam movetur; quae cum tempus non sufficere existimet ut pro se quisque dicat, unanimi omnes sententia oratoris voce contenti sunt: is enim ad dicendum pro urbe electus, una voce omnium cogitata exprimit. Inde autem, mira res, simul et bono me animo esse et timere, accidit: quod enim facta, quae nihil humile continent, in sublime attollunt orationem, et dicenti expedita sunt, magnum hoc est et

πρὸς εὐπορίαν καθίσταται, μέγα τοῦτο καὶ λαμπρὸν εἰς εὐτυχίαν ἐμοί· δέδοικα δὲ μὴ τῇ λίαν ὑπερβολῇ καὶ τῷ πλήθει τῶν ὑπαρχόντων καταπλαγεὶς, οὐκ ἔχων ὅ,τι χρήσομαι τοῖς παροῦσιν, εἰς ἀφωνίαν μεταβάλλω τὸν πλοῦτον, καὶ ἀπορούμενος στήσομαι. ὥσπερ ἐν λειμῶνι τερπνῷ καὶ ποικίλην παρεχομένῳ τὴν θέαν, πάντα μὲν εἰς κάλλος ὁρᾶται· ὁ δὲ θεατὴς, πάντων ὁμοίως εὐφραινόντων, οὐκ ἔχων ὅ,τι προτιμήσει καὶ δρέψεται, πάντων ὁμοίως ἀπεχόμενος ἕστηκεν. οὐ μὴν ἀλλὰ, καίπερ τούτων οὕτως ἐχόντων, πάντα τολμῶντες οἱ λόγοι καὶ νῦν ὁμοίως θρασύνονται, καὶ πηδῶσιν ἀτάκτως, καὶ ὥσπερ ὑφ' ἡδονῆς βακχεύοντες πάρεισι, τύχῃ μᾶλλον ἢ γνώμῃ θαῤῥοῦντες, καὶ τῶν μελλόντων οὐδὲν λογιζόμενοι. ὅθεν τολμήσομέν τι καὶ παρὰ δύναμιν, ἀρκοῦσαν εἰς συγγνώμην τὴν προθυμίαν προβεβλημένοι.

β. Σοὶ γὰρ ὥσπερ ἡ τύχη καλῶς τὸ μέλλον μαντευομένη, πρέποντα πάντα παρέσχε τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ· καὶ πρῶτον, ὥσπερ ἔδει, χαρίζεται πατρίδα νικῶσαν τὴν τῶν ἄλλων εὐδαιμονίαν· τὴν γὰρ Ἐπίδαμνον ᾄδουσι μὲν συγγραφεῖς, βοῶσι δὲ καὶ μετ' ἐκείνων αἱ φῆμαι, πόλιν ἐξ ἠπείρου προβεβλημένην εἰς θάλατταν, ὥσπερ ἑκάτερον τῶν στοιχείων οἰκουμένην, καὶ πλεονεκτοῦσαν οἷς φέρειν οἶδε γῆ τε καὶ θάλαττα· πάρεστι γὰρ ἐνταῦθα καὶ νῆσον ἐκ μέρους οἰκεῖν καὶ ἠπειρώτας εἶναι, καὶ τῶν κατ' ἀμφότερα λυπηρῶν ἀφεστάναι,

20. ἑκάιερον cod., ἑκατέρων Villois.

splendidum, meque adiuvat: metuo autem, ne rerum abundantia et multitudine obstupefactus, dicendi materia uti nesciens, non eloqui divitias possim, atque consilii inops appaream. Sicut in prato iucundo et varium spectaculum praebente omnia quidem pulcra sunt aspectu: spectator autem, cum omnia simul delectent, nescius quid praeferat et decerpat, ab omnibus simul abstinens consistit. Sed quamquam res sic se habeat, oratio tamen ad omnia audax fiducia impleta est, et petulanter salit, et prae voluptate bacchatur, fortunaque magis quam consilio confidens, quae futura sunt nihil curat. Qua de causa audebimus aliquid supra vires, quae indulgentia egent, animi studio excusati.

2. Tibi enim Fortuna quasi futura bene prospiciens, omnia dedit quae Imperatorem Romanum decerent. Et primum, ut par erat, donavit patriam, quae aliarum terrarum felicitatem superaret: Epidamnum enim canunt scriptores, et cum illis clamans collandat fama, urbem ex continente proiectam in mare, quasi utrumque elementum habitantem, atque fruentem iis, quae proferunt mare et terra: licet enim ibi et insulam ex parte incolere et in continente vivere, et quae in utroque molesta sunt vitare, quae bona, iis plane

τῷ μὲν θατέρου ψιλῶς ἀπολαύειν· πρόκειται γὰρ ὥσπερ χεῖρα προβαλλομένη τοῖς ἐκ πελάγους, καὶ φιλανθρώπως αὐτοῖς ἀπαντῶσα· καὶ τὸν Ἰόνιόν τις ἐκπλέων προκύπτει τῆς νεὼς, καὶ πρὸς αὐτὴν ἐπιστρέφεται, καὶ ἡδονῇ τῶν ὁρωμένων ἑστιᾶται τὴν θέαν. αὐτόχθων Ἐπίδαμνος ἐντεῦθεν προῆλθε, καὶ τῇ πόλει τὴν ἐπωνυμίαν χαρίζεται, ὕστερον δὲ πρὸς ἔρωτα κινεῖ καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον, καὶ τῇ τῶν Ἑλλήνων ἀποικίᾳ ταύτην ἐκόσμει, οἷα δὴ μάντις τάχα καλῶς τὸ μέλλον εἰδὼς, ὡς δεῖ πάσης γῆς καὶ θαλάττης κοινὸν εὐεργέτην ἐντεῦθεν ἀναφανῆναι. οὐκοῦν εἰ τοὺς Ἀθηναίους αὐτόχθονας ἀκούων τεθαύμακας, πάρεστί σοι μετ' ἐκείνων φιλοτιμεῖσθαι· εἰ τὴν Φαιάκων φιλανθρωπίαν ζηλοῖς, ἐντεῦθεν ἡ πόλις. ἔχει δὲ καὶ Κορινθίων τὸ γένος, καὶ τὴν Σπάρτης φιλοτιμίαν, καὶ πρόγονον Ἡρακλέα, καὶ δι' ἐκείνου τὸν Δία.

natus c. A.C. 438

γ'. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῦ κρείττονος πρῶτα δῶρα δεξάμενος, οὐκ ᾔσχυνας, μὰ Δία, γένος οὕτω λαμπρὸν καὶ διὰ πάντων ᾀδόμενον· ἀλλὰ γὰρ ἀπέκρυψας τοὺς προλαβόντας· καὶ τοὺς ἄλλους νικῶντες ταῖς ἀρεταῖς ἐπὶ σοῦ τὴν ἧτταν μεταμανθάνουσι· καὶ νικῶνται νίκην ἡδίστην, καὶ ἣν ἂν εὔξαιντο πατέρες νικᾶσθαι. ἐκ τοιούτων γὰρ προελθὼν, καὶ τραφεὶς ὥσπερ εἰκὸς τὸν οὕτω τοῖς πᾶσι νενικηκότα, καὶ προϊόντι τῷ χρόνῳ συναύξων τὰς ἀρετὰς, πρέπειν ἡγού-

8. *μέλλον* Villois., *μέλον* cod. 13. *φιλοτιμίαν* Villois., *φιτιμίαν* cod. 18. *νικῶντες* cod., *νικῶν* Villois.

frui. Iacet porro quasi manum porrigens a mari advenientibus, et amice eis obviam facta; et quisquis e mari Ionio navigat, e navi prospiciens se ad eam convertit, et voluptate e rebus, quas videt, animum pascit. Hic e terra Epidamnus ortus est, qui urbi nomen praebuit; postea vero ad eius amorem commovit etiam Apollinem Pythium, Graecorumque colonia urbem ornavit; ut vates fortasse bene providens futura: oportere videlicet eum, qui omnes terras et mare beneficiis ornaturus esset, hic nasci. Si igitur Athenienses tanquam aborigines admiratus es, licet cum illis gloriari; si Phaeacum comitatem diligis, ab iis haec urbs originem habet: tenet etiam Corinthiorum genus, et Spartae honoris cupiditatem, et inter maiores Herculem, et per hunc Iovem.

3. Haec et talia prima dona a numine cum accepisses, non dedecorasti, me Hercule, genus tam splendidum et ab omnibus celebratum, sed offecisti eorum, qui ante fuerunt, lumini: et qui alios virtutibus vincebant, a te superari discunt: et quidem vincuntur victoria suavissima, quomodo patres vinci optent. Talibus igitur prognatus et educatus, ut ei conveniebat qui omnibus rebus tantopere superaret, et cum temporis progressu virtutes augens, decere

Post haec verba, *πατρικιότητος τυχὼν*, p. 43. D., continuanda sunt ea, quae habes p. 74. D.: *καὶ Τατιανὸς μὲν* etc. Hic Tatianus Patricius Occidentalis imp. paulo post Consul fuit.

Post finem huius legationis, p. 76. A., scribe ea, quae edita sunt p. 43. D.: *ὅτι μετὰ τὸν ἐμπρησμὸν*. Quod quidem incendium contigit Basilisco et Hermenerico Coss., anno 464. Natalis Dominici, ut scribit Marcellinus in Chronico. Huius incendii meminit etiam Candidus Isaurus in libro 1. historiae, atque in eo multa ab Aspare utiliter esse ordinata commemorat. Vide Zonaram.

Scribendum videtur: *ὑπὸ τῶν νέων τῶν Ῥωμαίων παρασπονδούμενον*, p. 76. A. Ceterum post haec verba locanda sunt illa, quae habentur pag. 44. A.: *ὅτι Σκύθαι καὶ Γότθοι*, et sic deinceps usque ad finem. V. 138

Pag. 44. C. [161, 11.] Lege *ἀπαγόντων αὐτὸν πολέμων*. Item, *καὶ οὐ συγχωρούντων*. Paulo post lege continua serie *ἐπυνθάνετο ὅ,τι βουλόμενοι* etc., vel simpl. *τί βουλόμενοι*.

Pag. 44. D. [162, 6.] *ὁ Ὀρνιγίσκλου*. Scribendum puto, *Ἀνάγαστος ὁ Ἀρνιγίσκλου*. Hic enim Anagastus Comes ripam Istri tuebatur. De quo plura mox Priscus memorat. Hic etiam Dengesic, regem Hunnorum, tandem devicit, caputque eius Byzantium misit Zenone et Marciano Coss., ut est in Chron. Alexand. et Marcellini Chron. De hoc Anagasto Suidas in *ὑποστάς*. Arnegiscli meminit Marcellinus in Chronico in rebus Theodosii Iunioris, et Iordanes de successione regnorum. P. 210

Hoc igitur ordine haec Prisci Rhetoris fragmenta locanda sunt, scriptoris valde boni et utilis. Cuius elogium apud Suidam sic legi debet: *ἔγραψεν ἱστορίαν Βυζαντικὴν, καὶ τὰ κατὰ Ἀττήλαν* etc. Stephanus Byzantius in voce *Σάλωνα* laudat librum 6. huius historiae. Euagrius quoque in libro 2. hist. Eccl. cap. 1. et 5. Prisci Rhetoris historiam commemorat. Sed in cap. 1. corruptum est eius nomen: *Πατρίσκος* enim exaratur pro *Πρίσκος*; in 5. vero cap., ubi seditio Alexandrinorum describitur post abdicationem Dioscori, scribendum puto: *ἱστορεῖ γοῦν Πρίσκος ὁ Ῥήτωρ, φθῆναι τηνικαῦτα ἐς τὴν Ἀλεξάνδρου ἐκ τῆς τῶν Θηβαίων ἐπαρχίας* etc.

EX MALCHI HISTORIA.

Pag. 91. C. [231, 1.] Hinc inchoandam esse historiam Malchi, et series ipsa temporum docet, et Photius in Bibliotheca:

qui Malchum a 17. Leonis Aug. anno historiam ordiri testatur. Igitur recte ab hoc fragmento incipimus: Ὅτι ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει. Prisci ergo Rhetoris historiam continuaverat Malchus.

Pag. 92. A. [232, 17.] Lege: τῶν ἐπὶ Πετραίαν ὑπὸ Ῥωμαίοις ὄντων Σαρακηνῶν.

Pag. 92. B. [233, 3.] πόῤῥωθεν ὄντι. Optime Cantoclarus vertit *e longinquo*. Sic enim loquitur Tacitus in lib. 1. historiae: *Maiestate salva, cui maior e longinquo reverentia.* Sed et Nero reprehensus est a multis, quod Tiridati Persae interna imperii Romani nudavisset.

Pag. 92. C. [233, 6.] Scribendum videtur: καὶ γὰρ δὴ πολλοῦ κρεῖττον etc.

Pag. 92. C. [233, 13.] καθέδραν αὐτῷ τὴν πρωτοπατρικίων. Cantoclarus quidem legisse videtur τῶν πατρικίων. Sed vulgata lectio tolerari potest: nam πρωτοπατρίκιος erat primus Patriciorum, is videlicet, qui ante alios omnes Patriciatus dignitatem ab Imperatore acceperat. Sic Aspar primus Patriciorum dicitur in Chronico Marcellini, Leone IV. et Probiano Coss.

Pag. 93. B. [235, 8.] εἰς τὴν ἑτέραν γῆν. Haec verba transposita esse videntur, et inferiore linea collocanda hoc modo: καὶ μηδένας ἐξ αὐτῶν ἀποστῆναι θέλοντας εἰς τὴν σφετέραν γῆν τὸν βασιλέα δέχεσθαι. Totus autem locus sic vertendus est: *Theodoricum Magistrum equitum et peditum praesentis militiae constitui, quae dignitas maxima habetur, solumque Gothorum regem esse: neque quemquam eorum, qui a Gothis transfugere vellent, ab Imperatore in regionem suam admitti.* Theodoricum porro Triarii filium hic intelligo, qui sedes in Thracia habebat, ut refertur pag. 80. A. et 88. B.

Pag. 93. D. [236, 3.] Lege: τῶν τε γεγενημένων συνησθησόμενοι τῷ Ζήνωνι, ut Cantoclarus legisse videtur. Paulo post legendum, κατιόντα προσδέχεσθαι, et locus sic vertendus: *Imperatore enim superstite, reliquum esse, ut eum redeuntem excipiant.* Nepotem Augustum intelligit, qui a Romanis expulsus fuerat. Hunc Leo copulata ei nepte sua per Domitianum, clientem suum, in urbe Ravenna Caesarem ordinaverat, ut refert Iordanes in lib. de successione regnorum. Ex quo intelligitur, quod ait Malchus, Nepotis uxorem Verinae cognatione iunctam fuisse.

Pag. 94. B. [237, 1.] καὶ τόν τε κοινὸν τῆς τύχης. Lege καὶ τὸ κοινὸν τῆς τύχης.

Pag. 94. D. [237, 16.] Lege absque ulla distinctione: ἱκανὸν εἶναι συντάξεις τε καὶ μισθὸν ἐπαρκέσαι προχείρως.

Pag. 94. D. [237, 21.] στρατιώτας κελεύσας; melius legetur καλέσας.

Pag. 94. D. [238, 4.] ἅμα τῷ Ἁρματίῳ. Idem narrat

Suidas in voce Ἀρμάτιος. Hic est Armatius Magister militum, qui Basiliscum Augustum prodidit, de quo multa habet Suidas in v. Ἁρμάτιος et Candid. in lib. 3. hist., qui Armatium cum Basilisci Tyranni uxore stupri consuetudinem habuisse scribit: eoque ad maximam potentiam pervenisse, adeo ut filium suum Basiliscum Caesarem videret, ipse belli contra Zenonem administrationem solus habuerit. Ad quem, ab Hillo sollicitatus, tandem defecit. Ceterum ex hoc Malchi fragmento colligitur, Theodoricum, Triarii filium, a Basilisci partibus stetisse. Quod confirmat etiam Suidas in Ἀρμάτος. P. 211

Pag. 95. B. [239, 5.] ὁ Ζήνων ἐβούλετο. Post haec verba collocanda sunt ea, quae habes pag. 78. A.

Pag. 78. B. [245, 7.] καὶ αὐτὸν. Ioannem intelligit Praefectum Praetorio Illyrici. Erat autem Thessalonica sedes Praefectorum Praet. et Metropolis totius Illyrici.

Pag. 78. B. [245, 12.] καὶ οἱ ἐν ταῖς ἀξίαις. Verte *et honorati.* Vide quae notavimus ad lib. 14. Amm. Marcellini, pag. 14.; sic et infra pag. 64.

Pag. 79. B. [246, 9.] ὡς οὐκ ἴδεις, lego ἔδεις, id est: *quod facere non debueras.*

Pag. 80. B. [248, 3.] ὁ δὲ τὸν Βαλαμῆρον. Lege ὁ δὲ Βαλαμῆρον.

Pag. 80. B. C. [248, 10.] Γηρήνης τε μάλιστα ὄντος οἰκειοτάτου. Scribe meo periculo Βηρήνης. Haec erat socrus Zenonis Augusti, soror Basilisci, mulier supra muliebrem modum ambitiosa et cupida dominandi.

Pag. 80. D. [249, 3.] εὖ ἔτι ἄπεστιν, scribe ἕως ἔτι.

Pag. 81. B. [249, 16.] καλοῦντα πρὸς τοὺς Ἡρακλειώτας. Hic locus prava interpunctione corruptus Interpretem in errorem induxit. Sic autem distinguendus est: καλοῦντα, πρὸς τοὺς Ἡρακλειώτας, ἐκλιπόντας μὲν τὴν πόλιν etc., πέμψας ἀπῄτει σῖτον. Heracleam Sinticam intelligit.

Pag. 81. C. [250, 11.] οἱ δὲ κατὰ πολὺ ἐρημίαν. Scribe κατὰ πολλὴν ἠρεμίαν προϊόντες.

Pag. 82. A. B. [251, 11.] καὶ στρατηγὸν ἀποφαίνουσι. Ex hoc loco discere possumus, quo anno Theodoricus Valamer Epidamnum occupavit, et quo cuncta haec acta sunt quae narrantur a Malcho. Nam Sabinianus Magister militum creatus est consulatu tertio Zenonis Augusti, ut scribit Marcellinus in Chronico, qui cum priscis illis exercituum ductoribus comparabilem fuisse dicit.

Pag. 82. B. [251, 16.] μετὰ τοῦ στρατηγοῦ ὁ Εὐούλφου. Scribe: μετὰ τοῦ στρατηγοῦ Ὀνούλφου, ut legitur in Bibliotheca Photii. Hic Onulphus ex infimae sortis barbaro primum Comes, deinde Magister militum Illyrici ab Armato factus fuerat. Idem postea per summam perfidiam Armatum,

a quo tantis beneficiis auctus fuerat, manu sua occidit, ut ex Malcho tradit Suidas in v. *Ἁρμάτιος*. Erat autem Onulphus patria Thuringus, ut docet fragmentum Malchi apud Suidam: *ὁ δὲ Ὀνοῦλφος ἔφυ ἐξ ἐθνῶν κατὰ πατέρα μὲν Θουρίγγων, τῶν δὲ Σκίρων κατὰ τὴν μητέρα.*

Pag. 82. C. [251, 22.] *λέγοντες οὖν αὐτὸν.* Scribendum est *ἄγοντες*. Quod etiam Cantoclarus monuit.

Pag. 82. D. [252, 10.] *περιμεῖναι ἐν Καμπίᾳ.* Scribe *ἐν Σκαμπίᾳ*. Urbs est Epiri non longe a Lychnido. Scampis dicitur in Itinerario Antonini, apud Constantinum Porphyrogennetam in lib. 2. de Thematibus Scampa. Scampina civitas appellatur in exemplari suggestionis Germani et Ioannis Episcoporum ad Hormisdam Papam. In Itinerario Burdigalensi Mausio Scampis dicitur, et 52. millibus passuum distare dicitur a civitate Lychnido. Sic enim scribendum est, non ut est in vulgatis editionibus *Cledo*. Pari modo corruptum est huius civitatis vocabulum apud Constantinum in loco supra citato, *Ἀλήνιδος* enim perperam scribitur pro *Λύχνιδος*.

Pag. 83. C. [253, 21.] *Κλαύδιον τὸν τοῦ Γοτθικοῦ ταμίαν.* Verte *procuratorem stipendii Gothici*. Erat haec dignitas sub Comite largitionum, ut videtur.

Pag. 83. C. [254, 3.] *σὺν ἱππεῦσί τε ἰώνων.* Scribendum est *ἰὼν*, et totus locus ita vertendus: *Ubi cum equitatu et curribus, et reliquo apparatu* (ut mos est) *iter faciens, irruentibus in me hostibus, parum abfuit, quin cum meis funditus interirem.*

Pag. 83. D. [254, 12.] Lege: *μηδέποτε πρὸς αὐτὸν ἄλλως πως ἢ πρὸς πατέρα.* Nihil certius. Et paulo post scribe: *ἐν πρεσβείας ἐλπίδι καταλαβὼν τὰ Ῥωμαίων.*

Pag. 84. D. [256, 8.] *περὶ τούτων πεῖθεσθαι*, scribendum puto *πυθέσθαι*. Et mox lege *καὶ αὐτὸς ἐπιμενεῖν.*

Pag. 85. A. [256, 14.] *κατιάσειν ἀπὸ τῆς Κανδαμείας.* Lege *Κανδαβίας*. Mons est in Illyrico, in via Egnatia, quae ab Epidamno incipit, unde Gothi veniebant. Vide Strabonem lib. 7. Montes Candaviae vocat Plinius lib. 3. ab Epidamno
P. 212 79. millibus passuum distantes, et Ptolemaeus Haliacmonem fluvium *ἀπὸ τῶν Κανδαουίων ὀρέων* oriri scribit. Sic enim lego, non *χαναλουίων.*

V. 139 *Pag.* 86. C. [259, 12.] *ἐκπέμπει Πελάγιον.* Hic est Pelagius Patricius, quem Zeno interfici iussit, eo quod scelera ipsius summa cum libertate reprehenderet. De laudibus eius multa referuntur a Cedreno et Zonara et in Chronico Alexandrino. Occisus est Faustino et Longino Coss., ut refert Marcellinus.

Pag. 86. D. [260, 4.] *ὁ μὲν Θευδέριχος οὕτως ἀπεχώρησε.* Contigit id Placido solo Consule, quemadmodum testatur Marcellinus in Chronico: *Theodoricus, Triarii filius, rex Gothorum, adscitis suis usque ad Anaplum quarto urbis milliario ad-*

venit: nulli tamen Romanorum noxius, continuo reversus est. Venerat autem Theodoricus usque ad Anaplum, audita seditione Marciani, ratus oblatam sibi esse opportunitatem urbis invadendae. Et causam quidem adventus sui prae se ferebat, ut Zenoni opem ferret, sed revera, ut Constantinopolim praedaretur, advenerat, ut Malchus in hoc loco docet. Porro hanc seditionem Marciani et Procopii, qui Anthemii Augusti filii erant, luculente describit Candidus Isaurus in Bibl. Photii, et Euagrius in lib. 3.

Pag. 87. B. [260, 16.] Σευῆρον. Huius legationis Severi Patricii ad Genserichum, regem Wandalorum, meminit etiam Victor Uticensis in lib. 1. de persecutione Wandalorum, sub fin.

Pag. 87. D. [262, 1.] Ἡρακλείου τοῦ στρατηγοῦ. Huius Heraclii Magistri militum elogium exstat apud Suidam in v. Ἡράκλειος, ex historia Malchi procul dubio descriptum. Eiusdem Heraclii meminit etiam Priscus p. 46. C.

Εἰς αὐτὸν ἐτηρεῖτο, 88. B. Post haec verba locanda sunt ea, quae habes 95. C.: ὅτι τῷ αὐτῷ ἔτει.

Pag. 95. C. [239, 7.] Ἀλέξανδρος ἦγεν ὁ τῆς Ἀλυαρίου γυναικὸς ἐπίτροπος. Scribe meo periculo ὁ τῆς Ὀλυβρίου. Haec Placidia Nobilissima dicebatur. Hanc Gensericus rogatu Leonis Augusti una cum Eudoxia matre, Valentiniani Placidi vidua, Constantinopolim remiserat, ut scribit Procopius in lib. 1. Wandalicorum, et Priscus in fine historiae. De Alexandro autem Procuratore Placidiae loquitur Victor Uticensis in lib. 2. de persecutione Wandalorum, qui hanc historiam valde illustrat.

Pag. 95. D. [239, 17.] Lege τὰς σπονδὰς ἐμπεδώσειν. Et paulo post scribo: ἦν δὲ τοῦτο πρόσχημα εὐπρεπὲς, et locum sic interpretor: *Et haec quidem in speciem dicebantur. Nam revera omnem belli suspicionem Wandali formidabant.*

Pag. 96. A. [240, 5.] ἢ ὡς ἂν ἄλλοις βουλεύσαιντο. Scribe ἄλλοι. Sensum horum verborum non est assecutus Interpres. Hoc enim sibi vult Malchus, Gensericum regem classem semper ad omnes casus paratam habuisse, adeo ut celerius consilia sua exsecutioni mandare solitus esset, quam alii consultare solent.

Pag. 96. A. [240, 8.] τῶν πριβάτων κόμητα. Post haec verba locanda sunt ea, quae habes pag. 88. C.: ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ etc.

Pag. 88. D. [263, 13.] ὅτι τὸν υἱόν. Scribe ὅτι οὔτε τὸν υἱόν. Et paulo post scribe σφόδρα συστελλομένῳ.

Pag. 89. B. [264, 20.] πρὸς ταῖς πύλαις τοῦ Αἵμου. Succorum angustias intelligit, quas describit Amm. Marcellinus, ubi vide quae annotavi.

Pag. 89. C. [265, 2.] πρὸς τῷ Εὔρῳ. Scribendum est Ἕβρῳ, id est, ad Hebrum flumen.

Pag. 89. D. [265, 11.] *δι' ἐρημίας*. Scribendum videtur *δι' ἠρεμίας*.

Pag. 89. D. [265, 12.] *εἰς τοὺς περὶ Σόνδιν παρ. χώρους*. Scribendum puto *περὶ Σοῦκιν*. *Σούκους* enim procul dubio intelligit Malchus. Philostorgius *Σούκεις* appellat.

Pag. 90. A. [266, 2.] *τὴν τοῦ λόγου, καὶ εἰς μίαν ἀποφέρονται νίκην*. Hunc locum egregie mihi videor restituisse. Scribo enim: *τὴν τοῦ λόγου Καδμείαν ἀποφέρονται νίκην*. Proverbium est pervulgatum apud Graecos *Καδμεία νίκη*, de victoria victoribus simul ac victis funesta et exitiosa.

Pag. 90. A. [266, 4.] *παρέσεσθαι καὶ αὐτῷ*. Lege *παρέσεσθαί τε αὐτοὶ καὶ κοινῇ συστρατεύειν*. Paulo post lege: *ᾧ προέδωκας γένει*, ut legisse videtur Interpres.

Pag. 90. D. [267, 10.] *πρέσβεις ἐπὶ τὸ Βυζάντιον*. Post
P. 213 haec verba dubium non est quin locanda sint ea, quae habentur pag. 96. A.: *ὅτι συνθήκας* etc., ut eadem verba utrobique demonstrant.

Pag. 96. B. [240, 17.] *οὓς δομεστίκους καλοῦσι Ῥωμαῖοι*. Hunc Malchi locum explanavi in Annotationibus ad librum 15. Amm. Marcellini p. 85.

Pag. 96. B. [240, 18.] *εἰ μὴ ταῦτα ποιουμένων*. Scribendum omnino est: *ἤ, μὴ ταῦτα* etc.

Pag. 96. B. [240, 20.] *τῷ μὴ ὅθεν δύναιντο*. Deest aliquod verbum huiusmodi, *τῷ μὴ ἔχειν ὅθεν* etc., et pro *δι' ἁρπαγῆς* videtur legendum esse *χωρὶς ἁρπαγῆς*.

Pag. 97. B. [242, 15.] *εἰς χεῖράς τε ἔχοντες*. Lege *οἱ χεῖρας* etc. De Zenonis Imp. ignavia iam locutus est Malchus p. 87. A. et B., cui assentitur etiam Damascius in vita Isidori Philosophi his verbis: *δειλὸς δὲ ὢν ὁ Ζήνων φύσει*.

Pag. 97. B. [243, 5.] *ὃς τῆς παρούσης λύμης ἀντικτᾶσθαι*. Scribe *τῆς παρ. λύμης ἀνακτᾶσθαι*. Ceterum post hoc fragmentum sequi debent ea, quae habentur p. 90. D.: *ὅτι Ζήνων ἐπεὶ διέλυσε*: quod quidem nemini dubium esse potest.

Pag. 90. D. [267, 15.] *καὶ κατατεινάμενος*. Legendum puto *κατασινάμενος*.

Pag. 91. A. [267, 21.] *ὧν οὐδὲν φθειρομένων*. Scribendum videtur: *ὧν ὧδε φθειρομένων Ζήνωνά τε καὶ Βηρίναν*.

Pag. 91. A. [268, 3.] *Δυοῖν δὲ αὐτὸν σχολῶν προβ. ἄρχοντα*. Verte: *duarum scholarum comitem fieri*. Comes scholariorum memoratur in Chronico Marcellini in rebus Anastasii Augusti.

Pag. 91. B. [268, 5.] *τὴν ἑτέραν τῶν δύο στρατηγῶν τῶν περὶ βασιλέα*, id est, *et Magister praesentis militiae fieret, sive equitum, sive peditum*. De Theodorico, Triarii filio, loquitur et Malchus, quem fere Theodoricum simpliciter appel-

lat: alterum vero τὸν Βαλαμήρου solet nominare. Haec autem gesta videntur Severino et Trocundo Coss., anno Natalis Dominici 482., quo anno idem Theodoricus, Triarii filius, interiit. Quamquam Marcellinus in Chronico mortem illius confert in annum praecedentem.

Porro fragmenta ex historia Malchi praeter haec, quae superius indicavi, exstant apud Suidam in v. ἀμοιβαία, et in v. Ἐρύθριος, et in v. Ζήνων, et in Παμπρέπιος, et in v. σύνταξις, et in v. ὑπολαβών.

EX HISTORIA MENANDRI.

Pag. 132. A. [344, 1.] ὅτι ἐπειδή. Hinc incipere debent Excerpta legationum e Menandri Protectoris historia. Nam cum Menander historiam Agathiae continuaverit, ut ipsemet testatur in prooemio historiae suae apud Suidam, in primo operis libro res gestas Iustiniani usque ad eius obitum retulerit necesse est, exorsus ab anno 33. eiusdem Iustiniani. Etenim Agathias in 32. illius anno desierat, in victoria scilicet Belisarii de Zabergane et Cutriguris. Quam quidem eo anno contigisse testantur Theophanes ac Cedrenus, et Auctor historiae Miscellae. Male ergo Victor Tununensis id refert anno 35. Imperatoris Iustiniani, post consulatum Basilii anno 20.; qui et in eo fallitur, quod eos Hunnos Bulgaros appellat. Sclavini in historia Miscella dicuntur maiori adhuc errore.

Pag. 133. A. [345, 17.] ὅτι Ἄμμιγος. Hic Amingus dicitur a Paulo lib. 2. historiae Longobardorum: *Amingus vero dum Widino, Gothorum Comiti, contra Narsetem rebellare paranti auxilio esse non dubitat, victus Narsetis gladio perimitur, Widinus captus Byzantium mittitur.* Sic etiam nominatur ab Aimonio in lib. 2. hist. Franc. et ab Hermanno Contracto in Chronico, quod editum est a Canisio. In Appendice vero Marcellini Comitis, ex qua Hermannus haec desumpsit, *omnirugus* perperam exaratur, annusque, quo a Narsete devictus est, male designatur, cum haec clades anno 33. Iustiniani, ut minimum, contigerit.

Pag. 133. B. [346, 3.] ὡς οὐκ ἐνδώσοι. Male haec verba vertit Interpres. Vide Collectanea veterum historicorum de Francis, quae ab Andrea du Chesne olim sunt edita in tomo 1. rerum Francicarum, ubi hunc locum et alios quosdam interpretati sumus.

Pag. 133. C. [346, 11.] στέλλει Πέτρον, ὃς τῶν κατὰ τὴν αὐλὴν ταγμάτων ἡγεῖτο. Verte: *Petrum Magistrum officiorum.* Sic enim Graeci eam dignitatem designare solent, ut notavi ad librum 26. Ammiani Marcellini, p. 318. Sane Menander P. 214

hunc Petrum infra *μάγιστρον* appellat, eumque omni genere doctrinae et praecipue iuris scientia instructum fuisse testatur, eiusque meminit p. 140. B.: *Πέτρος ὁ τῶν περὶ βασιλέα καταλόγων ἡγεμών*. Hic est Petrus Patricius et Magister, de quo multa annotavi in Excerpta ex eius historia. Vide et paginam 149. C.

Pag. 133. C. [346, 14.] *ὡς πάρεστιν ἐπιχρυχευσάμενος*. Apparet legendum esse *ἐπιχηρυχευσάμενος*, quod non monerem, nisi Cantoclarum in huius loci emendatione frustra aestuasse ex illius notis deprehendissem.

Pag. 133. C. [346, 18.] *Ἰεσδεγουσνάφ*. Sic etiam appellatur infra p. 137. B. et 140. B. Is est omnino, qui a Procopio Isdigonnas dicitur, qui bis legatus a Chosroë Byzantium venit. Zich vocatur ab Agathia in fin. lib. 4. ab officii, quod apud Persas gerebat, nomine.

Pag. 136. C. [352, 7.] *ἐνομάδι δεκαετίας*. Lege absque ulla dubitatione *ἐν ὁμάδι*. Idem enim est ac illud, quod supra dixerat, *ἐν ἑνὶ ξυναθροισμῷ*. Nam cum Persae pro ferienda pace annuum tributum sibi a Romanis pendi vellent, Romani tandem assenserunt, ut quotannis quingenta auri centenaria penderent, ac decennii tributum duabus pen-
V. 140 sionibus praestaretur. At Persae decennii tributum unica pensione in antecessum sibi solvi cupiebant.

Pag. 136. C. [352, 8.] *ἔνια τῶν ἑπτά*. Scribe *ἐνιαυτῶν*, quemadmodum legisse videtur Interpres.

Pag. 137. D. [354, 22.] *οἱ ἐκεῖνοι βάρβαροι*. Lege *οἱ ἐκείνῃ βάρβαροι*.

Pag. 139. A. [357, 7.] *Ἐξισάτῳ καὶ τοῖς ἑτέροις ἡγεμόσιν*. Hic Exisatus supra *Δείτατος* vocatus est, unus e ducibus Romanorum in Suania. At Interpres nomen proprium esse haudquaquam putavit.

Pag. 140. C. [359, 21.] *τοῦ λεγομένου Χορουτζόν*. Procopius *Τζοὺρ* nominat. Scribit enim in lib. 6. Goth., Caucasum montem qua in ortum et meridiem vergit, in duas angustias desinere, quarum altera *Tzur* appellatur, altera *Caspiae portae*, et per has fauces Hunnorum gentes in Romanorum et Persarum ditionem irrumpere. Itaque haec castella diligenter servabantur a Persis, et Romani ad eorum custodiam sumptus et stipendia conferebant, teste Theophylacto in l. 3. cap. 9. et historia Misc. lib. 16., quod quidem iam inde a Leonis Aug. temporibus postulasse Persas ait Priscus pag. 43.

Pag. 144. A. [366, 15.] *οἴοιτο ἀδικεῖσθαι*. Addenda videtur particula negativa, hoc modo, *οἴοιτο οὐκ ἀδικεῖσθαι*.

Pag. 146. A. [370, 18.] *Σκένδεις καὶ Σάραπα*. Procop. in lib. 4. Goth. pag. 339. *Σκάνδα καὶ Σεραπανὶς* vocat.

Pag. 146. B. [371, 2.] *τοῦ καθ' ἡμᾶς δούλου ὁ δοῦλος*.

Totus hic locus pessime acceptus est ab Interprete, quem ego sic interpretor: *Petrus contra respondit: Id quidem minime contigit, propterea quod Suani a nobis non defecerant, cum Lazi nobis servirent. Hoc igitur affirmo, servos servorum nostrorum minime a nobis defecisse.*

Pag. 147. C. [373, 13.] ὅμως δ' οὖν ἐπίστατο Πέρσαις. Scribe ἐσπείσατο. Haec legatio Petri Patricii foedusque Romanorum cum Persis contigisse videtur anno 36. Iustiniani, ut ex ipso Menandro colligere est: qui p. 145. et 146. scribit, decem annos tunc praeteriisse, ex quo Chosroës Suaniam occupaverat. Suaniam porro ceperant Persae anno 6. post foedus quinquennale initum cum Persis, ut docet Procopius in lib. 4. Goth., id est anno 26. Iustiniani: quippe foedus illud quinquennale cum Persis initum fuerat anno 20. Iustiniani, quemadmodum testatur Marcellinus in Chronico.

Pag. 147. C. [373, 17.] κατέλυσε τὸν βίον. Post haec verba collocanda sunt ea, quae habentur pag. 99. in tit. περὶ Ἀβάρων etc.

Pag. 100. A. [283, 2.] ὁ γὰρ ἔσφριγα οἱ τὸ σῶμα. Scribe: ὁ Κανδὶχ, αὐτίκα (οὐ γὰρ ἐσφρίγα etc. et post vocem ῥαθυμότερον claudenda est parenthesis). Idem de Iustiniano scribit Agathias in libro 5., illum scilicet, qui olim bellicosissimus fuerat, et qui Africam atque Italiam subegerat, ingravescente aetate paulatim emollitum fuisse: adeo ut bellicos labores formidare videretur. Proinde id potius studebat, ut barbaros inter se committeret, donisque interdum pacem redimeret. Quamobrem legiones imminui ac delabi patienter ferebat, perinde ac si nulli deinceps usui futurae essent. Nam cum universae imperii Romani copiae 645. militum millibus constare debuissent, aegre tum temporis 150. millibus constabant. Ita valde accisae et imminutae erant Romanorum copiae Principis negligentia, qua mox ipsi Praefecti Praetorio abusi ad quaestus proprios, partim stipendio militem fraudabant, partim serius persolvebant. Haec Agathias. P. 215

Pag. 100. B. [283, 11.] οὐ γὰρ πολλῷ ὕστερον. Haec prima legatio Avarum Constantinopolim introisse dicitur anno 30. Iustiniani in libro 16. historiae Miscellae. Iustinianus autem e vita decessit anno 40. imperii. Sed in historia Miscella annum huius legationis Avaricae male assignari existimo: quare potius assentior Victori Tunnensi, qui id refert anno 36. Iustiniani; *eodem anno*, inquit, *Iustinianus Princeps legatos Abarorum, unde venerant, facit* (sic). Quae tamen verba referenda potius sunt ad secundam Abarum legationem, de qua Menander pag. 101. A.

Pag. 100. B. [283, 19.] τῶν βασιλικῶν μαγιροφόρων. Menander initio libri 8. de eodem Valentino loquens, εἰς δὲ

οὗτος τῶν βασιλείων ξιφηφόρων. *Spatharii* a Latinis dicuntur, quos sic describit Corippus in lib. 3.:

Armiger interea domini vestigia lustrans
Eminet excelsus super omnia vertice Narses.

Pag. 100. C. [284, 3.] Οὐϊγούροις, εἶτα Ζάλοις. Pag. 109. B. Οὐϊγοῦροι dicuntur Turcis vicini.

Pag. 100. C. [284, 5.] ὅτι ἐπεὶ οἱ ἄρχοντες τῶν. Scribe meo periculo οἱ ἄρχοντες Ἀντῶν. Et paulo post, ubi legitur πιεζόμενοι δ' οὖν ταῖς τῶν πολ. ἐπιδρομαῖς οἴονται, lege ἐπιδρομαῖς οἱ Ἄνται. Nec multo post emendo: περιβέβληται δύναμιν ἐν Ἄνταις; deinde in eodem capite scribe: ἔτεμνον τὴν γῆν τῶν Ἀντῶν, quod quidem miror ab Interprete non animadversum fuisse. De Antis vide Procopium et Iordanem.

Pag. 101. D. [286, 21.] Lege ἐγκαθειργμένοι εἶεν. Quae deinde sequuntur, sunt ex libro 2. historiarum Menandri, de legatis Avarum, qui imperante Iustino Byzantium venere, ut solemnia munera, quae a Iustiniano ipsis dari consueverant, ab Iustino quoque acciperent; fascias scilicet auro variegatas; σειρὰς et χαλώδια vocat Menander. Iis autem fasciis seu prandeis Abares comam vinciebant, ut docet historia Miscella lib. 16., unde Corippus in lib. 1. dicit:

—— *colubrimodis Abarum gens nexa capillis.*

Porro haec legatio Avarum introducta est die 7. post inaugurationem Iustini Iunioris, teste Corippo in lib. 3.:

Septima lux aderat.

et mox,

Legatos Avarum iussos intrare Magister
Ante fores sacras divinae nuntiat Aulae,
Orantes sese vestigia sacra videre
Clementis domini: quos voce et mente benigna
Imperat acciri.

Reliqua Corippi narratio cum Menandri historia prorsus congruit.

Pag. 103. C. [290, 1.] ἐς τὴν τῶν Φράγγων χώραν. Abares post mortem Clotharii in Thuringiam irruperunt, et cum Sigisberto bellum gessere, ut scribit Paulus in hist. Longobardorum lib. 2. cap. 10. et Gregorius Turonensis lib. 4., quod notandum est contigisse anno primo Iustini Iunioris. Male ergo Hermannus Contractus anno 561. id refert quinquennio ante Iustiniani mortem.

Pag. 103. C. [290, 2.] ἀπολογίαν θαυμάσαντες. Post haec verba sequi debet legatio Iustini ad Persas, quae refertur pag. 148. A., quod quidem manifeste convincitur ex illis verbis, quae ibi leguntur sub initium: παρενεγγύησε δέ μοι [scribe οἱ,] ἐκ μὲν τοῦ ἐμφανοῦς ἀνακήρυξιν ποιήσασθαι τῆς αὐτοῦ ἐπὶ τὴν

βασιλείαν ἀναγορεύσεως. Solebant enim tunc temporis Imperatores Romani, simul atque imperium adepti fuerant, id Persarum regi per legatos nuntiare, ut Theophylactus etiam te- P. 216
statur. Quam consuetudinem Iustinus quoque servare voluit in exordio imperii.

Pag. 148. C. [374, 10.] *τῷ μὴ διὰ τοὺς ἐπιτιθεμένους*. Scribe: *δι' αὐτῆς*, supple *Σουανίας*.

Pag. 149. B. [375, 6.] *μυριάδες ταῦτα*. Scribe: *μυρία δὲ ταῦτα*.

Pag. 149. B. [375, 11.] *ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ἐμβριθὴς τε ὤν*. Scribe *Ἰουστῖνος*, quod confirmat etiam Suidas, qui locum Menandri profert ex pag. 151. B.

Pag. 150. B. [377, 6.] *ὑπερειδόμενος γάρ*. Scribe *ὑπερηδόμενος*. Et mox pro *εἴπερ ἀκουσίως* lege *ἧπερ*.

Pag. 151. B. [379, 5.] *ὅπως ὅσοι τό γε αὐτῷ ἐς δικαιολογίαν*. Dubium non est, quin Menander scripserit: *ὅπως ἔσοιτό γε αὐτῷ*, id est, *ut aliquem inde praetextum haberet, tanquam Suanis Romano imperio parere nolentibus. Tametsi ad eam rem incitarentur.* Et sic corrigenda est Cantoclari interpretatio.

Pag. 151. D. [380, 3.] *εὖ διαθείη*. Post hanc legationem recurrendum est ad pag. 103. C.: *ὅτι ἠγγέλθη Ἰουστίνῳ*. Haec enim omnia inter se connecti manifestum est.

Pag. 103. D. [290, 13.] *τῷ ἅμα Ἰωάννῃ γενομένῳ*. Scribendum puto: *τῶν ἅμα Ἰωάννῃ γενομένων ἐνὶ κατὰ δὴ τὴν Περσῶν πρότου*, id est, *litterae Timotheo traditae sunt, uni ex iis, qui Ioannem in legatione Persica comitati fuerant.*

Pag. 104. D. [292, 4.] *πρεσβείαν, διαλεχθησομένους*. Frustra huic loco Hoeschelius asteriscum affixit. Usitata enim est locutio tam apud Graecos, quam apud Latinos: quae figura *πρὸς τὸ σημαινόμενον* dicitur.

Pag. 105. C. [293, 14.] *οὐχ ὅσιον ἔφασκεν εἶναι μετὰ ὅσα*. Scribendum est: *μὴ τὰ ὅσα* etc., ut videtur legisse Cantoclarus.

Pag. 106. B. [295, 1.] *εἰ Σαρακηνῶν ἔθνη καὶ ταῦτα Νομάδων*. Leg. *εἰ Σαρακηνῶν ἔθνει τούτῳ καὶ Νομάδων*, id est, *Saracenorum et Nomadum genti*. Vox *τούτῳ* non mediocrem habet emphasin. *Μίξει τῶν αἱρετικῶν φαρμάκων*, leg. *τῶν ἀναιρετικῶν*.

Pag. 108. C. [299, 6.] *ἅρα κατὰ κώμης*. Scribe, *κώμας*. Paulo post lego: *ἀναδιδάξατε, ὅση τῶν Ἀβάρων πληθὺς τῆς τῶν Τούρκων ἀφηνίασεν ἐπικρατείας*. Qua quidem emendatione nihil certius.

Pag. 108. D. [300, 3.] *ἐφοίτησαν πολιτείᾳ*. Post hanc Turcorum legationem, quae incunte anno quarto Imperatoris Iustini Constantinopolim ingressa est, ut testatur Menander pag. 106. C., proxime sequi debet Iustini legatio ad Turcos,

quam habes pag. 151. D., cuius quidem legationis princeps fuit Zemarchus. De cuius ad Turcos legatione vide Theophanem Byzantium in Bibliotheca Photii cap. 64.

Pag. 151. D. [380, 4.] *Σαχῶν καλουμένων τὸ πάλαι.* Theophanes Byzantius Turcos a veteribus Massagetas esse nominatos scribit: a Persis vero Kermichionas dici.

V. 141 *Pag.* 151. D. [380, 11.] *τῷ δευτέρῳ ἐνιαυτῷ τῆς πεντεκαιδεκαετηρίδος περιφορᾶς.* Vertendum erat *Indictione secunda.* Hoc enim significant haec Menandri verba: quanquam Graeci frequentius *ἐπινέμησιν* vocant, quam Latini dicunt indictionem. Ceterum valde notandus est hic locus, qui insignes continet temporum characteres. Ait enim Menander Zemarchum, cui legatio Turcica ab Imperatore mandata fuerat, profectum fuisse Byzantio sub initium mensis Augusti, affecto iam anno quarto Imperatoris Iustini, indictione secunda: sed pro *δευτέρῳ* legendum est *τρίτῳ.* [Fallitur Val. N.] Nam Iustinus indictione quindecima imperium inierat, die quindecima mensis Novembris. Itaque tunc cum Zemarchus profectus est, indictio tertia paene ad exitum pervenerat, et Kalendis Septembris proximis inchoanda erat indictio quarta. Ex hoc etiam loco coniicere est, Menandrum annos Imperatorum et indictionis tempora signare solitum esse. Quod utinam a Procopio et Agathia praestitum fuisset.

Pag. 152. B. [381, 3.] *ὅσα ἑάττα ῥήματα.* Scribe *ὅσα ἅττα ῥήματα.*

Pag. 152. D. [382, 8.] *ἕξετε δὲ τὴν καθ' ἡμᾶς.* Supple *πολιτείαν.* Sic supra locutus est Menander, pag. 108. D. de legatione Turcorum: *καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς οὐχὶ ἄλλως ἐφοίτησαν πολιτείᾳ.*

P. 217 *Pag.* 153. D. [384, 9.] *τὸν νόμον τῆς σιωπῆς.* De silentio Persarum in conviviis vide quae notavi ad librum 23. Ammiani Marcellini, pag. 277.

Pag. 154. B. [385, 1.] Lege *τὸ πατρῷον διαδεξάμενος γέρας.* Et paulo post: *οἶμαι δὲ τὸ*, scribe *τῷ*, id est: *hanc autem dignitatem paternam, ut equidem iudico, a Dizabulo obtinuerat eo, quod pater eius Maniach Dizabulo carissimus et fidelissimus fuisset.*

Pag. 154. C. [385, 9.] *διὰ φρουρίων ἐπορεύοντο.* Post finem huius legationis sequi debent ea, quae leguntur pag. 108. D.: *ὅτι διαθρυλληθὲν* etc.

Pag. 109. A. [300, 16.] *ὃς ἀνεῖτο ἐς τὴν τῶν ἐπιτομωτέρων συλλαβὼν ἀπαγγελίαν.* Scribe *συλλαβῶν.* Sic enim Menander epistolas vocare solet. His autem verbis Veredarium designat, qui praemissus erat, ut veloci equorum permutatione reditum Zemarchi Iustino nuntiaret.

Pag. 110. B. [302, 21.] *ὅτι Ἀβάρων καὶ Φράγκων.* De

pace inter Sigibertum, regem Francorum, et Chaganum, Avarum principem, facta vide Gregorium Turonensem in libro quarto cap. 23. Ceterum notabis obiter Menandri religionem, qui Sigiberto *βασιλέως* vocabulum non tribuat, uti nec ceteris barbaris: timebant enim Romani, ne imperatoriam maiestatem laederent, si *βασιλέως* vocabulum barbarorum regibus communicarent, solisque Persarum regibus illud tribuere solebant: quos etiam Latini Persarum Imperatores vocabant, ut patet ex Chronico Abbatis Biclariensis.

Pag. 110. C. [303, 13.] *τῶν Ῥωμαίων συμμαχούντων τοῖς Γήπαισιν.* Cum Gepidae a Longobardis gravissima clade affecti fuissent, ad Iustinum Imperatorem confugerant, qui Baduarium generum eis auxilio misit, ut scribit Theophylactus in l. 6. cap. 10. De hoc Baduario loquitur Corippus in l. 3.:

Dispositorque novus sacrae Baduarius aulae,
Successor soceri, factus mox Curopalates.

Idem postea proelio victus a Longobardis, obiit in Italia, anno decimo Iustini Imperatoris, ut scribit Abbas Biclariensis in Chronico.

Pag. 110. D. [303, 17.] *τὰς Ἰουστινιανοῦ τοῦ μὴ παραδέλφου σπονδάς.* Scribe *τοῦ μητραδέλφου.* Etenim Iustinianus Imperator avunculus erat Iustini, frater Vigilantiae, quam Iustinus matrem habuit, teste Corippo et Victore Tununensi.

Pag. 114. A. [310, 8.] *ὅτι αὖθις ἦλθε Ταργίτιος.* Haec legatio plenius refertur in p. 154. C. et seqq., quae hic locum habere debet. Porro ex huiusmodi repetitione satis apparet horum fragmentorum duas fuisse collectiones. Proinde nemo mirari debet, qua ratione fieri potuerit, ut haec fragmenta adeo confusa sint et perturbata.

Pag. 115. D. [313, 16.] *στέλλει Σεβόχθην.* Post hanc legationem Sebochthis quae sequuntur usque ad *πολὺν ἀπεργάζονται φόνον*, Menandri non sunt, sed Theophylacti Simocattae verba ex libro 1. cap. 3., quin et illa *ἐκ τῆς β' βίβλου* ad Menandrum non pertinent, sed ad Theophylacti historiam, ex qua legationes quoque Constantinus excerpserat, ut titulus docet, seu procemium horum Excerptorum.

Pag. 119. A. [317, 14.] Post haec verba, *ἐκ τῆς βασιλίδος*, sequi debent ea, quae habes pag. 156. D. ex lib. 6. historiarum Menandri, *ὅτι ἡ βασιλὶς Σοφία*, usque ad illa verba: *ἦρος ἀρχομένου συνέστη πόλεμος*, quae leguntur pag. 158. A., ac deinde scribe quae habentur pag. 165. D.: *ὅτι ἡνίκα Τραϊανὸς*, usque ad finem capitis: quo transcurso, redeundum est ad pag. 158. A., ubi legitur *ὅτι ὁ Τιβέριος Καῖσαρ* etc.

Pag. 119. B. [318, 5.] ὡς ὁ Ἀβεὶρ ἀπέστη. Lege ὁ Σαβεὶρ, id est Sabirorum regulus. Paulo ante non intellexit Interpres haec verba: χάριν εἰδέναι τῷ κρείττονι, id est, *grates agebant Deo.* Graeci enim Deum appellant τὸ κρεῖττον.

Pag. 160. D. [397, 17.] ἀφῆκε τὴν Θεοδοσιούπολιν. Post haec verba sequi debent ea, quae habes pag. 119. C.: ὅτι τῶν στρατηγῶν.

Pag. 120. A. [319, 8.] Θεόδωρος ὁ Πέτρου, ὃς τῶν ἐν τῇ αὐλῇ καταλόγων etc. Hic locus sic vertendus est: *Theodorus, Petri filius, qui prius quidem Magister Officiorum fue-*
P. 218 *rat, tum vero Comes erat largitionum.* Quod confirmat Theophylactus in lib. 3. cap. 15., ubi de hac legatione loquens, ait: Θεόδωρόν τε τῇ μαγιστερίᾳ ἀρχῇ τιμώμενον. Corippus in lib. 1. huius Theodori meminit:

Successorque boni redivivaque gloria Petri
Hinc Theodorus adest patria gravitate Magister.

De eodem loquitur historia Miscella in fine libri 16. Erat hic filius Petri illius Patricii ac Magistri, de quo toties locuti sumus. Iisdem temporibus fuit alter Theodorus, Bacchi filius, cuius supra meminit Menander.

Pag. 120. A. [319, 15.] Κωνσταντίναν. Id est *Constantinam, urbem Mesopotamiae*, de qua Procopius et Stephanus et Amm. Marcellinus.

Pag. 120. B. [319, 18.] Μεβώδην τὸν Σανναχοερύγαν. Theophylactus in lib. 3. cap. 15., ubi hanc historiam persequitur, Σαρναχοργάνην nominat.

Pag. 120. D. [321, 2.] καὶ οὐ τὸ τοιόνδε σιγηθῆναι. Locus prava interpunctione corruptus Interpretem fefellit. Sic enim erat distinguendus: τίς αἴτιος καὶ οὔ, τὸ τοιόνδε etc., id est, *tandem legati eo devenerunt, ut de violatis induciis utri auctores violandi foederis, utri minime auctores fuissent, et huiusmodi omnia silentio involverentur.*

Pag. 121. A. [321, 8.] ἀποχωρῆσαι περὶ Ἀρμενίας τε καὶ Ἰβηρίας. Scribe Περσαρμενίας. Has enim regiones occupaverant Romani, ut scribit Abbas Biclariensis in Chronico anno 1. imperii Iustini: *Armeniorum gens et Iberorum, dum a Cosdra, Persarum Imperatore, ad cultum idolorum compelluntur, renuentes tam impiam iussionem, Romanis se cum suis provinciis tradiderunt. Quae res inter Romanos et Persas pacis foedera rupit.* Verum haec deditio Armeniorum non anno primo Iustini, sed sexto videtur contigisse. Septimo enim Iustini Imperatoris anno pax inter Romanos et Persas dissoluta est, ut scribit Theophylactus in libro tertio cap. 9., Theophanes et historia Miscella. Vide Euagrium in libro quinto cap. 7.

Pag. 121. D. [322, 13.] οὐδέ γε ἢ τελέως κατολισθήσοι. Scribe εἰ τελέως, quomodo saepe peccatum est in his libris.

Pag. 121. D. [322, 15.] γενεάρχας Περσαρμενίων. Sic etiam pag. 167. C. appellantur. Euagrius in libro 5. ἄρχοντας simpliciter appellat. Plerique barbarorum in tribus et gentes erant divisi, ac singulae tribus suum habebant principem. Sic Priscus p. 55. A. de Scythicis gentibus: πολλῶν κατὰ φῦλα καὶ γένη ἀρχόντων τοῦ ἔθνους. Ita tamen ut unus ex iis principem locum obtineret. Apud Malchum quoque p. 91. D. Amorcesus quidam dicitur τοῦ Νοκαλίου γένους.

Pag. 123. B. C. [325, 18.] Μοίρας τινὸς ὡς τὸν παρασχόμενον ἄνδρα μούσης. Scribe meo periculo ἀναδραμούσης, id est, *pactum non esse, ut alterutri parti liceret, restituta integra pecunia, aut aliqua eius parte ei, qui dedisset, reddita, a foedere discedere.* At Cantoclarus nescio quid de musica hic somniavit.

Pag. 123. C. [326, 1.] ἰσχυρότατά πως ἀπομνύμενος. Scribendum videtur ἐπομνύμενος.

Pag. 123. D. [326, 7.] οὐδὲ μεῖναι ἑτέρον. Scribe οὐδὲ μὴν ἕτερον, et paulo post scribe: ὃς ἐν τῷ τότε τὸν βασίλειον ἰθύνειν ἐκληρώσατο λόγον. De Mauricio loquitur, Pauli filio, qui postea Imperator est factus; quem tunc temporis, id est circa annum 9. Iustini Imperatoris, ait Menander fuisse magnum Logothetam. Sic enim interpretor Menandri verba proxime allata. Vide Nicephorum Patriarcham in hist. p. 115., ubi Logothetam vulgo dictum esse scribit τῶν δημοσίων λογιστήν, sed in Menandro forte legendum est λόχον pro λόγον Erat enim tunc Mauricius Comes Excubitorum, ut docet Theophyl. in lib. 3. cap. 15.

Pag. 124. C. [327, 18.] τοῦ ἑῴου πολέμου ἐπ' ἀδήλοις. Quae deinde sequuntur, prosrsus alieno loco posita sunt, ut series ipsa temporum docet, et ad librum 8. Menandri refe- V. 142
renda sunt, ut inferius dicam. His igitur resectis, post verba citata scribe ea, quae habes p. 124. D.: ὅτι οἱ Μῆδοι etc. deinceps.

Pag. 125. A. [329, 3.] ὅτι τὰ Χοσδρῷ. Lege ὅτι Ταγχοσδρῷ. P. 219
Sic enim vocat Suidas in v. Ταγχοσδρῷ. Infra p. 165. D. Ταγχοσρῷ scribitur, at in p. 173. C. Ταχοσδρῷ; apud Euagrium in lib. 5. cap. 20. Ταμχοσρόης vocatur. Theophyl. in lib. 3. cap. 15. Ταμχοσρῷ vocat. Sed Tanchosdro vel Tanchosro scribi malim, quemadmodum apud Amm. Marcellinum Tansapor quidam dicitur Magister militum Saporis, regis Persarum.

Pag. 125. B. [329, 11.] ἐκτραπεὶς ἀπὸ τοῦ καθαρίζειν. Scribe meo periculo τοῦ Κιθαρίζων, quod nomen est castelli, teste Theophylacto in lib. 3. cap. 15., ubi eandem, quam

hic Menander narrat historiam, summa duntaxat capita delibans. Itaque quod Menander dixerat ἐκτραπεὶς ἀπὸ τοῦ Κιθαρίζων, ipse dicit τό,τε Κιθαρίζων τὸ Ῥωμαίων φρούριον παραμείψας. Eadem forma dicitur Χλωμάρων, castellum in Arzanene, cuius meminit Menander infra in hac pagina et Theophylactus in libro secundo. Similiter τὸ Ἀφουμῶν supra pag. 167. B., cuius mentio fit etiam a Procopio et Theophylacto.

Pag. 126. B. [331, 13.] τῆς πολιορκίας οἱ Ῥωμαῖοι. Post haec collocanda sunt ea, quae habes pag. 166. D.: ὅτι ὁ Τιβέριος etc. deinceps; quae quidem ad libr. 7. historiarum Menandri videntur pertinere.

Pag. 168. B. [412, 1.] ἅτε Χοσρόου. Scribendum videtur: ἐκυρώθη ἂν εἴτε Χοσρόου συνέβαινεν ἔτι περιόντος, quemadmodum legisse videtur Interpres. Ceterum ex hoc loco manifeste colligitur, Chosroën seniorem usque ad Tiberii Augusti principatum regnavisse, quod etiam confirmat Theophylactus in libro 3. cap. 16.; licet aliter sentiant Euagrius, Cedreuus, aliique. Baronius Chosroïs mortem optime ex Agathia collocavit anno Christi 579., qui est Tiberii Augusti annus primus, ut satis constat.

Pag. 168. C. [412, 10.] προσημήναντες τοίνυν οἱ Ῥωμαίων πρέσβεις. Non intellexit hunc locum Interpres. Mos erat legatorum, non Romanorum modo, sed etiam Persarum, ut, cum ad imperii limitem accessissent, adventum suum significarent iis, ad quos veniebant, quod προσημαίνειν dicit Menander, cuius consuetudinis exemplum habes in lib. 1. historiarum Menandri pag. 133. C. et apud Libanium in oratione consulari ad Iulianum Imperatorem p. 244.

Pag. 174. C. [423, 22.] ἐς τὰ περὶ Κωνσταντίνην. Post haec verba collocanda sunt Excerpta ex lib. 8., quae leguntur pag. 161. A.: ὅτι περὶ τὸ δεύτερον ἔτος.

Pag. 161. B. [398, 9.] Ἀναγκάστης ἐνταῦθα. Anagastus Patricius memoratur in Chronico Abbatis Biclariensis.

Pag. 161. D. [399, 11.] ἐν ὀκτὼ γὰρ μοίραις. Atqui Menander supra in pag. 108. B. quatuor duntaxat principatus esse Turcorum dixerat, ut alterutro in loco mendum latere necesse sit; apud Theophylactum in lib. 7. cap. 7. Chaganus Turcorum septem se gentium dominum vocat.

Pag. 162. C. [401, 3.] ἱππείαν ἐσαθροίσουσι. Scribe ἐσαθρήσουσι, ut videtur legisse Cantoclarus; sed hic locus prava interpunctione corruptus est, quod quidem miror ab Interprete non animadversum fuisse. Quis enim non videt, legendum esse continue: εἴγε τὴν κατ' ἐμὲ ἱππείαν ἐσαθρήσουσι μάστιγα. Verte igitur: *et Varchonitae quidem utpote Turcorum famuli, cum volucro, ad me redibunt, et simulatque flagellum*

meum equestre conspexerint in ipsos immissum, in interiora terrae sese abdituri sunt. Verba sunt Turxanthi, Turcorum reguli, plena fastus et arrogantiae barbaricae adversus Abaros, quos Varchonitas appellat; hoc enim erat verum nomen Abarorum, teste Theophylacto in libro septimo cap. 8. *Οὐαρχωνῖται*, seu *Οὐὰρ καὶ Χουννί.*

Pag. 162. D. [401, 11.] *ὡς ἂν εἴποιμι διὰ τὰς δυσχωρίας.* Scribe *ὡς ἀπείποιμι.*

Pag. 163. C. [402, 17.] *καὶ πραγμάτων ὁσίων ταμεῖα.* Legendum est *ταμίαι.*

Pag. 163. D. [403, 9.] *καταχαράττειν τὰ πρόσωπα ταῖς μαχαίραις.* De hoc Hunnorum more plura notavi ad lib. 31. Amm. Marcell. p. 415.

Pag. 164. C. [404, 15.] *εἶτα οὕτως ἀφῆκεν.* Post hanc P. 220
Romanorum ad Turcos legationem collocanda sunt ea, quae habes p. 124. C. de Sclavis, *κατὰ δὲ τὸ τέταρτον ἔτος*, usque ad illa verba *πολλὰ λῄσασθαι*; deinde redeundum est ad p. 164. C.: *ὅτι κεραϊζομένης τῆς Ἑλλάδος* etc. In Chronico quidem Abbatis Biclariensis haec Sclavorum in Thracias irruptio refertur anno 5. Tiberii Augusti, sed Menandri potior est auctoritas.

Pag. 164. D. [405, 11.] *τῶν νήσων διήνυε τὴν ἀρχήν.* Provincia insularum olim quidem sub Proconsule Asiae, ut testatur notitia imperii Romani. Tunc vero aliter videntur constitutae fuisse provinciae. Insularum provincia passim memoratur in subscriptionibus Conciliorum.

Pag. 165. D. [407, 4.] *πάντων ἐθνῶν οὐδαμῶς.* Post haec scribe quae habentur p. 124. C.: *ὅτι ὁ Καῖσαρ* etc., ubi Caesaris nomen abusive positum videtur pro Augusti nomine, eo quod Tiberius olim sub Iustino Caesar fuisset. Transcurso deinde hoc capite, collocanda est legatio, quae legitur p. 126. B.: *ὅτι Ἰταλία* etc. consequenter.

Pag. 127. A. [333, 2.] *πρὸς τὴν βουλὴν ἐς τὸ φανερὸν ἐκπεσεῖν.* Scribendum est *πρὶν τὴν βουλήν.*

Pag. 127. D. [334, 5.] *ὑβρίσθαι μὲν ἔλεγε πρὸς αὐτόν.* Lege *πρὸς αὐτῶν*, id est a Sclavis.

Pag. 129. D. [338, 7.] *κατὰ τὴν Ἰλλυριῶν αὐτὸν διοδεύειν τὰ μετὰ τῶν.* Scribe *διοδεύοντα μετὰ τῶν.*

Pag. 130. D. [340, 4.] *ἦν δικαιώματα καὶ προσήκειν αὐτῷ.* Scribe *ἦν δικαιότατα.*

Pag. 132. A. [342, 9.] *ἐπὶ τούτοις ἀπηλλάγησαν.* Post haec verba sequi debent ea, quae leguntur p. 174. C.: *ὅτι ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας*, et hic historiam suam clauserat Menander, in expugnatione scilicet Sirmii, aut potius in eius deditione, et in obitu Tiberii Imperatoris. Etenim Sirmium Abaris deditum

est paulo ante Tiberii mortem, ut a Menandro scriptum esse testatur Theophylactus in lib. 1. cap. 3.

Pag. 175. B. [425, 9.] ὅς προσειώρησε τῇ 'Ρωμαίων πολιτείᾳ. Scribe ὅς προσεχώρησε. Is Bocolabra dicebatur, qui cum una e Chagani pellicibus congressus, timensque ne graves poenas lueret, ad Turcos confugere statuerat. Sed in itinere captus a Romano duce, ad Mauricium Imperatorem transmissus est, ut refert Theophylactus in cap. 8. libri primi.

Haec sunt, quae ad Menandri historiam olim in schedis annotaveram, scriptoris eximii, cuius elogium habes apud Theophylactum in lib. 1. cap. 3., qui etiam eius historiam continuavit. Sunt et alia Menandri fragmenta luculenta apud Suidam in v. *Μένανδρος*, quod fragmentum descriptum est ex Prooemio historiarum Menandri, in quo de suo genere praefatus fuerat, proinde ut Agathias, cuius historiam continuabat. Est et aliud fragmentum illius apud Suidam in v. *ἀπετάφρευον*, et in v. *δοκιμάσας*, et in *ἐμβριθής*, et in v. *ἐπιδουπῆσαι*, de tympanis Abarum et de Boni ducis antistrategemate. Item in *Μαυρίκιος*, de laudibus Mauricii Magistri militum Orientis. Item in voce *σπαλίωνες* et in *Ταγχοσδρῶ*. Ne quis autem miretur, haec fragmenta adeo confusa ac perturbata ad nos pervenisse, meminisse debet Lector, hanc editionem ex duobus MSS. codicibus a Davide Hoeschelio esse concinnatam, Boico scilicet et Andreae Schotti, quorum alter altero integrior fuit, ut in praefatione monuit Hoeschelius. Duae proinde horum Excerptorum collectiones fuerunt, quod supra in notis observavi. Atque huic operi idem videtur contigisse, quod Bibliothecae Photii, cui altera eiusdem argumenti adiecta est, ut patet ex iisdem auctoribus, qui bis in illa Bibliotheca descripti reperiuntur.

PHILIPPI LABBEI

NOTAE HISTORICAE ET ANIMADVERSIONES IN ECLOGAS OLYMPIODORI THEBAEI, CANDIDI ISAURI, ET THEOPHANIS BYZANTII.

EX OLYMPIODORO.

Pag. 3. A. *ed. Par.* [447, 1.] Olympiodorus hic noster, natione Aegyptius, patria Thebaeus, religione gentilis, professione poëta, non tam omnibus suis numeris absolutam historiam, quam collectorum tumultuaria opera commentariorum libros duos ac viginti, ὕλην inscriptos, posteritati reliquit; exorsus ab anno Dominici Natalis 407., quo Honorii Augusti VII. Consulis collega fuit Theodosius Iunior, ex fratre Arcadio nepos, usque ad annum 425., quo Valentinianus, eius nominis tertius, ex Caesare Imperator iussu patruelis sui Theodosii Augusti Romae renuntiatus est. Zosimus Comes, non ignobilis historicus, lib. 5. p. 803. editionis Sylburgianae, meminit Olympiodori Thebani, quo fit, ut merito arguendi sint, qui Olympiodoro Zosimum praemittunt. Huius verba eo libentius exscribo, quod vix ulli alteri ex antiquis, si a Photio Patriarcha discesseris, cuius incredibili diligentiae huius aliorumque plurium, qui iniuria temporum perierunt, Excerpta debemus, notus fuisse videatur. *Ἐν δὲ τῇ Ῥαβέννῃ, μητρόπολις δὲ Φλαμινίας, πόλις ἀρχαία, Θεσσάλων ἄποικος, Ῥήνη κληθεῖσα διὰ τὸ πανταχόθεν ὕδασι περιῤῥεῖσθαι, καὶ οὐχ ὡς Ὀλυμπιόδωρος ὁ Θηβαῖος φησι διὰ τὸ Ῥῶμον* etc. Ab hoc vero nostro diversus omnino fuit tum Olympiodorus Philosophus, quem Aristotelis dogmata exponentem, teste Suida, audivit Proclus Lycius, cuiusque exstant aliquot in Platonem eiusque discipulum Stagiritam commentarii partim edití, partim calamo duntaxat exarati; tum alius ille, sive Monachus, sive Alexandrinae Ecclesiae Diaconus, qui in Iobum, Ecclesiasten, aliosque nonnullos sacrae Scripturae libros notationes catenasve conscripsit.

P. 88 V. 199 P. 89

Pag. 3. A. [447, 4.] *Valentinianus, Constantii et Placidiae filius.* Crebra hic mentio Constantini tyranni, Constantis, eius filii, et Constantii ex Magistro militum Imperatoris, Gallae Placidiae mariti, tenebras Graeco contextui offudit, incuria, ut arbitror, librarii, Constantinum aut Constantem pro Constantio saepenumero subrogantis, ut hoc loco aliisque, quos in Latina interpretatione sanavimus. Idem quoque memini me observasse in Idatio, Prospero utroque, Marcellino similibusque Fastorum, Chronicorum Annaliumque auctoribus, quod modo monuisse sufficiat, ne quis ad hunc scopulum posthac offendat. Sylburgius in brevibus illis Olympiodori Eclogis, quas a Francisco Pithoeo communicatas Iuliani Aug. Caesaribus subiecit, et Vitis Imperatorum ex Suida collectis praefixit, *Κωνσταντίου* diserte ediderat.

Pag. 4. A. [448, 7.] *Patruelis.* Sic vertit Interpres *ἀνεψιὸν*, cum hoc loco fratre genitum, atque, ut vulgo dicimus, nepotem significet. Theodosius quippe ex Eudoxia Arcadii filius fuit, cuius frater Honorius, soror Placidia, Valentiniani III. mater, quod nemo ignorat. Vide Anastasii Bibliothecarii historiam pag. 11. sub finem de genealogia Valentiniani Magni accurate disserentem, licet schema genealogicum, quod praemittitur, corruptum sit.

Pag. 4. A. [448, 8.] *ἀναφονεῖ.* Lege *ἀναφωνεῖ.*

Pag. 4. A. [448, 10.] *Tutorem Stelichonem.* Recte Interpres expressit vocem *ἐπίτροπος*, quam Graeco textui inserendam docuit in notis David Hoeschelius. De Stelichone res protrita, notumque, quid Claudianus in eius laudes poëtica licentia effusus, aliique, praesertim Ethnici, conscripserint. Unum e nostris profero Orosium, qui Zosimi atque Olympiodori in commendando Stelichone suo effraenem coerceat audaciam. *Cum a Theodosio Imp. seniore*, inquit cap. 37. lib. 7., *Rufino orientalis aulae, Stelichoni occidentalis imperii cura commissa esset, quid uterque egerit, quidve agere conatus sit, exitus utriusque docuit: cum alius sibi, alius filiō suo affectans regale fastigium, gentes barbaras ille immisit, hic fovit.* Tum c. seq. initio: *Interea Comes Stelicho Vandalorum imbellis, avarae, perfidae et dolosae gentis genere editus, parvi pendens quod sub Imperatore imperabat, Eucherium, filium suum, in imperio substituere nitebatur.* Et paulo post: *occisus est Stelicho, qui ut unum puerum purpuram indueret, totius generis humani sanguinem dedit* etc.

Pag. 4. A. [448, 12.] *Serenam duxisset.* Genus tacet, quod docuit Zosimus p. 810. sub fin.: *Θεοδοσίου γὰρ τοῦ πρεσβυτέρου συνοικῶν ἀδελφιδῇ κ. τ. λ.* — *licet enim filiae fratris Theodosii senioris matrimonio iunctus esset, amborumque Theodosii filiorum regna ei credita fuissent, et annos tres ac vi-*

ginti militum Ducis munus gessisset etc. Ex quibus aliisque videas non tantum Eunapii Sardiani, quod monuit Photius, sed nostri etiam Olympiodori breviatorem Zosimum fuisse.

Pag. 4. B. [448, 14.] *Thermantiae.* Miror omissam ab Olympiodoro alteram Stelichonis filiam Mariam, cuius nuptias cum Honorio Imp. Epithalamio celebravit Claudianus, quamque cum sorore non omisit Marcellinus Comes in Chronico, sub Consulatu Bassi et Philippi: *Stelicho Comes, cuius duae filiae, Maria et Thermantia, singulae uxores Honorii Principis fuere, utraque tamen virgo defuncta* etc. Thermantiae mortem mense Panemo 5. Kal. Augusti feria 6. renuntiatam fuisse Constantinopoli Indict. XIII., Honorio X. et Theodosio VI. Coss., hoc est anno 415., testatur Chronici Alexandrini Auctor Anonymus.

Pag. 4. B. [448, 17.] *Olympii sanguinaria immanique opera.* Zosimus iisdem in hunc Magistrum officiorum apud Christianos celeberrimum actus intemperiis, plura de eo comminiscitur libro quinto a pag. 808. *Olympius oriundus a Ponto Euxino, splendida quadam militia Palatina donatus, quum sub specie pietatis Christianae magnam intra se malitiam tegeret, atque hominem se frugi modestumque simulans cum Principe colloqui frequenter soleret* etc. Cetera non exscribo, neque P. 90
enim mihi animus est conciliare omnia, quae de Stelichonis caede prorsus ἀσύγκλειστα apud Philostorgium, Orosium, Sozomen., Marcell. aliosque.

Pag. 4. B. [448, 20.] *Alarichum Gothorum praefectum.* Marcellinus in Chron. Olybrio et Probo Coss. narrat: *Rufinum Patricium Arcadio Principi tendentem insidias, Alaricum, Gothorum regem, missis ad illum pecuniis, infestum rei publicae fecisse, et in Graeciam misisse.* Inde postea a Stilichone in Illyricum, quod Honorio in partitione imperii obvenerat, invitatus, teste Prospero in Fastis, cum Radagaiso perruptis Alpium claustris Italiae fines pervasit. Plura in eandem rem Orosius, Sozomenus, aliique, quibus iunge Philostorgii Excerpta a Iacobo Gothofredo edita initio libri 12.

Pag. 4. C. [449, 4.] *Honorii Placidiam.* Sororem intel- V. 200
lige, quod in Graeco expressum Latinae interpretationi deest. Huius longiorem apud Gothos moram, initasque cum Ataulfo rege nuptias videtur ignorasse Constantinus Manasses, qui sic canit pag. 51. editionis Regiae, quae brevi vulgabitur:

Καὶ πλοῦτον τὸν βασίλειον Ἀλάριχος λαμβάνει.
Καὶ Πλακιδίαν ἀδελφὴν οὖσαν τοῦ βασιλέως,
Ἥτις φυγοῦσα παρευθὺ τὰς χεῖρας τῶν βαρβάρων
Σπουδῇ πρὸς τὸν Ὁνώριον τὸν ἀδελφὸν ἐκτρέχει
Εἰς Ῥάβενναν στεῤῥόπυργον πόλιν προσπεφευγότα,
Καὶ Κωνσταντίῳ ζεύγνυται τῷ ταύτην σεσωκότι.

Ἐξ ὧν Οὐαλεντινιανὸς ὁ νέος ἀπετέχθη
Ὁ μετὰ ταῦτα βασιλεὺς ἀναδειχθεὶς τῆς Ῥώμης.

Quae sic vertit Ioannes Leunclavius: *Rex Alaricus Imperatoriis opibus potitur, et ipsa Imperatoris sorore Placidia, quae mox de barbarorum manibus elapsa, celeriter ad Honorium fratrem se contulit, qui Ravennam, urbem munitam, profugerat: est autem in matrimonium collocata Constantio, per quem servata fuerat, de quo hic Valentinianus Iunior procreatus est, qui secundum haec Romae imperium consecutus fuit.*

Pag. 4. C. [449, 6.] Attalum illustrem virum, qui ab Alarico ad imperium promotus est, vere pila ludibriumque iocantis Fortunae, factus, refectus, non summam tunc gessisse Praefecturam, sed urbis Romanae duntaxat fuisse Praefectum, docet Philostorgius in Excerptis lib. 12., nemine, quod sciam, refragante: οὗτος δὲ Ἴων μὲν ἦν τὸ γένος, Ἕλλην δὲ τὴν δόξαν, τῆς αὐτῆς δὲ πόλεως ἔπαρχος. Viderint ergo qui ἔπαρχον καὶ ἐπαρχότητα Praefectum Praetorio, et summam Praefecturam ἀνεξετάστως interpretantur.

Pag. 4. C. [449, 8.] *Sarum.* De quo multa Sozomenus lib. 9. capp. 9. et 15. Philostorgius lib. 12. segmento 3. et Zosimus Comes lib. 6., qui in hoc, aut auctoris obitu aut temporum iniuria, deficit; neque vero auctiorem fuisse Photii tempore Zosimum, par est credere, ut discimus ex Codice 98. τοῦ μυριοβίβλου. Quod autem ad oram exteriorem notavit Interpres, Asarum quoque appellatum fuisse, id ex depravato per incuriam dormitantis amanuensis codice originem traxit; sic quippe legendum in Excerptis illis Photianis: ἀλλὰ Σάρος Γότθος καὶ αὐτὸς διάφορος ὢν Ἀλαρίχῳ, non vero ἀλλ' Ἄσαρος.

Pag. 4. D. [449, 16.] *Centenarios quadraginta accepisse.* Hinc tantum incipiunt Olympiodori Eclogae in Romanae historiae tomo 3. editionis Sylburgianae.

Pag. 4. D. [449, 19.] *Καισαρίνα.* Scribendum καὶ Σερῆνα, de cuius et Eucherii filii morte, nec non de Romae gemina obsidione, et prae immani fame ἀλληλοφαγίᾳ plenae sunt Historicorum paginae. Inter ceteros Zosimus refert in Circensibus ludis, Attalo tum absente, succlamatum fuisse: *Pretium pone carni humanae.*

Pag. 4. D. [449, 23.] *Buccellarii vocabulum.* De buccellis, buccellato et buccellariis praeter Adriani Turnebi adversaria, et Nicolai Rigaltii V. C. Glossar. Tacticum, quae citantur a P. Andrea Schotto, consule sis Cuiacium, iurisperitorum principem, et Dionysium Gothofredum multis locis, Bonaventuram Vulcanium in notis ad Themata Porphyrogennetae, Glossar.
P. 91 Meursii, Heriberti Rosueydi Onomasticon ad vitas Patrum, Claud. Salmasium in Notis ad auctores hist. August., Ioannem

Ludovicum de Lacerda, Ioannem Gerardum Vossium aliosque passim. Quam vero ob causam idem illud Bucellarii vocabulum inclinante iam Orientis imperio Hellenogalatis sive Gallograecis, quod ait Suidas, eorumque regioni adhaeserit, docebit te, si nescis, Constantinus Porphyrogenitus, cuius tamen hoc in argumento auctoritatem respuit Salmasius in Plinianis ad Solinum exercitationibus.

Pag. 4. D. [450, 1.] *Foederatorum nomen.* Quod Ioannes Meursius in Glossario ex Malcho Philadelphiensi (cuius haec verba in Excerptis pag. 94. B. C. editionis regiae: *ὅτι ἐν τῷ ἑξῆς ἔτει ἐπὶ Ζήνωνος πρέσβεις ἦλθον ἐν Θράκῃ τῶν ὑποσπόνδων Γότθων, οὓς δὴ καὶ φοιδεράτους οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι,*) nec non ex Iordane de rebus Geticis colligere videtur, Gothis duntaxat hoc nomen tributum fuisse: — tum ex nostro hoc Olympiodoro, tum ex aliis scriptoribus antiquis refelli potest, ac nominatim Procopio lib. 1. Vandalicorum p. 106. sub initium: *ἐν παρασκευῇ εἶχε πεζοὺς μὲν στρατιώτας μυρίους, ἱππέας δὲ πεντακισχιλίους ἔκ τε στρατιωτῶν καὶ φοιδεράτων ξυνειλεγμένους. ἐν δὲ δὴ φοιδεράτοις πρότερον μὲν μόνοι βάρβαροι κατελέγοντο, ὅσοι οὐκ ἐπὶ τὸ δοῦλοι εἶναι, (ἅτε μὴ πρὸς Ῥωμαίων ἡσσημένοι,) ἀλλ' ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ τῇ ὁμοίᾳ εἰς τὴν πολιτείαν ἀφίκοιντο. φοίδερα γὰρ τὰς πρὸς τοὺς πολεμίους σπονδὰς καλοῦσι Ῥωμαῖοι. τὸ δὲ νῦν ἅπασι τοῦ ὀνόματος τούτου ἐπιβατεύειν οὐκ ἐν κωλύμῃ ἐστὶ, τοῦ χρόνου τὰς προσηγορίας, ἐφ' ὧν τέθεινται, ἥκιστα ἀξιοῦντος τηρεῖν, ἀλλὰ τῶν πραγμάτων ἀεὶ περιφερομένων ἢ ταῦτα ἄγειν ἐθέλουσιν ἄνθρωποι, τῶν πρόσθεν αὐτοῖς ὠνομασμένων ὀλιγωροῦντες. ἄρχοντες δὲ ἦσαν φοιδεράτων μὲν Δωρόθεος* etc. Illustris plane locus, qui et lucem foeneretur Olympiodoro, et ab eo vicissim accipiat, qua refellantur ii, qui id demum Procopii tempore contigisse contendunt. Poterat etiam Meursius suffragantem opinioni suae Suidam adscribere: *φοιδεράτοι· οὕτω καλοῦσι Ῥωμαῖοι τοὺς ὑποσπόνδους τῶν Σκυθῶν.* Gothos autem vulgo Scythas dictos Traianus Patricius asserit, referente Anastasio Bibliothecario historiae ecclesiasticae pag. 53. editionis regiae. Plura de foederatis R. P. Sirmondus in notis ad Sidonii Apollinaris epistolas, Carolus Annibal Fabrottus Glossario ad Cedrenum, aliique.

Pag. 5. A. [450, 5.] *Olympium a Constantio fustibus mactatum.* *Ῥοπάλοις παιόμενον* habent Graeca, qua etiam dictione usus Photius in amplioribus ex historia Philostorgii eclogis initio libri 12.: *ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὰν καὶ αὐτὸν ῥοπάλοις ἀναιρεθέντα* (*plumbatis caesum* reddit interpres) *τῆς μιαιφονίας τὴν δίκην ἀποτῖσαι τῷ Στελίχωνι.* Quodsi paulo post Stelichonis obitum poenas dedit Olympius, *ὃς ἠγάγετο Πλα-*

κιδίαν verti debuit non *qui duxerat*, sed *qui Placidiam duxit uxorem*, anno scilicet dominici natalis 417.

Pag. 5. A. [450, 9.] *Rhodogaisus.* Vulgo Radagaisus aut Rhadagaisus dicitur sancto Augustino, Prospero utrique, Marcellino, Cassiodoro aliisque. Orosius hunc omnium antiquorum praesentiumque hostium longe immanissimum appellat, qui, ut mos barbaris, Romani generis sanguinem Diis suis propinare decreverat.

Pag. 5. A. [450, 9.] *κεφαλιῶται ὀπτιμάτοι ἐκαλοῦντο.* Fridericus Sylburgius *proceres*; Andreas Schottus *Primarios viros* reddit. Recentiores Graeci *κεφαλάδας* Praefectos castrorum aut militum duces ac centuriones appellant, de quibus consule Glossaria Rigaltii et Meursii.

Pag. 5. B. [450, 12.] *Ἀδάουλφος.* Latinis dicitur Ataulfus, imo et Graecis, Zosimo, Sozomeno et auctore Chronici, cui Alexandrino nomen est, Indictione XIII., Honorio X. et Theodosio VI. Augg. Coss.: *μηνὶ Γορπιαίῳ τῇ πρὸ η' Καλανδῶν Ὀκτωβρίων ἡμέρα παρασκευῇ ἐδηλώθη ἀνῃρῆσθαι Ἀταοῦλφον βάρβαρον.* Philostorgius *Ἀδαοῦλφον* appellat, et ab Olympiodoro nostro solo dissentit accentu.

Pag. 5. B. [450, 17.] De Constantino Tyranno praeter Marcellinum Illyric. in Chron. sub consulatu Honorii IX. et Theodosii IV., Idatium in Fastis et Chron., Prosperum in Fast. similiter et Chron., Cassiodorum aliosque, qui brevitatis
P. 92 studio praecipua quaeque omiserunt, consulendos omnino censeo Orosium lib. 3. cap. 40., Sozomenum lib. 9. cap. 11. ac nominatim Zosimum, qui initio libri sexti eadem ferme omnia recenset, quae ex Olympiodoro perstrinxit Photius: 1) De militari tumultu in Britannia excitato, vel Honorio VII. et Theodosio iterum Coss., vel paulo ante, ut noster hic insinuat, vel etiam tardius, Basso nimirum Philippoque Coss., ut alii contendunt, biennio ante captam ab Alarico Romam. 2) De Marco, Gratiano ac Constantino subinde creatis Impp. 3) De Iustino sive Iustiniano et Neovigaste, ducibus Constantini. 4) De Bononia, urbe maritima, quam noster Olympiodorus recte primam in Galliae finibus positam docet e Britannia venientibus, perperam vero Zosimus in inferiori seu secunda Germania collocat, *Γερμανίας οὖσα πόλις τῆς κάτω.* 5) De conciliatis sibi ad Alpes usque, quae Galliam Italiamque disterminant, exercitibus; quos Gallos et Aquitanos, observata iam aliis, certe familiari per illa tempora divisione, appellat Olympiodorus, cui subscripsit etiam Sozomenus. 6) De eiusdem Constantini filio natu maiore Constante, quem a patre habitu Caesaris ornatum in Hispaniam missum docet Zosimus. Eum vero ex monacho factum esse Caesarem Orosius et Marcellinus, Christiani scriptores, graviter expostulant.

Pag. 5. D. [451, 17.] *Iulianum deinde eo ipso tempore Nobilissimum nominavit.* Sic quippe corrigendum mendum typothetae negligentia inductum. Nobilissimi dignitatem per ea tempora Augustorum filiis aut propinquis tributam videor mihi observasse quendam veluti gradum ad Caesaris nomen dignitatemque exstitisse. Neque longe abeundum, eum Olympiodorus noster paulo post aperte pronuntiet, Valentinianum III., qui superstite etiamnum Honorio dictus fuerat Nobilissimus, impellente fratrem Placidia, post Honorii mortem restituto V. 201 primum Constantinopoli Nobilissimi titulo, tum iussu Theodosii Thessalonicae Caesarem nuncupatum, ac deinde Romae ab Helione Patricio et officiorum Magistro Imperatoria veste indutum fuisse. De voce consule Iulium Caesarem Bullengerum de Imp. Romano, Iacobum Gutherium de officiis Domus Augustae, Meursium et Fabrottum in Glossariis, aliosque. Nec superfluum forte fuerit hic monuisse, duplici plerumque compendio nomen illud efferri, vel simplici N., ut in fastis nummisque veteribus, vel syllaba integra Nob., ut apud Idatium in fastis Consularibus, Ricimere et Clearcho Coss.: *Ipso anno natus est Honorius Nob. in purpuris die V. Id. Sept.*, pro quo quidam male substituunt *Nobis*. Notandum quoque Philostorgium tmemate 10. lib. 12. non Latinam vocem, ut Olympiodorus, sed Graecam usurpasse, *τὴν τοῦ ἐπιφανεστάτου ἀξίαν*.

Pag. 5. D. [451, 20.] De Iovii, Praefecti Praetorio et Patriciatus dignitate sublimis, aliorumque ab Honorio missa ad Attalum legatione, eiusdemque Iovii perfidia legendus Zosimus, licet nonnulla omiserit, quae ad illustrandam temporum illorum historiam excerpsit Photius. Neque mihi placere potest Interpretis nostri nimia in eadem voce inconstantia, dum modo *Iovium*, modo *Iobianum*, modo *Iovinianum* vocat.

Pag. 5. D. [451, 21.] *Valens utriusque militiae dux.* Zosimus Dalmaticarum legionum Praefectum ac Magistrum equitum nominat, et ab Alaricho, dum adhuc in fide Attalo data perseveraret, ob proditionis suspicionem interfectum scribit.

Pag. 6. A. [452, 8.] Eusebium Praepositum *φύλακα τοῦ κοιτῶνος*, hoc est, *προεστῶτα τῶν βασιλικῶν κοιτώνων*, appellat Zosimus lib. 5. pag. 821. editionis Sylburgianae; Allobichum vero sive Ellebichum *τὸν τῶν ἱππέων ἡγούμενον καὶ μετὰ Βιγιλάντιον ὕπαρχον*. Eius necem paucis perstringit Hermias Sozomenus lib. 9. cap. 12., ubi Alabichus corrupta voce dicitur. Alius vero ab eo existimandus est Edobecus, sive Edobineus, Constantini tyranni partibus addictus, de quo plura idem Hermias citati lib. capp. 13. et 14. et Renatus Profuturus Frigeridus, cuius non ignobile fragmentum in librum 2. Historiae Francicae conieeit Gregorius Turonensis. P. 93

Δυναστείαν nihil est, quod cogat intelligere *τὴν ἐπαρχίαν τῆς αὐλῆς*, cum nulla apud veteres exstent summae huius dignitatis Eusebio collatae vestigia. Displicet quoque Interpretis *decretum* illud *publicum*; verum in iis similibusque minutiis persequendis non immoror.

Pag. 6. A. [452, 13.] Attali geminam depositionem opera perduellis Iovii procuratam non solus narrat Olympiodorus; consonat ei vel maxime Zosimus lib. 6. aliique passim. Tiro Prosper in Fastis, Honorio X. et Theodosio VI. Coss.: *Attalus* (qui superiore anno in Galliis tyrannidem resumpserat) *a Gothis ad Hispanias migrantibus neglectus, et praesidio carens capitur, et Constantio Patricio vivus offertur.* Marcellinus Comes triennio citius, quam par erat, Theodosio Imp. V. solo Cos. haec habet: *Attalus in mari captus atque Honorio exhibitus, truncata manu vitae relictus est.* Praeclare omnino Orosius lib. 7. cap. penultimo: *Quid de infelicissimo Attalo loquar, cui occidi inter tyrannos honor, et mori lucrum fuit? In hoc Alaricus Imperatore facto, infecto, refecto ac defecto citius his omnibus actis paene quam dictis, mimum risit, et ludum spectavit imperii.* Plura subinde persequitur, quae in compendium a Marcellino Illyriciano redacta exhibuimus. Electum vero prae ceteris memoratum illud supplicii genus arbitror, quod, ut cum Zosimo, Sozomeno aliisque narrat Philostorgius, mandasset alias Attalus Honorio, *τὸν ἰδιώτην ἀνθελέσθαι βίον καὶ τῶν τοῦ σώματος ἀκρωτηρίων τῇ περιτομῇ τὴν τοῦ ὅλου σωτηρίαν ὠνήσασθαι.* Quae de vera digitorum duorum aut integrae dexterae abscissione intelligi nihil prohibet, imo id maxime persuadet Lipara insula, in quam relegatus est *ἀκρωτηριασθεὶς* Attalus, quidquid contra quidam viri docti scripserint. In hunc ergo merito quadrabit illud Adonibezeci Iud. 1. 7.: *Sicut feci, ita reddidit mihi Deus.*

Pag. 6. B. [452, 23.] Alarichum Campaniam vicinasque Rhegium usque Bruttiorum metropolim vastasse provincias, testantur et alii scriptores, S. Augustinus de Civitate Dei, Philostorgius, Iordanes sive Iornandes, Ravennatium Episcopus, Auctor Miscellae lib. 13., (qui Consentiae mortuum Alaricum, et in medio Basentii amnis alveo sepultum recitat,) quibus praeivit Orosius extremo capite libri septimi, ubi etiam observat, tentato ab eodem Alarico in Siciliam transitu, Gothos in conspectu suorum miserabiliter abreptos et demersos fuisse.

Pag. 6. B. [452, 23.] *Βρεττίας* pro depravata voce *Βρεττανίας* apposite subrogarunt Hoeschelius et Schottus. De statuis arte magica consecratis, quarum etiam paulo post meminit Olympiodorus noster gentilitiae superstitioni pertinacissime addictus, plura alias, si Deus otium dederit, exponentur. Il-

lud modo non omiserim, simulacrum illud *ἀλεξίκακον* positum fuisse non in finibus Bruttiorum, sed in ipso Siciliae littore iuxta Messanam, ut quae de Asclepio, illius eversore, mox subdit, planum faciunt. Cum vero Asclepius, quem Aesculapium reddit Interpres, possessionum Constantii et Placidiae fuerit per Siciliam Procurator, necesse est eversionem statuae illius non contigisse ante annum Dominici Natalis 417.

Pag. 6. D. [453, 14.] *Gerontius, belli dux, Maximum, filium suum, Caesarem renuntiat.* Zosimus initio libri sexti meminit huius Gerontii cum ait: Iustiniano et Nevigaste ducibus a Saro interfectis, suffectos a Constantino tyranno Edobinchum, natione Francum, et Gerontium, ex Britannia oriundum, quos veritus Sarus ab obsidione Valentiae recesserit. Eundem Gerontium addit, conciliatis sibi militibus barbaris in regione Celtarum, adversus Constantinm defectionem molitum fuisse. Cetera, quae ad Maximum, non eius filium, ut vertit Interpres delusus ambigua voce *παῖδα*, sed famulum, aut e familiaribus unum, in ordine sive schola domesticorum militantem, et ad generosam Gerontii cum uxore Nonnechia sive Nunichia et Alano quodam milite mortem pertinent, mutuanda suadeo ex Orosio capite penultimo libri 7., ex Renati Profuturi Frigeridi fragmento, ex Miscellae historiae libro 14. aliisque, quibus longe certiora et uberiora scripsit Sozomenus lib. 9. cap. 13. et narrationi Olympiodori magis affinia. P. 94

Pag. 6. D. [453, 21.] *Constantinus Arelate obsessus ad templum confugiens sacerdos ordinatur.* Marcellinus in Chronico Constantium apud Arelatem, filium vero eius Constantem apud Viennam capite plexum asserit. Quae e diametro pugnant cum iis, quae Olympiodorus narrat, cuique *σύγχρόνῳ* maior haud dubie fides habenda, quam illi, qui centum post annis scripsit. Idatius in Fastis: *Constantini tyranni in conto caput allatum fuit* 16. *Kal. Octob.*, *Theodosio Aug. IV. Consule*, sed locum modumque necis non aperit. In Chronico intra Gallias occisum memorat ab Honorii duce Constantio, captum dicere debuerat. Propius rem attigit Prosper in Fastis: *Constantinus per Honorii duces Constantinum*, (lege *Constantium*,) *et Ulphilam apud Arelatense oppidum victus et captus est, cuius filium Constantem in Hispania regnare exorsum Gerontius Comes, in Maximum quemdam tyrannidem transferens, interemerat.* Renatus Frigeridus Constantinum hunc *supra Mincium flumen*, immissis a Principe percussoribus, capite truncatum profitetur, multaque alia subdit Lectori curioso non obfutura.

Pag. 6. D. [454, 4.] *Cognatos suos.* Zosimus lib. 6. quatuor nominatim designat ex Theodosii Magni familia Hispanias pro Honorio adversus Constantem collectis raptim militibus

propugnasse: Verinianum et Didymium, qui capti cum uxoribus, in custodiam dati et iussu Constantini interfecti sunt: Theodosium et Lagodium, qui, audita aliorum clade, hic in Italiam, alter in Orientem profugerunt. Videndi quoque de his Orosius, eiusque exscriptor Paulus, seu quis alius Miscellae consarcinator, lib. 13. extremo, nec non Sozomenus, apud quem cap. 11. lib. 9. Didymus, Verianus, Theodosiolus atque Lagodius appellantur quatuor illi Honorii Imperatoris propinqui.

Pag. 7. A. [454, 14.] *Maximus, eius filius* (l. *famulus*), *ad foederatos confugit barbaros.* Prosper in Chron.: *Maximo in Hispania regno ablato vita concessa, eo quod modestia humilitasque hominis affectati imperii invidiam non merebatur.* Olympiodoro consentit Orosius: *Maximus exutus purpura destitutusque a militibus, vivus inter barbaros in Hispania egens exulat.* Quae verba suo more sublegens Paulus Diaconus corrupit: *Maximus deinde purpura exutus in Hispania exulans obiit.* Neque enim obiisse tum dicendus est in Hispania Maximus, si idem ipse est, de quo paulo post eodem lib. 14. haec subdit: *Maximus apud Hispanias factione Ioviani, qui tunc in re militari clarus habebatur, tyrannidem assumpsit. Nec multo post separati utrique, et capti ab exercitu Honorii, eidem, cum apud Ravennam tricennalia sua perageret, praesentantur.* Certe eadem de Maximo referuntur a Prospero in Chron.: *Maximus tyrannus de regno deiicitur, ac Ravennam perductus*
V. 202 *sublimem speculatorum pompam tricennalibus Honorii praebuit;* et a Marcellino Comite: *In tricennalia Honorii Maximus tyrannus et Iovinus ferro victi,* (forte *vincti*,) *adducti de Hispaniis atque interfecti sunt.*

Pag. 7. B. [454, 16.] *Moguntiacum sive Magontiacum*, (sic enim Sylburgius, Hoeschelius aliique recte emendandum monuere,) *alterius Germaniae urbem.* Primae utique ac superioris, τῆς ἄνω, non secundae, quam ad extremas Rheni Mosaeque ripas iacentem τὴν κάτω Γερμανίαν, inferiorem Germaniam Ptolemaeus, Zosimus aliique indigitant, cuique Metropolim praefuisse Agrippinensem Coloniam Ubiorum nemo nescit. Quid si *alterius Germaniae* nomine Belgicam cis Rhenum sitam, Minoremque dictam Germaniam denotare voluit ad discrimen Maioris, τῆς μεγάλης, quae a Rheno ad Arcton longissimis spatiis porrigitur. Urbem illam per ea tempora a barbaris vastatam deflet sanctus Hieronymus in epistola ad Gerontiam de monogamia: *Quidquid inter Alpes et Pyrenaeum est, quod Oceano et Rheno includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gipedes, Eruli, Saxones, Burgundiones, Alemani et hostes Pannonii vastarunt: etenim Assur venit cum illis. Magontia-*
P. 95 *cum, nobilis quondam civitas, capta atque subversa est, in ec-*

clesia multa hominum millia trucidata, Vangiones longa obsidione deleti; Remorum urbs praepotens, Ambiani, Atrebates, extremique hominum Morini, Tornacum, Nemetae, Argentoratus translatae in Germaniam: Aquitaniae, Novemque populorum, Lugdunensis et Narbonensis provinciae praeter paucas urbes populata sunt cuncta; quas et ipsas foris gladius, intus vastat fames. Quae damna non culpa principum accidisse testatur, sed scelere semibarbari proditoris: Stelichonem intelligit, quem genere Vandalum fuisse Orosius, Paulus Diaconus aliique demonstrant.

Pag. 7. B. [454, 16.] De Iovino eiusque fratre Sebastiano dicturi sumus in Chronico nostro. Pauca haec interim ex Orosio: *Iovinus, vir Galliarum nobilissimus, in tyrannidem mox ut assurrexit, cecidit. Sebastianus, frater eiusdem, hoc solum, ut tyrannus moreretur, elegit.* Manu Dardani interfectum noster hic paullo post affirmabit.

*Pag.*7.B.[454, 17.] *Goaris Alani studio.* De eo Renatus Frigeridus apud Gregorium Turonensem: *Interea Respendial Alanorum* (sic enim legendum, non *Alamannorum*, ut habent vulgatae Gregorii editiones, etiam Duchesniana, ceteris licet emendatior,) *Goare ad Romanos transgresso, de Rheno agmen suorum convertit, Vandalis Francorum bello laborantibus, Godigisclo rege absumpto, acie viginti ferme millibus ferro peremptis, cunctis Vandalorum ad internecionem delendis, ni Alanorum vis in tempore subvenisset*: qua ratione emaculandum arbitror locum illum vitiosa interpunctione aliisque mendis deformem. Tum quibusdam intermissis: *Vixdum quartus obsidionis Constantini mensis agebatur, cum repente ex ulteriori Gallia nuntii veniunt, Iovinum adsumpsisse ornatus regios, et cum Burgundionibus, Alamannis, Francis, Alanis omnique exercitu imminere obsidentibus.*

Pag. 7. B. [454, 17.] *Guntiarii, Burgundionum praefecti.* Sic enim Interpres φύλαρχον reddit, quae vox regem aliis sonat summumque principem: quod pluribus firmare possem veterum testimoniis: unum eligo Constantinum Manassem pag. 92. editionis regiae de Carolo Magno, cuius auxilium Leo Papa imploraverat:

Ἦν δὲ τῶν Φράγγων φύλαρχος ὁ Κάρουλλος ἐκεῖνος,
Ῥῆγας τοὺς σφῶν κατάρχοντας οἴδασι Φράγγοι λέγειν.
Λέγεται τοῦτον Κάρουλλος, ἦν γὰρ παπποπατρόθεν
Ὑπὸ Χριστοῦ καλούμενος, καὶ σέβων Χριστοῦ νόμους.

Prosper in Fastis, Lucio V. C. Consule, Burgundiones partem Galliae propinquam Rheno obtinuisse refert, quo anno Iovinum et Sebastianum fratres in Galliis regno arrepto peremptos esse memorat. Gundicarius sive Cundicharius aliis dicitur, non Guntiarius. Cassiodorus in Chronico, Theodosio

XIV. et Valentiniano IV. Coss.: *Gundicharium, Burgundionum regem, Aëtius bello subegit, pacemque ei reddidit supplicanti, quem non multo post Hunni peremerunt:* quae ex Tironis Prosperi Fastis derivata sunt, ubi Gundicarius scribitur. De Burgundionibus plura qui volet, adeat Orosium libri 7. cap. 31., Socratem libri 7. cap 30., Idatium in Chronico, Paulum Diaconum Miscellae libro 14., Sidonium Apollinarem aliosque. Ibidem *παραινεῖ* scribendum, non *παραίνει*.

Pag. 7. B. [454, 22.] Sarus Alarico primum, tum Ataulfo infensissimus hostis, non scutis adhibitis, ut Interpres vertit, quasi *σάκεσιν* haberent Graeca, sed saccis per tumultum temere arreptis, pannisque quibuscunque obviis, veluti quibusdam retibus ad feram capiendam iniectis, captus est vivus, Olympiodoro teste, cui non refragantur alii. Quis vero *Bellerides* ille fuerit, cuius caedem ab Imperatore minime vindicatam defectioni Sarus praetexuit, obscurum est. Neque maior lux affulget iis, quae de *Charatone*, primario Hunnorum rege, et de *Donato* contra iurisiurandi fidem iugulato, suaque ad Hunnos legatione historicus subiicit. Certe vix ex eius narratione elici potest, cuias fuerit Donatus ille, aut quis fuerit Imperator, a quo ad barbaros missus sit.

P. 96 *Pag.* 7. D. [456, 4.] *Dardanus praefectus Iovinum sua manu percutiens interimit.* Prosper Pithoeanus in Chronico ad annum Honorii Imperatoris 19. Dardani huius meminit: sed quia locus vitiosa interpunctione laborat, quam auxit editio Andreae Duchesnii, ne incautis fraudi imposterum esse possit, integrum hic adscribere operae pretium censui: *Iovinus tyrannidem post Constantinum invadit. Industria viri strenui, qui solus tyranno non cessit, Dardani, Ataulfus, qui post Alaricum Gothis imperitabat, a societate Iovini avertitur. Salustius quoque et Sebastianus occisi. Valentia, nobilissima Galliarum civitas, a Gothis effringitur, ad quam se fugiens Iovinus contulerat.* Inde vero ad Imperatorem in Italiam missum Dardanus manu sua interemit, caputque eius ante portas Ravennae, regiae sub Honorio civitatis, palo affixum est. Quod enim *Carthago* dormitanti librario in locum *Ravennae* subrepserit, res clara est ex iis, quae de Constantino tyranno, eiusque filio Iuliano, Maximo (sic enim legendum, non Maximino,) atque Eugenio tyrannis subiungit. Corrigendus quoque Theophanes ad annum Theodosii quartum: *τούτῳ τῷ ἔτει ἐσφάγησαν ἐν Γαλλίαις Ἰουβιανὸς καὶ Σεβαστιανὸς οἱ λαμπρότατοι, καὶ ἦλθον αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν ἐν Ῥώμῃ, καὶ μεθ' ἡμέρας ε' ἐσφάγησαν Σαλούστιος καὶ Ἡρακλειανός.*

Pag. 8. B. [456, 19.] Bonifacii laudes Tiro Prosper pluribus exsequitur in fastis, cum ad annum Christianae aerae 422., Coss. Honorio XIII. et Theodosio X., tum ad 427., Hierio et

Ardabure Coss., et 432. sub Consulatu Aëtii et Valerii. Adde Idatium ad annum ab obitu Honorii VIII., Marcellinum Illyricianum iisdem Valerio et Aëtio Consulatum gerentibus, Iordanem de rebus Gothicis, Anastasium Bibliothecarium p. 39. et 40. editionis regiae, et ex eo consarcinatorem Miscellae Historiae libro 14. ac priorem utroque Theophanem ad annum Mundi 5931.: *δύο στρατηγοὶ ἦσαν Ἀέτιος καὶ Βονηφάτιος*, et quae sequuntur suo tempore vulganda: ex hoc quippe fonte cetera prodierunt, quae posteriores Graeci Latinique scriptores de ambobus a Theodosio Iuniore missis ad Valentinianum falso tradiderunt. Ceterum Massiliam, Phocaeensium in Narbonensi colonia nobilissimam coloniam, adversus Ataulfum industria et virtute Bonifacii *τοῦ γενναιοτάτου* strenue propugnatam, nullus, quod sciam, praeter Olympiodorum observavit.

Pag. 8. B. [457, 5.] Constantii Constantisque Consulatus anno congruit Dominici Natalis 414., quamquam solius occurrat Constantii mentio in Fastis Idatii et apud Tironem Prosperum. Designati vocem a Latinis ad Graecos transiisse, certum est. Meursius in Glossario, cui et hic Olympiodori locus poterit posthac interseri, ex Glossis Basilicorum illud unum in medium adducit: *δεσιγνατεύεσθαι, ἀποδείκνυσθαι.* Quod vero subdit non uno in loco noster hic Olympiodorus de immensis sumptibus in consulatu ac praetura fieri consuetis, collatis aliorum scriptorum laciniis, illustrare nec otium nec animus est. Videndus Iustus Lipsius similesque Romanae magnitudinis admiratores.

Pag. 8. C. [457, 9.] *Heraclianus affectatae tyrannidis nomine interemptus.* Paulo Orosio eiusque breviatori Paulo Longobardo, seu Landulfo Sagaci initio lib. 14. Miscellae historiae iunge Idatium et Marcellinum in Chronicis, qui plura habent notatu dignissima. Pauciora Prosper in Fastis Lucio V. C. Consule, cuius collegam vocat hunc Heraclianum. De eodem plura Zosimus suppeditaret eruditis, si integra ad nos illius historia pervenisset, cum libro quinto extremo doceat, occiso *Bathanario*, militum in magna Libya Magistro, quocum nupta Stilichonis soror erat, provinciam illam *Heracliano* traditam, qui manu sua Stilichonem interfecit, eiusque facinoris praemium honorem hunc tulit; et libro sexto Africam adversus submissos ab Attalo milites *Heracliani* opera in fide Honorii permansisse commemoret.

Pag. 8. C. [457, 19.] Quomodo Constantii forma digna imperio, si torvis magnisque oculis et subtristi tetricoque vultu, nec non capite plano, incumbens equi collo, et oblique huc illucque respectans? Sola erecta cervix imperatorium quid repraesentat, cum Magnus Constantinus inde etiam dictus fue- P. 97

rit τραχηλιας. Quid si εἰρωνικῶς ab Olympiodoro poëticum illud epiphonematis loco adiectum sit? De Candidiano plura pag. 15. D., ex quibus colligas Placidiae semper favisse, eius-
V. 203 que peregrinationum ac fortunae comitem et participem fuisse.

Pag. 8. D. [457, 23.] Ianuarium mensem nuptiis Ataulfi cum Placidia Narbone Marcio in aedibus Ingenii sive Eugenii cuiusdam celebratis praefigit Olympiodorus; alii vulgo annum designant Aerae Christianae 414. Idatius in Chronico de loco consentit: *Ataulfus apud Narbonam Placidiam duxit uxorem, in quo prophetia Danielis putatur impleta, qui ait filiam regis Austri sociandam regi Aquilonis, nullo tamen eius ex ea semine subsistente.* Qui enim ex iis natus est hoc vel sequenti anno Theodosius, morte paulo post obita prope Barcinonam tumulatus est. Iordanes de origine Gothorum scribens aberrat a veritate longius, tum quod Gallam Placidiam post mortem duntaxat Alarici Roma ab Ataulfo captivam abductam velit, tum quod nuptias antequam Alpibus superatis Gallias petiisset, coaluisse contendat Foro-Livii Aemiliae civitate, quam in Forum Cornelii Miscellae auctor, quisquis est, transformavit.

Pag. 8. D. [458, 3.] Ἐν παστάδι *in atrio* reddit Interpres: quid, si *aula* potius aut *thalamus?* unde et pastophoria, de quibus alias. At δωρεῖται certo certius hoc loco agendi verbum est. Quis enim novis nuptis oblata munera ignorat et Morganegibam, de qua noster Gregorius aliique? Sic igitur interpretationem recense: *Aliis insuper nuptialibus donis adiecit Ataulfus quinquaginta formosos pueros, sericis indutos vestibus, quorum singuli utraque manu binos ingentes discos ferebant, alterum auro plenum, alterum gemmis* etc.

Pag. 9. A. [458, 12.] Pro *Rustacio* sive *Rusacio* Interpres subrogare malit *Rusticium:* sed caveas confundas cum Decimio Rustico, qui ex Magistro officiorum factus tyrannorum praefectus, apud Arvernos ante biennium a ducibus Honorianis captus et crudeliter interemptus est cum Agroecio, ex primicerio notariorum Iovini, multisque nobilibus; ut memoriae prodidit Renatus Profuturus Frigeridus in iam saepe laudato apud Gregorium fragmento.

Pag. 9. A. [458, 15.] *Albinus urbi praefectus.* Gessit praefecturam urbanam anno 414., quo Placidiam duxit Ataulfus, ut miraculo proximum sit intra quadriennium Gothicae direptionis ruinas potuisse reparari. Cogitandum, an de hoc Albino egerit Rutilius Numatianus libro primo Itinerarii:

Iamque aliis Romam redeuntibus haeret eunti
Rufius Albini gloria viva patris,
Qui Volusi antiquo derivat stemmate nomen,
Et reges Rutulos, teste Marone, refert.

Huius facundae commissa palatia linguae,
Primaevus meruit Principis ore loqui.
Rexerat ante puer populos pro consule Poenos,
Aequalis Tyriis terror amorque fuit.

Albini praefecti urbis meminit antiquus Romae lapis, teste Onuphrio in commentariis ad librum tertium Fastorum:

D. N. FL. ARCADIO
PIO FELICI VICTORI AC TRIUMPHATORI
SEMPER AUGUSTO
CAECINA DECIUS ALBINUS V. C.
PRAEFECTUS URBI VICE SACRA IUDICANS
DEVOTUS NUMINI MAIESTATIQ. EIUS.

Pag. 9. B. [459, 3.] De Ataulfi nece eiusque successore Vallia Orosius, Philostorgius, Idatius, Iordanes, Chronicon Alexandrinum, Paulus Longobardus, Isidorus, nosque ex P. 98 iis aliisque historicis in Chronico novae Romae. Verum caedis illius auctorem Dubium Gothum plurimasque περιστάσεις Olympiodoro nostro debent antiquitatis studiosi, ut quae de Singerichi barbara crudelitate brevique septem dierum imperio subnectit. Iordanes aliud interfectoris nomen aliamque memorat causam necis, his verbis: *Tertio anno postquam Gallias Hispaniasque domuisset, occubuit gladio illo perforato Vernulfi, de cuius solitus erat ridere statura.*

Pag. 9. C. [459, 13.] *Singerichus, Sari frater.* Corrupta voce in Gothicis Iordanis Originibus *Regerinus*, Orosio, Isidoro aliisque melius *Segericus* sive *Sigericus* dicitur, quem plerique ob exiguum temporis intervallum ex albo Vesogothorum regum expungunt. *Παιδία* lege, non *παίδια*.

Pag. 9. D. [459, 16.] *Sigesari episcopi e sinu.* Ipsus ille videtur Gothorum episcopus Sigesarius, qui teste Sozomeno lib. 9. c. similiter 9. Alarico regi carissimus sacris baptismi undis Christiano ritu abluerat Attalum et Arrianis spem faciebat, ut, si is firmum obtineret imperium, in ecclesiis, sicuti Constantii et Valentis tempore, primatum obtinerent.

Pag. 10. B. [460, 2.] Valerium Thraciae praefectum fuisse imperante Constantio et ab eodem effossas argenteas statuas, ut facile concesserim Olympiodoro, ita falsum esse existimo, quod subiicit: eo primum tempore et hac occasione in Thraciam erupisse Gothos. Discimus enim ex historico Anonymo, cuius excerpta quaedam de rebus Magni Constantini post Ammianum Marcellinum edita sunt, iam a pluribus annis Thracibus infestos fuisse Gothos. Verba ita se habent in codice MS. R. P. Iacobi Sirmondi: *Item cum Constantinus Thes-*

salonicae esset, Gothi per neglectos limites eruperunt, et vastata Thracia et Moesia praedas agere coeperunt.

Pag. 10. B. [460, 24.] Quo tempore Leontius iste Olympiodori cura ac studio ad sophisticum thronum evectus est Athenis, (siquidem ordine temporum per singula decurrat oratio,) iam fatis concessisse videtur celeberrimus ille Atheniensis philosophus Leontius, pater Athenaïdis, quae ab Attico, patriarcha Constantinop., in baptismate Eudocia appellata Theodosii Imp. coniux fuit. Cuncta haec uberrima narratione explicat auctor Chron. Alex., cui suffragantem Theophanem ex MS. nostro cod. adiungo: *Λεοντίου τοῦ φιλοσόφου θυγατέρα Ἀθηναΐδα λεγομένην ἐβάπτισεν Ἀττικὸς καὶ Εὐδοκίαν μετωνόμασεν. ἥτις κατὰ γνώμην Πουλχερίας γαμεῖται Θεοδοσίῳ, κάλλει σώματος καὶ συνέσει ψυχῆς καὶ ἐν λόγοις διαπρέπουσα*: quam periocham, ut plerasque alias, praetermisit in sua historia ecclesiastica Anastasius Biblioth. De solenni pallii sophistici concessione, de balneari pompa, de sophistico throno, de pecunia danda scholarum antistitibus ac similibus, ne actum agam, consule Theatrum Rhetorum R. P. Ludovici Cressolii *τοῦ μακαρίτου*, ac nominatim cap. 16. lib. 3., capita priora lib. 4. et lib. 5. c. 5.

Pag. 10. D. [461, 19.] *ἀκρωμῖται*, (sic enim legend. est) Olympiodoro dicuntur *οἱ τῶν διατριβῶν προστάται*, vel quod aliis praeessent ac tanquam humeris omnes supereminerent, (quo sensu *οἱ μείζονες* dicuntur Hesychio *ἀκρωμῖται*,) vel quod laevo dextrove humero, aut etiam utroque quoddam doctrinae ac magisterii insigne gestarent: certe *τὸ μὲν ὑπερέχον τοῦ βραχίονος ἀκρωμία, καὶ ὤμου κεφαλὴ, καὶ ἐπωμὶς, καὶ ἀκροκωλία* dicitur Iul. Polluci lib. 2. c. 4. sect. 31. De *Trulis* ac *Trula* nihil mihi aliunde subsidii; cum Trullo ac trulla nihil notius sit.

Pag. 11. A. [462, 8.] Euphtii magistriani opera redditam fuisse fratri a Vesogothorum rege Vallia Placidiam firmatasque pacis conditiones, aliis indictum fuit. De Magistrianis sive Magisterianis, qui et Agentes in rebus dicti sunt, praeter Glossaria consule quae magno studio ac lectionis varietate collegit noster Heribertus Rosueydus in Onomastico ad Vitas Patrum.

Pag. 11. B. [462, 19.] De Oasi sive Avasi magna et parva eiusque ulteriore eremo plura hic congerere possem ex Ptolemaeo, Strabone, Stephano aliisque geographis, quibus et addere possem historicos, Herodotum in Thalia, Hieronymum in vita sancti Hilarionis, Zosimum libri 5. p. 787., Theodo-
P. 99 rum Lectorem libro 2. Collectaneorum, Euagrium libri primi cap. 7. ex litteris Haeresiarchae Nestorii, qui ibi in exilio periit. Verum tanto non est opus apparatu; sufficit digitum intendisse in fontes.

Pag. 11. D. [463, 13.] Herodori lucubrationes dum pro more diligenter colligit Io. Gerardus Vossius pag. 292. de historicis Graecis, miratus sum praetermissam fuisse citatam hoc loco ab Olympiodoro nostro historiam de Orpheo et Musaeo, in qua Beatorum insulam ἐπιθετικῶς *Phaeacidem* appellarat, ad similitudinem, ut opinor, Corcyrae Homericae, quam incolebant

Φαίηκες δολιχήρετμοι, ναυσίκλυτοι ἄνδρες.

Quod vero ad varios ipsius Homeri natales spectat, consule singularem doctissimi viri Leonis Allatii diatribam, qui totam hanc controversiam in favorem patriae suae ingeniose extricat.

Pag. 12. A. [464, 6.] Placidiae et Constantii nuptias Honorio Aug. XI. et Constantio iterum Coss., hoc est anno Christianae Epochae 417., illigat Olympiodorus, a quo haud multum abludunt Idatius in Chronico et Tiro Prosper in Fastis. Natam eodem exeunte anno aut potius sub initium sequentis Honoriam, verisimile est; Valentinianum autem, eius fratrem, Iulio duntaxat mense anni 419. in lucem prodiisse necesse est, ut anno 425., cum Imperator Romae renuntiatus fuit, septennis esse potuerit; quod postea testatur noster historicus. Consentit Marcellinus Comes in Chronico indictione II., Monaxio et Plintha Coss.: *Valentinianus Iunior apud Ravennam patre Constantio et Placidia matre quinto Nonas Iulias natus est.* Prosper in Fastis diem hunc annum- V. 204 que natalem uno antevertit, et consulatu Honorii duodecimo ac Theodosii octavo temere consignat, cum a Calendis Ianuariis anni 417., quo die consulatum iniit Constantius, et, Honorio conciliante nuptias, Placidiae convenit in manum, ad Calendas Iulias anni 418., octodecim tantummodo numerantur menses, intra quos Honoriam ac Valentinianum natos affirmare non patitur naturalis partus humani conditio.

Pag. 12. B. [464, 17.] Constantium ab Honorio in consortionem imperii adscitum non 7. integros menses explevisse constans est Olympiodori aliorumque sententia, fatali illo somnio subnixa: *Sextus abiit, septimus inchoatur.* Quo fit, ut assentiri nequeam Prospero, qui in Fastis Agricola et Eustathio Coss. Constantii mortem collocat, cum anno praecedente donatum imperatoria dignitate scribat; multo minus Idatio in Chron. Constantium Imp. Ravennae mortuum suo tertio consulatu affirmanti: cum certum sit ex libro 3. Cod. Theod., adhuc anno Christi 421., Coss. Agricola et Eustathio, superstitem fuisse cum Honorio et Theodosio Constantium paulo ante Calendas Augusti. Aberrat quoque in Chronico a V. C. Pithoeo edito sive idem, sive diversus Prosper, dum ad annum Honorii 29. differt Constantii obitum his verbis: *Constantio dignitas imperii ab Honorio* (non) *sponte* (excusis negationem deesse arbitror) *delata; qua vix octo mensibus*

usus interiit Valentiniano octo (lege *duorum*, aut ad summum *trium*) *annorum filio derelicto*. Omnium accuratissime Theophanes in codice MS., quem penes nos habemus, nisi quod iugulatum fingat, quem ceteri pleuritide exstinctum volunt: *τούτῳ τῷ ἔτει Κωνστάντιος ὁ πατὴρ Οὐαλεντινιανοῦ ἐβασίλευσε πρὸ ἓξ εἰδῶν Φεβρουαρίου καὶ ἐσφάγη πρὸ δ' νονῶν Σεπτεμβρίου*. Certe ab octavo Februarii die ad secundum diem Septembris non integri septem fluxere menses, sicque sua somnio et historicorum testificationi veritas constat, ut necesse sit falli plerosque omnes chronologos, qui cum Tirone Prospero duobus annis Iulianis, etsi non integris, Constantium imperasse asserunt, aut uno saltem anno mortem eius praevertunt, neque diem, quo diademate ornatus, aut quo vita simul regnoque exutus est, ulla ratione designant.

P. 100 *Pag*. 12. B. [464, 21.] *De Constantii Imp. electione nuntius mittitur*. Philostorgius non nuntium duntaxat ad Theodosium Constantinopolim ab Honorio Constantioque ablegatum refert, sed ex recepto more missas simul asserit electi Augusti imagines, quas labrata sive laurata fuisse appellatas pluribus exemplis firmat Ioannes Meursius in Glossario mixobarbaro. Quibus addere possumus inter cetera Chronicon Alexandrinum de Anthemio: *καὶ εἰσῆλθεν τὰ λαβράτα αὐτοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει διὰ Φερεντίου ἐπάρχου πόλεως*. Quod vero *Occidentem* pro *Oriente* hoc quoque loco temere subrogatum vides, culpae potius librarii properantis, quam eruditi Interpretis *μνημονικῷ ἁμαρτήματι* tribuere soleo, quemadmodum in notis Theodori Douzae ad Acropolitae Logothetae Chronicon Constantinopolitanum, in emendationibus Friderici Morelli ad librum alterum de thematibus Constantini Porphyrogeniti, aliisque non semel me observasse memini.

Pag 12. D. [465, 9.] *Theudericus Valliae suscepit imperium*. Hinc ergo confutare possis eos, qui Valliae regnum Vesogothicum ad 13. pluresve annos prorogant, qua de re adversus Iornandem aliosque disputavimus suo loco. Theodoricus vulgo dicitur, addito Maioris sive Senioris cognomine, ut a Iuniore Theodorico discerni facilius possit, qui, fratre Thorismundo interfecto, regnum Vesogothorum occupavit, pari scelere ab Eurico fratre postea peremptus anno Dominici Natalis 469.

Pag. 12. D. [465, 14.] *Uraniam*. Mihi dubium non est aberrasse Interpretem, qui ad infaustum hoc insolensque meteoron refert, quod Hispani nautae *san Telmo*, nostrates Galli *le feu saint Elme*, *ou sainte Helene* nuncupant. Neque enim Castor et Pollux, aut ipsum Helenae sidus inter prodigia numerantur, cum non raro appareant, neque tanta illis inesse vis perhibetur a physicis, ut malos suo pondere deprimant

navesque demergant pelago. De psittacis adi ex Plinio aliisque Gesnerum, Aldrovandum similesque racematores.

Pag. 13. A. [465, 21.] *Blemmyae barbari apud Talmin.* Noti Blemmyae sive Blemyes priscis scriptoribus, Theocrito Idyllio 7., Dionysio Characeno, Straboni, Melae, Plinio, Ptolemaeo, Stephano, Ammiano Marcellino lib. 14., Zosimo lib. primo, Heliodoro, Procopio, Prisco in Excerptis de legationibus p. 40. editionis regiae, aliisque passim. Unum hic Claudianum affero, ut de *Syene* in locum *Soines* reponenda coniecturam Interpretis firmem:

Et loca continuo Solis damnata vapore
Irrorat, populisque salus sitientibus errat
Per Meroën Blemyasque feros atramque Syenen.

In Aethici sive Antonini Itinerario pag. 35. editionis Coloniensis: *Item per partem Arabicam trans Nilum: contra Pselcim, contra Talmis, contra Tahis,* (forte Tapis seu Thapis, in editione Iosiae Simleri Tafis, et paulo ante in codice regio Thafis seu Taphis,) *Philas,* (apud Simlerum mendose *Filas,*) *Syenem, Ombos, contra Apollonos, contra Laton, Thebas* etc. Occurrit quoque in alio itinere *Peniconon,* vel, ut habet editio Simleri, *Phoenico Niconon,* quod forte in *Phoenicon iconon* mutare possis. In Notitia utriusque imperii: *Ex laterculo minore Ala VIII. Palmyrenorum Phoenicone;* et in vetusto exemplari, teste Hieronymo Surita, *Aulae Dei Foenitionis.*

Pag. 13. A. [466, 3.] διέχοντος ἀπὸ τῶν Φιλῶν. Sic legendum, non φίλων, aut φύλων, ut suspicabatur Interpres; a quo male acceptum locum hunc admodum difficilem et intricatum ita verto: *Quae loca cum peragrarem, Talmin usque accessi et a Philis quinque dierum intervallo progressus aliam civitatem lustravi, quam Romani eam ob causam dixere Primam, quod in Thebaïdem e barbarorum regione venientibus prima occurrat. Eodem nunc quoque nomine appellatur* etc. Ita quidem si διέχοντα legas; sin vero διεχούσης substituas et ad genitivum τῆς Τάλμεως referre malis, *Talmin quinque dierum spatio a Philis distantem* habebis, cum tamen in Antonini Itinerario inter utramque civitatem tantum millia passuum 34. numerentur, et inter Talmin et Thebas septem supra ducenta, quae quinque dierum spatium superare videntur: P. 101

Contra Talmis.	
Contra Tapis.	M. P. X.
Philas.	M. P. XXIIII.
Syenen.	M. P. III.
Ombos.	M. P. XXX.
Contra Apollonos.	M. P. XL.
Contra Laton.	M. P. XL.
Thebas.	M. P. XL.

De Philis nihil addam ad ea, quae collegerunt duo subacti cum primis iudicii scriptores, Hieronymus Surita in notis ad Itinerarium Antonini, et Henricus Valesius in animadvers. ad Excerpta Prisci Rhet. p. 208. editionis regiae.

Pag. 13. C. [466, 23.] *Libanius praestigiator atque infidelis.* Haec ad annum 421. omnino pertinent, quo Constantius ab Honorio Augusto in communionem honoris atque imperii die 8. Februarii evectus, nondum elapsis septem mensibus integris, die secunda Septembris defunctus est, ut ex Theophanis Chronico paulo ante docebamus.

Pag. 13. C. [467, 1.] *Κωνστάντιος Ἰλλυριὸς ἦν τὸ γένος ἀπὸ Παναίσου πόλεως τῆς Καδίας.* Lege meo periculo *ἀπὸ Ναίσου*, sive, facta diphthongi solutione, *Ναΐσου πόλεως τῆς Δακίας.* Naesus, sive Naïsus, Naïssus, aut Nainsus plerisque veterum nota civitas: Ammiano Marcellino tum lib. 26., tum maxime 21., ubi dicitur *copiosum oppidum et civitas circumsessa quidem aliquoties, nunquam tamen excisa aut dedita;* Zosimo Comiti et Marcellino Illyriciano, ut ceteros omittam. Panaesus vero civitas, ut et Cadia provincia in Illyrico, omnibus incognitae. *Naissum* inter *Pompeios* et *Remessianam* collocat Antonini Itinerarium, Moesiaeque videtur adscribere, si quae fides additis ad oram libri in editione Simleriana provinciarum nominibus. Stephanus Byzantius, seu potius eius breviator Hermolaus, Thraciae vindicat: *Ναίσσος πόλις Θρᾴκης, κτίσμα καὶ πατρὶς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως:* quod ultimum de natali urbe Magni Constantini pluribus argumentis corroborat V. C. Henricus Valesius in notis ad Ammianum. Ego vero ceteris praeferendam arbitror Olympiodori nostri sententiam, qui Naissum in Dacia collocat; nam, ut nihil dicam de Itinerario Burdegalensi a Petro Pithoeo primum edito, ubi in finibus Daciae Mysiam inter ac Thraciam ponitur, controversiam omnem decidit Hierocles Grammaticus in veteri provinciarum civitatumque Notitia.

Ἐπαρχία Δακίας μεσογείου ὑπὸ κονσουλάριον πόλεις ε'.
Σαρδικὴ μητρόπολις.
Πανταλία.
Γερμάη.
Ναίνσος.
Ῥεμεσιάνα.

V. 205 Neque otiosum fortassis fuerit addere, quod annotavit Hieronymus Surita ad Antonini Itinerarium: *Cedrenus de rebellione in Pannonia a Bulgaris facta pag.* 625. (quae est 745. editionis regiae) *Ναΐσσου meminit. Et Ptolemaeo inter Dardaniae urbes Νεσὸς recensetur, forte pro Ναίσσος: cui adiunguntur Ulpianum et Scupi; et Cedrenus Naisso adiungit Scupias, quam*

primariam Bulgariae urbem esse asserit. Haec ille, quae ad examen revocanda erunt alio in opere.

Pag. 14. A. [467, 18.] *Leontio Placidiae curatore.* Mirum quid de cura Palatii, sive de officio Curopalatae hic in mentem venerit Interpreti, cum κουράτωρ idem sit, qui procurator et administrator, διοικητής, κτημάτων ἀρχὴν εἰληχώς, qui postea λογοθέτης, aut saltem, auctore Hesychio, vox illa τροφέα καὶ παιδοτρόφον nonnunquam sonet. Elpidiam nutricem Placidiae omnes agnoscunt: de Spadusa, fuerit necne, ambigi potest. Hanc si expungas, aliam in eius locum substitui postulat orationis ipsius contextus. P. 102

Pag. 14. B. [468, 1.] De Placidia Constantinopolim cum filio pulsa ac de obitu Honorii Imp. non 6., sed 18. Calend. Septembris, sive 15. Augusti anni 423., Asclepiodoto et Mariniano Coss., passim omnes loquuntur historici et chronicorum fastorumque scriptores: quemadmodum de Bonifacio, ἀνδρὶ ἡρωϊκῷ, et de Ioanne tyranno, de quo praeter Suidam consulendi Philostorgius, Socrates, Renatus Frigeridus, Sozomenus, Procopius aliique.

Pag. 15. A. [469, 12.] Romanarum aedium magnificentiam, Thermas publicas, civium opes moeniumque urbis amplitudinem copiose explicant Iustus Lipsius, Alexander Donatus aliique. De Probis vero, Olybriis, Maximis, Symmachis ceterisque eiusmodi Romanae urbis proceribus priscae inscriptiones, quas summa diligentia unum in corpus redegit Ianus Gruterus, plura subministrabunt; cum coaetaneis scriptoribus, Ausonio, Symmacho, Prudentio, Claudiano, Paulino etc.

Pag. 15. C. [470, 17.] *Extremas Italiae oras.* Quid, si *Hispaniae* legas, et de freto Herculeo, Tartesso Gadibusque intelligas? quo sensu facilis tum erit atque expeditus per Oceanum ad inferos, hoc est, ad Antipodas, descensus.

Pag. 15. C. [471, 2.] Valentiniano redditum Constantinopoli a Theodosio Nobilissimi titulum, tum Thessalonicae collatam Caesaris dignitatem opera Helionis, magistri officiorum, exeunte anno 423. aut sequentis initio, quo quintum agebat annum, docet Olympiodorus, cui ferme in omnibus subscribit Philostorgius. Quae praeeunt verba, sic clarius poterant reddi: *Submissus quoque exercitus, cui praeerant utriusque militiae dux Ardaburius, filius eius Aspar, et Candidianus.* Ardaburium captum in manus Ioannis tyranni venisse, priusquam Aspar, eius filius, ab Imperatore cum potestate mitteretur, multi referunt. Vide inter ceteros Socratem Scholasticum libri 7. cap. 23., ubi de Ravenna ductu Angeli pastoris habitum ementiti ab eodem Aspare capta longam narrationem texit, quam confirmat Theophanes in Chronico, atque ex eo Anastasius Bibliothecarius pag. 56. editionis regiae, et Paulus

Diaconus, sive potius Landulfus Sagax Miscellarum historiarum lib. 14.

Pag. 16. A. [471, 14.] *Helion Magister officiorum et Patricius.* Helionis huius meminit Socrates tum lib. 7. cap. 20., ubi legatum ad Persas refert, ut cum illis pacem constitueret: πέμπει οὖν Ἡλίωνα, ἄνδρα, ὃν πάνυ διὰ τιμῆς ἦγεν, tum eiusd. libri cap. 24., dum Valentiniano missam a Theodosio consobrino coronam imperatoriam testatur. Corrigendus interim Theophanis locus in MS. nostro codice, cuius haec sunt verba: Θεοδόσιος διὰ Λήϊνος πατρικίου στέφανον βασιλικὸν ἔπεμψεν τῷ Οὐαλεντινιανῷ ἐν Ῥώμῃ: scribe Ἡλίωνος, ut res ipsa loquitur, quamquam Anastasius Bibliothecarius et Miscellae Auctor sententiam istam praeterierint. Corrigendus quoque is, quem mox appellavi, Anastasius, dum Heleonem vocat: *Mittit legatarios Heleonem Patricium, quem valde honorandum ducebat,* [non *dicebat,* ut excusum est in Miscella,] *et Anatolium, Orientis Stratigon.* Scio Socratem de tempore missae illius ad Persarum regem legationis cum Theophane eiusque interpretibus non convenire. Verum hanc litem dirimere non est huius operae, quam modo aggressi sumus. Ad Candidum itaque eique adiunctum Theophanem Byzantium transeamus.

P. 103

E CANDIDO ISAURO.

Candidum ex Tracheotide sive aspera Isauria oriundum, ibidem exceptoris notariive officio apud magistratus functum fuisse ac religione Christianum Chalcedonensisque Synodi defensorem acerrimum praemittit Photius, qui in eius stylum pluribus censuram paulo post exercet. Nec plura de eo praefari hic possumus, cum nulla ipsius apud ceteros scriptores hactenus oblata sit mentio.

Pag. 17. A. [472, 2.] Λέων ἦν ἐκ Δακίας τῆς ἐν Ἰλλυριοῖς. Daciam fuisse duplicem, Trans-Danubianam scilicet sive veterem, quam Gothiam ac Gepidiam suo tempore dictam fatetur Iornandes, et novam cis Danubium sitam, in duas postea, Ripensem Mediterraneamque, divisam norunt eruditi. Hanc ad prioris distinctionem Δακίαν τὴν ἐν Ἰλλυριοῖς, Daciam Illyricam vocat sive Photius, sive is cuius verba sententiasque excerpit, Candidus, qui tribus libris historiam annorum 35. complexus est. Totidem quippe fluxerunt ab anno Dominici Natalis 457., (quo, studio praesertim Asparis, genere Alani, Ardaburii, de quo ad Olympiodorum diximus, filii, Marciano Augusto suffectus est Leo Imperator,) usque ad mor-

tem Zenonis et Anastasii Silentiarii anno 491. factam Ariadnae opera inaugurationem. Leonem hunc alii Thracem appellant, et cognominatum fuisse Magnum, Seniorem ac *Μακέλλην* volunt. Theodorus Anagnostes libro primo Collectaneorum: *προχειρίζεται δὲ εἰς βασιλέα Λέων τις Θρᾷξ μὲν τὸ γένος, τριβοῦνος δὲ τὴν ἀξίαν*, quam dignitatem Candidus longa circuitione exponit: *στρατιωτικῷ παραγγείλας τάγματι καὶ τελῶν ἄρξας τῶν ἐν Σηλυμβρίᾳ*. De patria et officio consentit Theophanes in Chronico iisdem usus verbis, quibus subnectit: *μηνὶ Φεβρουαρίῳ, Ἰνδ. ιʹ στεφθεὶς ὑπὸ Ἀνατολίου πατριάρχου*, quod an verum sit, in Chronico videbimus.

Pag. 17. A. [472, 6.] *Ardaburium, Patricium et Hermenarichum.* Tres Asparis filios ex tribus uxoribus susceptos memorat Candidus. De quibus plura paulo post, cum ex ipsomet, tum ex aliis coaetaneis scriptoribus dicentur a nobis; interim observa, implexam nimis apud Zonaram orationem levi mutatione sanari posse: *εἶχον ἀνάγκῃ Καίσαρα ποιεῖ ἀπὸ πατρικίου* (lege *τὸν Πατρίκιον*) *τὸν τοῦ Ἄσπαρος παῖδα, Ἀρδαβουρίου δὲ ἀδελφόν.*

Pag. 18. A. [473, 12.] *Isauriam ab Esau nomen mutuatam.* Idem quoque infra eadem pagina inculcat. Sed de hac originatione mirum apud ceteros silentium.

Pag. 18. A. [473, 14.] *Leonis per Asparem electionem.* Auctor Chronici Alexandrini ab exercitu creatum Leonem Magnum testatur 7. Idus Februarii, Constantino et Rufo Coss., anno Dominici Natalis 457.: *καὶ ἐπήρθη Λέων ὁ μέγας βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ ἐξερκέτου μηνὶ Περιτίῳ πρὸ ζʹ ἰδῶν Φεβρουαρίου.* Propius ad Candidi narrationem accedit tum Suidas in voce Ardaburius, tum Priscus Rhetor apud Euagrium l. 2. cap. 16.: *ἅπερ ἀκριβέστατα Πρίσκῳ τῷ Ῥήτορι πεπόνηται. ὅπως τε δόλῳ περιελθὼν ὁ Λέων μισθὸν ὥσπερ ἀποδιδοὺς τῆς ἐς αὐτὸν προαγωγῆς ἀναιρεῖ Ἄσπαρα τὴν ἀρχὴν αὐτῷ περιθέντα, παῖδάς τε αὐτοῦ Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον, ὃν Καίσαρα πεποίητο πρότερον, ἵνα τὴν Ἄσπαρος ἄνοιαν κτήσηται*, seu potius *εὔνοιαν*, ut iampridem emendavit doctissimus Iacobus Billius lib. 1. cap. 38. Observationum sacrarum. Aspari Senatum coniungit Constantinus Manasses in compendio Chronico pag. 58. editionis regiae:

Ἡ σύγκλητος σὺν Ἄσπαρι τῷ τότε πατρικίῳ
Εἰς Λέοντα κατάγουσι τὴν σκηπτροκρατορίαν.
Τὸν φροντιστὴν τὸν λογιστὴν τῶν Ἄσπαρος πραγμάτων,
Καθυποσχόμενος αὐτῷ θάτερον τῶν υἱέων
Τῷ στέφει τοῦ Καίσαρος τὴν κεφαλὴν κοσμῆσαι·
Οὐδὲ γὰρ ἦν τὸν Ἄσπαρα κράτους ἐπιλαβέσθαι
Τῇ λύσσῃ κατεχόμενον Ἀρείου τοῦ βεβήλου

P. 104 *Pag.*18. A. [473, 15.] *De urbis conflagratione exorta.* Primum illud sub Leone Imperatore incendium regiae urbis fusissime describit Euagrius lib. 2. cap. 13.: *ἐν μὲν τῷ βορείῳ κλίματι, ἐν ᾧ καὶ νεώρια τῆς πόλεως καθεστᾶσιν ἀπὸ τοῦ καλουμένου βοὸς πόρου μέχρι τοῦ παλαιοῦ Ἀπόλλωνος· ἐν δὲ τῷ νοτίῳ ἀπὸ τοῦ Ἰουλιανοῦ λιμένος μέχρι οἰκιῶν οὐ πολὺ κειμένων τοῦ εὐκτηρίου τῆς ἐπίκλην ὁμονοίας ἐκκλησίας· ἐν δὲ τῷ μεσαιτάτῳ τῆς πόλεως μέρει ἀπὸ τοῦ Κωνσταντίνου προσαγορευομένου φόρου μέχρι τῆς τοῦ ταύρου καλουμένης ἀγορᾶς.* Quibus ac praecedentibus maxime verbis
V. 206 significat, quam foede grassata sit haec clades et quantam urbis partem flamma populata sit. Eiusdem conflagrationis mentio apud Priscum in Excerptis Legationum pag. 43. D. editionis regiae, et Marcellinus Comes in Chron., *Basilisco et Hermenerico Coss.*, hoc est, anno Christi 465., *Constantinopolim magno invasam incendio facieque foedatam deplanxisse*, memorat. Diem praescribere videtur Theodorus Anagnostes Magnae Ecclesiae lib. 1. Collectan.: *ἐμπρησμὸς ἐγένετο μέγας τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ἀπὸ τοῦ νεωρίου ἀρξάμενος, καὶ φθάσας ἕως τοῦ ἀποστόλου Θωμᾶ τοῦ Ἀμαντίου.* Quo tempore idem testatur, Marcianum Oeconomum super tegulas ecclesiae sanctae Anastasiae conscendisse, et Euangeliis manu prehensis precibus lacrimisque templum illud illaesum servasse. Eadem habet Theophanes in Chronico iisdemque paene verbis, hoc duntaxat insuper addito, quod ad annum Leonis quintum atque indictionem XV., sive annum Dominici Natalis 461., incendiariam illam populationem referat, in quo, ut vides, quadriennio dissidet a Marcellini calculo. Chronicon Alexand. duplex distinguit incendium, et primum quidem accidisse refert Basilisco et Armenarico Coss., post dies 30. ab iniusta caede Menae, praefecti vigilum, ac vindicta numinis conflagrasse in urbe octo regiones 2. Sept. fer. 4. Indict. III., (seu potius IV.,) cum celebraretur memoria S. Mamantis. Alterum vero refert ad annum Christi 469., Zenone et Marciano Coss., quo arsisse urbem scribit a mari ad mare. Utrumque videtur confudisse Zonaras, apud quem leges, Asparem tunc vas aqua plenum humeris ferentem vicos percurrisse, populum cohortatum fuisse et singulis nummum argenteum pro mercede dedisse.

*Pag.*18. A. [473, 17.] *De Titiano et Viviano.* Reponendus forte pro Titiano Tatianus, de quo Priscus Historicus in Excerptis Legationum pag. 74. editionis regiae: *ὅτι ἐπὶ Λέοντος βασιλέως Ῥωμαίων ἐπρεσβεύετο παρὰ μὲν Βανδήλους ὑπὲρ Ἰταλῶν Τατιανὸς ἐν τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ καταλεγόμενος*, quae verba ibidem habentur p. 43. D. Vivianus vero sive Bibianus anno Dominici Natalis 463., Ind. 1., cum Felice,

aut, ut alii habent, Basilio Consulatum gessit, quemadmodum discimus ex Fastis Consularibus apud Cassiodorum, Marcellinum et Auctorem Chronici Alexandrini.

Pag. 18. A.[473, 20.] *Tarasicodisam, Rusumbladeoti filium.* Patrem Zenonis solus, quod sciam, commemorat Candidus: de patria nemo ambigit. Primigenium autem illius ac barbarum nomen varie a variis concipitur, ut fieri amat in peregrinis vocibus. Omnium maxime aberrat a recto tramite Euagrius lib. 2. cap. 15.: *Λέων δὲ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ Ἀριάδνῃ προσλαμβάνεται Ζήνωνα, Ἀριχμῆσον μὲν ἐκ σπαργάνων καλούμενον.* Rectius Agathias Scholasticus libro 4. pag. 135. editionis Graecae: *Ζήνων ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ὁ Ἴσαυρος, ὃς δὴ πρώην Ταρασισκωδίσεος ἐπωνομάζετο, ὑπὸ Ἴλλου τε καὶ Βασιλίσκου καὶ Κόνωνος ἐπιβουλευθεὶς, συνεργούσης ἐς τὰ μάλιστα καὶ Βηρίνης, ἐκπέπτωκε τῆς ἀρχῆς* etc. Interpres dialysi vitiosa usus sic vertit pag. 127.: *Zeno ille Isaurus Romanorum Imperator, qui antea Tarasis Codiseus cognominabatur, insidiis ei per Hillum et Basiliscum et Cononem structis, coadiuvante praecipue Berine, imperio excidit* etc. Auctor Chronici Alexandrini errandi ansam Vulcanio praebere poterat, si iam e tenebris in lucem editus fuisset: sic enim dimidiatam duntaxat vocem usurpat Ind. XII., sub Consulatu Leonis Iunioris: *ἐβασίλευσε Ζήνων ὁ Κοδισεὺς ὁ Ἴσαυρος μετὰ τοῦ ἰδίου ἐκγόνου Λέοντος ὀλίγον χρόνον.* Theophanes in Chronico ad annum Zenonis 8. sacram Verinae Augustae, Zenonis socrus, refert, in qua imperium se Zenoni tradidisse gloriatur: *ἴστε, ὅτι τὸ βασίλειον ἡμέτερόν* P. 105 *ἐστι, καὶ ὅτι μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ ἐμοῦ ἀνδρὸς Λέοντος προεχειρισάμεθα βασιλέα Ταρασκαλισαῖον τὸν μετακληθέντα Ζήνωνα* etc. Certiora de his affirmare possemus, si iniuria temporum non periisset Eustathii Syri lucubratio, in qua, teste Euagrio mox citato, *unde iste Zeno ad tantam dignitatem ascendisset, et quam ob causam omnibus a Leone fuisset praelatus*, commemorabatur.

Pag. 18. B. [473, 22.] *Ardaburium.* Hunc maiorem natu Asparis filium avoque suo cognominem a Leone Aug. Caesarem creatum fuisse persuadebit Interpres Euagrii iis, qui, usitato plurimis more, Graeca consulere dedignantur. Locum vide, quem paulo ante exscripsimus. Priscus pag. 40. editionis regiae, ab eo superatos Saracenos ad Damascum, memorat. Eundem tyrannidem in Occidente molientem expulit Anthemius Imperator apud Cassiodorum in Chron., Marciano et Zenone Coss., Chronicon Alexandrinum, Rusticio et Olybrio Coss., anno Christi 464., Ind. II., scribit e vita migrasse sanctum Symeonem Stylitam, *ὄντος τότε κόμητος ἀνατολῆς Ἀρδαβουρίου τοῦ πατρικίου τοῦ υἱοῦ Ἄσπαρος τοῦ στρατη-*

λάτου. Videndus etiam Suidas in Excerptis nostris pag. 54. editionis regiae.

Pag. 18. B. [474, 5.] Patricium Caesarem, Asparis filium, excepta duntaxat plaga, praeter opinionem salvum evasisse ac fuisse superstitem, solus, quod viderim legerimve, testatur Candidus: alii quippe omnes una cum Aspare filios Ardaburium atque Patricium interemptos fuisse memorant: Marcellinus Illyricianus in Chron. Ind. IX. Leone Aug. IV. et Probiano Coss., hoc est anno Christi 471.: *Aspar, primus Patriciorum, cum Ardabure et Patriciolo filiis, illo quidem olim Patricio, hoc autem Caesare generoque Leonis Principis appellato, Arrianus cum Arriana prole spadonum ensibus in Palatio vulneratus interiit.* Chronicon Alexandrinum, etsi non suo loco, Pusaeo et Ioanne Coss., hoc est anno Christi 467.: *Τούτῳ τῷ ἔτει τυραννίδα μελετήσαντα* (sic enim legendum est, non *μελετήσας τις,*) *Ἄσπαρα τὸν πατρίκιον, ὡς πρῶτον τῆς συγκλήτου, ἐφόνευσεν ἐν τῷ παλατίῳ ἔσω, καὶ Ἀρδαβοῦριν καὶ Πατρίκιον τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἐν κομβένδῳ καὶ αὐτοὺς συγκλητικοὺς ὄντας, κατακόψας τὰ σώματα αὐτῶν.* Damascius in vita Isidori Philosophi apud Photium Cod. 242.: *ἡγεμόνα τῶν Γότθων Ἄσπερα βασιλεὺς Λέων ἐδολοφόνησεν, αὐτὸν καὶ παῖδας*, ut omittam ea, quae de spectro Anthusae in nubibus oblato fabulatur. Theophanes in Chronico bis terve illud idem repetit, aperitque causas, cur Aspar Leoni suspectus fuerit: eamque praecipue aliis intactam, quod Zenoni, genero Imperatoris, in Thraciam misso, insidias tetendisset Aspar, occidissetque imparatum, nisi re detecta Sardicam Zeno aufugisset. Scio Procopium lib. 1. Vandalic. solius Ardaburii cum patre caesi meminisse, sed de Patricio salvo ne *γρῦ* quidem. Cur vero Patricius Caesaris dignitatem prae Ardaburio fratre natu maiore nactus sit, discimus ex eodem Theophane, qui quoniam nondum editus est, verba illius ex nostro Codice MS. tibi repraesentabimus: *Τούτῳ τῷ ἔτει Λέοντος ιβ΄ Πατρίκιος ὁ υἱὸς Ἄσπαρος, ὃν Καίσαρα ὁ βασιλεὺς Λέων πεποίηκε διὰ τὸ ἑλκύσαι τὸν Ἄσπαρα ἐκ τῆς Ἀρειανικῆς δόξης καὶ εὐνοεῖν τῷ βασιλεῖ, παρεγένετο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ μεγάλης φαντασίας* etc. Quod si verum est, immerito Marcellinus Asparem eiusque filios, cum occisi sunt, Arianae haereseos crimine infamat. Porro, ne id fugiat ad alia properantem, Victor Tunnunensis in Chronico: *Ioanne et Severo Coss.*, hoc est anno 470., *Leo Augustus Patricium, Asparis filium, Caesarem facit;* tum anno sequenti: *Leone Augusto V. et Probino Coss. Aspar et duo filii eius, Patricius Caesar et Ardaburius CP. praecepto Leonis occiduntur.*

Pag. 18. B. [474, 7.] *Alius item de Aspari filiis, Armenarichus, caedem effugit.* Nomen illud variis modis pingitur in

editis manuscriptisque codicibus. Damascius in vita Isidori Philosophi Armerichum vocat, docetque, Severiani adversus Zenonem coniurationem ab eo fuisse detectam: Ἀρμερίχου τοῦ Ἄσπερος παιδὸς ἐξειπόντος τὴν συνωμοσίαν τῷ Ζήνωνι. Basilium et Hermenericum Coss. anno Christi 465. assignat Marcellinus Comes: Herminericus dicitur Cassiodoro, Fastis P. 106
vero Siculis sive Chronico Alexandrino Ἀρμενάριχος. Theophanes in Chron. Armenarichi huius non meminit.

Pag. 18. C. [474, 8.] *Zenonem data Ariadne filia generum adscivit et in Oriente ducem exercitus creavit.* Iam ab anno Leonis Imp. septimo Theophanes Zenonem generum Leonis appellat et in Orientem missum scribit: Λέων ὁ βασιλεὺς Ζήνωνα τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ στρατηγὸν τῆς ἑῴας πάσης πεποίηκε etc., quae sic Latine reddidit Anastasius Biblioth. in Hist. Eccl. p. 44. edit. Lupar., quae sub praelo calet: *Per idem tempus Leo Imp. Zenonem, generum suum, Magistrum totius Orientis fecit, et Basiliscum, fratrem Verinae Augustae, Magistrum Thraciae constituit. Zeno autem veniens Antiochiam invenit in ea episcopum sacrum Martyrium. Petrus autem Cnapheus sequebatur Zenonem* etc., quae ad institutum nostrum non pertinent. Anno vero eiusdem Leonis 13. idem Chronographus, antequam caedem Asparis filiorumque eius referat, Zenonem similiter, generum Leonis, in Thraciam missum asserit. Theodorus quoque Lector lib. 1. Coll. Zenonem στρατηλάτην καὶ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ Ἀριάδνῃ τοῦ Λέοντος appellat, eum Antiochiam venisse asserit cum Petro Cnapheo, templi sanctae Bassae martyris, quod Chalcedone erat, presbytero. At vero Candidus noster, Marcellinus et quidam alii nuptias Leonis cum Ariadna post necem Asparis differre V. 207
videntur: *Sunt tamen quidam auctores*, inquit Zonaras, *Asparem et Ardaburium ea gratia a Leone interfectos, ut nepotem ex filia Leonem Iuniorem Imp. crearet, veritum illorum potentiam, ne despecta huius infantia imperium sibi vindicarent.*

Pag. 18. C. [474, 10.] *Quae in Africa secunda adversaque gesserit Basiliscus.* Huius aliorumque ducum infelicem in Africa expeditionem pluribus in Chronico exponemus ex Idatio, Marcellino, Theodoro Lectore lib. 1. Collect., ubi inter cetera: Βασιλίσκος χρήματα λαβὼν πάντα προέδωκε παραινέσει Ἄσπαρος, Procopio lib. 1. Vandalic., Theophane, Zonara, Cedreno, Constantino Manasse, Nicephoro aliisque. Quaedam hic in antecessum verba Theophanis repraesento ex MS. nostro Codice: ναυμαχίας πολλάκις τοῦ Γεντζερίχου μετὰ τῶν νηῶν τῷ βυθῷ παραδοὺς, εἶτα καὶ αὐτὴν ἠδυνήθη Καρχηδόνα κρατῆσαι, ὕστερον δὲ ὑπὸ Γεντζερίχου καὶ πλείστοις χρήμασι δελεασθεὶς ἡττήθη ἑκὼν, ὡς Περσικὸς (forte Πρίσκος) ἱστόρησεν ὁ Θρᾷξ.

Pag. 18. C. [474, 16.] *A Leone filio Zenonem patrem Imperatorem coronatum.* Videndi Theodorus Lector, Theophanes, Marcellinus, Euagrius, Chronicon Alexandrinum, Procopius lib. 1. de bello Vandalic., aliique passim. Unum hic tacere non possum, Victorem Tunnunensem in Chronico affirmare, Leonem illum Iuniorem ad necem a Zenone patre quaesitum, ab Ariadna matre servatum fuisse: *Alium*, inquit, *pro eo eius uxor similem puerum ad mortem obtulit, et Leonem eundem Augustum occulte totondit, eumque clericum unius ecclesiae CP. fecit. Qui Leo usque ad Iustiniani principis tempora vixit.* Eadem habet Isidorus Hispal. in Chronico, atque ex alterutro Gothefridus Viterbiensis in Pantheo parte 16., qui huic fabulae plura etiam de suo addidit.

Pag. 18. D. [475, 1.] *A Verina deceptus Zenon.* Causam illius in Zenonem odii Auctor Chronici Alex. hanc profert, quod Zeno socrum nescio quid petentem repulerit. Alteram memorat Candidus, quod in Patricium Magistrum derivare vellet imperii dignitatem, qua spe frustrata, Basiliscum fratrem Imperatorem renuntiarit. Plura Theophanes, Procopius, Agathias, Suidas, Euagrius, Theodorus Lector, Marcellinus, Victor, Anonymus post Ammianum editus, aliique, quos hic conciliare aut exscribere non est animus. Graeca sic distingue: *καὶ ὡς Βηρίνα ἐλπίδι τοῦ συναφθῆναι Πατρικίῳ τῷ μαγίστρῳ καὶ βασιλεύειν αὐτὸν, τὸν γαμβρὸν αὐτῆς φυγαδεύσασα.*

Pag. 18. D. [475, 4.] De *Nepote*, *Oreste*, filioque eius *Augustulo*, sive *Romulo*, Graece apud Theophanem et Euagrium *Ῥωμύλλῳ*, (unde vulgaris de Momyllo erroris origo emanavit,) non est quod plura quis a me exspectet in re contrita *καὶ καθημαξευμένῃ.* Ex recentioribus de his consule Henricum
P. 107 atque Hadrianum Valesios, par fratrum eruditissimum, hunc libro 5. Rerum Francicarum, illum in notis ad fragmentum Anonymi ex schedis R. P. Iacobi Sirmondi post Ammianum Marcellinum evulgati. Cabadem ac Zenonem imperiis spoliatos ea recuperasse observat post Agathiam aliosque Constantinus Manasses pag. 60. edit. regiae. Solum Nepotem deiectum fortuna benignis oculis non respexit.

Pag. 19. A. [475, 12.] *Armatus*, sive *Armatius*, (cui voci sunt, qui aspirationem praefigant,) non ignotus erit iis, qui Malchum Philadelphiensem pag. 94. editionis regiae, Suidae Excerpta pag. 54. eiusdem editionis, Chronicon Alexandrinum, Procopium lib. 1. Vandalic., Theophanem similesque scriptores frequenti lectione familiares sibi fecerint. Malchus ac Suidas interfectorem Armati Onulphum sive Onuolphin nominant eundemque barbarum ac genere Thuringum fuisse testantur. Neque vero Armatus hic idem videtur cum altero

eiusdem nominis Praefecto Praetorio Galliarum, ad quem anno 425. Valentinianus III. rescripsit, ut habes tom. I. Conciliorum Galliae.

Pag. 19. B. [475, 18.] *Basiliscus ex Caesare inter lectores in Blachernis profiteri coepit.* Aliter rem narrat Auctor Chronici Alex. Theodorico et Venantio Coss, hoc est, anno Dominici Natalis 484.: καὶ μετὰ τὸ φονευθῆναι Ἁρμάτον, τότε καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βασιλίσκον τὸν Καίσαρα νεώτερον ὄντα ἐπίσκοπον ἐχειροτόνησεν εἰς Κύζικον μητρόπολιν Ἑλλησπόντου, ἐπειδὴ ἦν φορέσας πορφύραν βασιλικὴν ὡς Καῖσαρ, hoc est, *post caedem Armati Basiliscum, filium eius, Caesarem adhuc adolescentem, episcopum Cyzici, Hellesponti metropoleos, inauguravit, propterea quod purpuram gestaret regiam non secus ac Caesar.* Audi Constantinum Manassem pag. 61. editionis regiae:

Τὸν μὲν Ἁρμάτιον οἰκτρῷ θανάτῳ παραπέμπει
Προδότην δολομήχανον φανέντα τῷ δεσπότῃ.
Πληροῖ δὲ τὴν ὑπόσχεσιν καὶ τὸν ἐκείνου παῖδα
Καταχοσμεῖ τῷ Καίσαρος ὀλβιωτάτῳ στέφει.
Μετ' οὐ πολὺ κἀκείνου δὲ τὰς τρίχας ἀποκείρας
Ἐφίστησι Κυζικηνοῖς ἀρχιερέα βίᾳ.

Euagrium paulo post citabimus. De celeberrimo Blachernarum templo plura, Deo dante, dicemus in nostris Annotationibus ad topographiam CP. Petri Gyllii.

Pag. 19. B. [475, 19.] *Basiliscus Marcum filium Caesarem tum Imperatorem facit.* Euagrius lib. 3. cap. 4. recitat illorum litteras ad Timotheum Aelurum hoc titulo: Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Βασιλίσκος εὐσεβὴς, νικητὴς, τροπαιοῦχος, μέγιστος, ἀεισέβαστος, αὔγουστος, καὶ Μάρκος ὁ ἐπιφανέστατος Καῖσαρ Τιμοθέῳ τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως: tum cap. 5. subdit Episcoporum Asiae, qui Ephesi convenerant, libellum ad Impp. scriptum: τοῖς κατὰ πάντα εὐσεβεστάτοις καὶ φιλοχρίστοις δεσπόταις ἡμῶν Βασιλίσκῳ καὶ Μάρκῳ αἰωνίοις νικηταῖς αὐγούστοις. Ex quibus aliisque conficitur, errasse qui aut Marcum Caesarem duntaxat creatum, aut eodem cum Caesarea tempore Imperatoriam dignitatem a patre fuisse consecutum. In iis sunt Theodorus Lector, Marcellinus et Auctor Chronici Alexandrini, ut ceteros silentio premam, atque in primis Theophanem, ex quo Anastasius Bibliothecarius pag. 45. editionis regiae: *Basiliscus in campo acclamatur Imperator. Marcum filium Caesarem fecit, et Zenobiam, uxorem suam, Augustam coronavit, et statim contra fidem praeliatus est, Zenobia maxime incitante illum ad istud, Timotheumque Helurum revocavit per typum, et Petrum Cnaphea, qui abstrusus erat in Monasterio Acoemetensium.* Tum paulo post:

Zeno cum Ariadne ad regiam perveniens urbem susceptus est a populo ac Senatu. Basiliscus vero veniens ad ecclesiam, imperiali deposita in divina mensa corona, ad baptisterium confugit cum Zenobia malae opinionis uxore sua. Ubi vides Zenobiam dici, quam passim alii omnes Zenonidem cum Candido nostro appellitant. Zenonidam vero Marcellinus, familiari per ea tempora dialecto, qua apsidam, lampadam, Helladam similisque formae nomina barbare per primam flectebant.

P. 108 *Pag.* 19. B. [476, 3.] *In Cappadociam relegatus cum tota stirpe caesus est.* Fame sitique periisse omnes ferme affirmant. De loco dissentiunt: turrim castri Limnarum in Cappadocia habet Chronicon Alex., cui accedit Marcellinus Illyricianus in Chronico: *In oppidulum, quod Leminis in provincia Cappadociae dicitur, trusus fame extabuit.* Victor Tunnunensis: *Basiliscum cum filiis atque uxore exilio in Sasimis Cappadociae mittit* etc. At Theodorus Lector libro 1. Collect.: *Βασιλίσκος καὶ Ζηνωνὶς ἐν Βουσάμοις ἐπέμφθησαν.* Euagrius autem libri 3. cap. 8.: *ἐν Ἀκουσῷ δὲ τῷ σταθμῷ ἅμα γυναικὶ καὶ τέκνοις ἀποσφάττεται.* In Theophane nostro MS. locum adscriptum non reperi; en ipsa eius verba: *ἔλαβεν τὸν Βασιλίσκον, δοὺς αὐτῷ λόγον μὴ ἀποκεφαλίζειν αὐτόν τε καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, ὃν ἀποκλεισθῆναι προσέταξεν εἰς ἕνα πύργον σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, καὶ τῷ λιμῷ διαφθαρῆναι. τινὲς δέ φασιν, ὅτι ἐπαγόμενος ἀποσφάττεται:* quibus haud dubie praeivit noster Candidus: *εἶτα παγγενεῖ κατασφάζεται.* Anonymus post Ammianum Marcellinum editus communi subscribit sententiae: *Basiliscus fugiens ad ecclesiam, intra baptisterium cum uxore et filiis ingreditur. Cui Zeno dato sacramento securum esse de sanguine, exiens inclausus cum uxore et filiis intra cisternam siccam ibidem frigore defecerunt.*

Pag. 19. B. [476, 4.] De *Petro Fullone* et *Calandione*, obortisque in Oriente turbi Euagrius aliique historici. Unum hic appellabo Theophanem, quem magna ex parte Latine reddidit Anastasius Bibliothecarius p. 46. et seqq.: *Anathematizabat eos, qui non dicunt Deum crucifixum esse, et scindens populum Antiochenum addit in Trisagio hymno: qui crucifixus est propter nos. Quod ex tunc hodieque apud Theopaschitas dici obtinuit.* Tum postea: *Zeno iussit Acacio CP. episcopum Antiochiae constituere, qui ordinavit Calandionem. Consecraverunt autem et Antiocheni per ignorantiam Ioannem, qui dicebatur Codonatus, quem Calandio in Tyrum, quae primus est thronus Antiochenae dioeceseos, translatum inthronizavit.* Tum ut videas versatile Zenonis ingenium, aut versipellis haeretici subdolam indolem in demulcendo sibi, quem Basilisco favens offenderat, Imperatore, subdit: *Zeno requie*

potitus a barbaris, ab Antiochena Calandionem pellit ecclesia, exulem faciens apud Oasin, Petrumque Cnaphea constituit. Graeca sic se habent in MS. codice, quo utor: Ζήνων δὲ ὁ βασιλεὺς ἀνεθεὶς τῶν τυράννων ἐξέβαλε τῆς ἐκκλησίας Ἀντιοχέων Καλανδίωνα, καὶ ἐξώρισεν εἰς Ὄασιν. Πέτρον δὲ τὸν Κναφέα κατέστησε. Causam exilii aperit Euagrius lib. 3. cap. 16.: ὃς ὕστερον τὴν εἰς Ὄασιν οἴκησιν κατακρίνεται, ἀμῦναι νομισθεὶς Ἴλλου καὶ Λεοντίῳ καὶ Παμπρεπεῖ περὶ τὴν Ζήνωνος τυραννίδα. V. 208

Pag. 19. C. [476, 8.] *Illus multa Romanae rei publicae contulit.* Laudatur a Candido, quem alii ut Magum et incantatorem traducunt. Vide Suidae Excerpta p. 47. et 60. regiae editionis. At noster hic culpam omnem confert in Pamprepium, hominem impium, Aegyptium, Grammaticum et praestigiatorem. Hilli artibus Armatus a Basilisco ad Zenonem defecit, ut Candidus narrat, eiusdemque suasu, teste Euagrio, Zeno Armatum interfecit: ὁ δὲ Ζήνων Ἴλλου γνώμῃ καὶ τὸν Ἀρμάτον ἀναιρεῖ συγγενῆ Βερίνης τῆς βασιλίδος etc., lib. 3. cap. 24., ubi subiicit, Basiliscum, Armati filium, Caesarem Nicaeae creatum, sacerdotem primum, tum postea episcopum fuisse creatum. Illius quoque sedula opera ac promissis multi a Marciano et Procopio abstracti, ut docet Theophanes. De eodem Hillo plurima scripserat μάλα λογίως Eustathius Syrus, quem multis laudibus effert Euagrius lib. 3. capp. 26. 27. et 29., quae per otium consules: neque enim iuvat conferre quae de insidiis a Verina aut Zenone Hillo paratis uterque refert. Nec desunt, qui etiam ab Ariadna paratas illas scribant apud Suidam. Ceterum de Marso et Pamprepio qui singularia volet, adeat Damascium in vita Isidori Philosophi apud Photium pagg. 1050. 1058. 1071. edition. Genev.

Pag. 19. C. [476, 15.] *In Odoacrum magis Zenonis animus inclinavit.* Per Gallos Occidentis, qui Odoacro non acquiescebant, Romanos intellige, qui Galliarum partem aliquam incolebant, et adversus Francos, Vesogothos et Burgundiones, civitates aliquot propugnabant. Ita enim expono δυσμικοὺς Γαλάτας, ad distinctionem Γαλατῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ. P. 109
Eadem locutione propemodum usus Priscus Panites Sophista, pag. 57. Excerptorum de legationibus edit. regiae, meminit Γαλατῶν τῶν ἐν τῇ ἑσπερίᾳ. De *Odoacre,* Erulorum rege, qui pulso Roma *Augustulo* Italiae per 18. annos imperavit, plura alias ex coaetaneis maxime scriptoribus proferemus. Interim lege ignoti fragmentum post Ammianum Marcellinum editum, alteriusque Anonymi a Cuspiniano Cassiodori Fastis inserti pretiosas reliquias.

Pag. 20. A. [476, 20.] *Verinam in Ciliciae castellum ablegavit.* Papyrium Isauriae nominatim designant Theodorus

Lector sub finem libri primi Collectaneorum et initio secundi, ac Theophanes, cuius sententiam integram curiosis lectoribus exhibebo : *ἐβουλεύσατο Ἶλλος ὁ Μαΐστρος* (dignitate Magistrum Officiorum Marcellinus appellat) *τῷ βασιλεῖ Ζήνωνι, ὅπως Βερίναν τὴν πενθερὰν αὐτοῦ ἐκβάλῃ τῆς πόλεως, καὶ δόλῳ τινὶ πέμψας αὐτὴν εἰς Χαλκηδόνα, μετ' ὀλίγον δὲ εἰς τὸ Παρίου* (corrigo *Παπυρίου*) *καστέλλιν ταύτην ἀπέστειλε συνδιάγειν Μαρκιανῷ καὶ Λεοντίᾳ τῇ ἰδίᾳ θυγατρί.* Reliqua ob prolixitatem omitto, in quibus de amputata auricula, et Orientis praefectura aliisque uberrime pertractatur, quibus illustrari possint, quae habet Marcellinus Comes in Chronico, Theodorico et Venantio Coss. sive anno Dionysiano 484. : *Illus natione Isaurus, amputata apud Comitatum auricula, Orientem Zenoni infestus invasit. Porro cum Leontio tyrannidem arripuit.*

Pag. 20. A. [477, 2.] *Marciano et Procopio, filiis Anthemii.* Civilis illius belli causam tacuit Candidus, quam Theodorus Lector extremo libro primo, Theophanes Chronico, aliique pluribus explicant : Marcianus Leontiam duxerat Leonis ex Verina filiam, cui eo nomine regnum deberi asserebat, quod regnante patre nata esset, cum Ariadne, eius soror Zenonis coniux, antequam Leo imperaret fuisset in lucem edita. Idem bellum eleganter descripserat Eustathius Syrus et Malchus Philadelphiensis, ut tum ex pag. 86. Excerptorum de legationibus editionis regiae, tum ex cap. 26. libri tertii historiae ecclesiasticae Euagrii clarum est. Marciano et Procopio tertium adiungunt utriusque fratrem Romulum citati paulo ante Theodorus et Theophanes, quem silentio Candidus obvolvit, et Marcianum quidem in Papyrii castellum relegatum, Procopium vero ac Romulum in Occidentem sive Romam aufugisse testantur.

Pag. 20. B. [477, 10.] *Hillus insurrexerit et Leontium Imp. renuntiaverit.* Rebellionem Hilli ac casum referunt Theodorus Lector initio libri 2., Euagrius lib. 3. cap. 27., ex Eustathio Syro, quem vulgo Epiphaniensem nuncupant, ubi et Theodorici, Gothorum ducis, meminit, qui postea Romae regnavit, Damascius in vita Isidori loco supra indicato, Marcellinus Comes, Dynamio et Sifidio Coss., ann. Christi 488. : *Leontius rex et Hillus tyrannus in Papyrio, Isauriae castello, capti decollatique sunt. Capita eorum CP. allata praefixa hastilibus tabuere.* Victor Tunnunensis in Chronico, et Theophanes, qui uberrime singula quaeque persequitur, suo tempore alias proferenda, ex quibus haec pauca delibavit Anastasius Bibliothecarius pag. 46. edit. regiae : *Hillus Patricius cum Leontio et reliquis venit ad castellum Papyrii, et educta Verina Augusta in Tarsum Ciliciae fecit eam coronari extra*

civitatem apud sanctum Petrum. Scribe *eum*, nempe *Leontium*, ut Graeca manifeste edocent: *ὁ δὲ πατρίκιος Ἴλλος σὺν Λεοντίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς παραγίνεται ἐς τὸ Παπυρίου καστέλλιν καὶ ἐξαγαγὼν Βερίναν εἰς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας ἐποίησεν αὐτὴν στέψαι ἔξω τῆς πόλεως εἰς τὸν ἅγιον Πέτρον βασιλέα Λεόντιον τὸν πατρίκιον. καὶ ἔγραψεν ἡ δέσποινα Βερίνα σάκραν τοῖς Ἀντιοχεῦσι Σύροις* etc. Quae vero ad mortem Zenonis spectant repete sis ex vulgaribus historicis Chronicorumque scriptoribus.

E THEOPHANE BYZANTIO.

Byzantius hic Theophanes omnino diversus est tum a P. 110
Theophane Lesbio sive Mitylenaeo, cuius meminere Plutarchus in Pompeio, Strabo, Paterculus aliique, tum a sanctissimo Christi confessore Theophane, Monachorum Agri praefecto sive Abbate (quem minus apposite Georgium nonnulli, et post Leunclavium in Latina Michaëlis Glycae versione ruri degentis coetus praefectum dicunt; cuiusque Chronicon ab Anastasio S. R. E. Bibliothecario Latinitate mixobarbara maximam partem redditum, atque a Landulfo Sagaci Miscellae Historiae sparsim insertum, regiis typis in lucem publicam nunc primum exit). Nulla ut iusta satis suspicio eruditis viris esse potuerit, cur noster hic, qui res suo, ut videtur, tempore sub Iustino Iuniore gestas, circa annum Dominici Natalis 580. conscripsit, idem fuerit cum eo, qui post ducentos et quod excurrit annos adhuc superstes erat.

Pag. 21. A.[483, 3.] *Iustinus Imperator et Chosroës, Persarum rex.* Interpretationem sic recense: *quod ruptis foederibus exortum est, quae a Iustiniano Imperatore et Chosroë, Persarum rege, constituta solverunt Chosroës ipse et Iustinus, Iustiniani successor, exeunte altero imperii anno.* Iustinianum certe in locum Iustini subrogandum esse, dubitare non sinit series orationis; firmantque omnia, quae de initis non semel opera maxime Petri Patricii atque officiorum Magistri Romanos inter ac Persas foederibus pluribus exponunt Procopius tum lib. 2. Persicorum pag. 40., tum lib. 4. de bello Goth., et Menander Protector in Excerptis legationum pag. 133., ubi inter cetera dicitur Petrus ille *Ῥωμαίων πρεσβευτὴς ἀποχρώντως ἔχων τῆς τε ἄλλης παιδείας καὶ τῆς τῶν νόμων*, et seqq. 137. 139. 140. 141., in quibus conditiones pacti in annos quinquaginta foederis recitantur, quas quivis percurrere potest. Videnda quoque, quae de iis habent Agathias l. 4. p. 137. et Theophanes Confessor in Chronico. Quae omnia,

Deo dante, in suos annos digerentur a nobis in Chronico novae Romae.

Pag. 21. A. [485, 12.] *Iustinus per Comentiolum Suaniam a Chosroë repeteret.* Quem hoc loco Theophanes Comentiolum nominat, in Excerptis Menandri Protectoris pag. 148. editionis regiae dieitur Ioannes, Comentioli filius, ut necesse sit alterutri loco subesse mendum. Loeum Menandri adscribam, tum quod legationis tempus causamque insinuet Theophanis nostri narrationi eonsentaneam, tum quod levi unius alteriusve litterulae mutatione sanandus videatur: *Ἰουστῖνος ὁ ἀνεψιὸς Ἰουστινιανοῦ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἰωάννην τὸν Κομεντιόλου* (vel, quod non minus arridet, *τὸν Κομεντιόλον*, sie quippe legendum arbitror, non *Δομεντιόλου*, ut habent edita,) *εἰς τὰ Περσῶν ἤθη ἔστειλε πρεσβευσόμενον. παρενεγγύησε δέ οἱ, ἐκ μὲν τοῦ ἐμφανοῦς ἀνακήρυξιν ποιήσασθαι τῆς αὐτοῦ ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἀναγορεύσεως κατὰ τὸ εἰωθὸς Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις, ἐν ταὐτῷ δὲ, εἴγε καλέσοι καιρὸς, καὶ ἀμφὶ Σουανίας κινῆσαι λόγους. ταύτην γὰρ οὔπω Χοσρόης ἀπεκράτησε Ῥωμαίοις* etc., quae Eclogas nostras mirifice illustrant nimio brevitatis studio subobscuras. Equidem sub ea tempora, Iustino, Tiberio Mauricioque imperantibus, erebram reperio Comentioli mentionem apud Euagrium Scholastieum, qui
V. 209 lib. 6. eap. 14. genere Thracem fuisse, et Martyropolim e Persis recepisse, Ocbasque, munitissimam arcem, expugnasse docet, et Theophylactum Simocattam lib. 1. historiae capite 4., ubi dieitur *ἀνὴρ τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως ὑπερφερόμενος, ὃν Σκρίβωνα τῇ Λατινίδι φωνῇ Ῥωμαῖοι κατονομάζουσι*, et 5. 6. 7. lib. 2. lib. 5. cap. 2. aliisque deinceps. Auctor Chroniei Alexandrini narrat, Comentiolum, Patricium et Magistrum militiae, eum Mauricio pluribusque nobilibus iussu Phocae tyranni caesum fuisse trans urbem ad S. Cononis, additque ex Magno Chronographo, quisquis ille fuerit, divinae in Mauricium ultionis causam his verbis: *Μαυρίκιος ὁ βασιλεὺς τῷ στρατῷ Κομεντιόλου* (sic) *ὑπέθετο τὸ Ῥωμαϊκὸν στράτευμα παραδοῦναι πολεμίοις* etc.

P. 111 *Pag.* 21. A. [484, 1.] *Suaniam repeteret.* Ex Menandri Proteetoris Exeerptis pag. 138. 143. 145. 146. aliisque discimus: 1) Suaniam fuisse provineiam Colchidi vicinam, partemque Lazices eirea Caucasum, ubi transitus Scytharum; 2) Suanos, sive Soanos, (sic enim quibusdam dicuntur, et Prisco Sophistae *Σουάννοι* pag. 46) iuga Caucasi incolentes, esse *κλῶπας, λαφυραγωγοὺς καὶ χαλεπῶν ἔργων καὶ ἀνοσίων ἐργάτας*; 3) a tempore Theodosii usque ad Leonis Imp. tempora Lazorum reges Suanis duces principesque dedisse; 4) cum negata fuisset annona, quam rex Colchorum Suanis praestare solebat, eos iniquo animo tulisse, et Persis se sponte dedisse;

5) ut cetera praetermittam, vere Suaniam illam a Petro, sapientissimo oratore, vocatam fuisse fomitem malorum, σπινθῆρα τῶν κακῶν, ut quae μεγίστη δυσμενείας ἐμπύρωσις, et formidolosissimi belli Romanos inter ac Persas causa fuerit, quo Constantinopolitanum imperium totusque adeo Oriens ultimum in discrimen venit.

Pag. 21. B. [484, 4.] *In Oriente ad Tanain Turci degunt.* De Turcorum origine multa multi, neque satis consentanea. Noster hic dictos olim Massagetas asserit. Menander vero Sacas pag. 151. D. editionis regiae. Videnda de iis prolixa digressio Theophylacti Simocattae libro septimo historiae Mauricianae capp. 7. 8. et 9. a pagina 174. editionis regiae.

Pag. 21. B. [484, 6.] *Cermichiones.* Quid vox ista veteribus Persis significaverit, quamve ob causam Turcis imposita sit, mihi fateor incompertum. Menander Protector pag. 153. videtur innuere, Cherchos fuisse populos Turcis vicinos, unde forte Turcis inditum illud a Persis nomen, quasi Cherchorum victores, aut quid simile. Zemarchum quippe refert a Disabulo, Turcorum rege, donatum concubina captiva ex iis, qui Cherchis dicuntur. Theophanes Confessor in Chronico ad annum Iustiniani Imperatoris 36. haec habet: *ἐλθόντες πρέσβεις Ἀσκὴλ τοῦ Ῥηγὸς Ἑρμιχιώνων τοῦ ἔσωθεν κειμένου τοῦ τῶν βαρβάρων ἔθνους πλησίον τοῦ ὠκεανοῦ, δεόμενοι μὲν* (lege *μὴ*) *ἀποδέξασθαι.* Quae sic interpretatur Anastasius Bibliothecarius pag. 67. editionis regiae: *Eodem anno venerunt legati Ascelti, regis Ermichionum,* (corrigendum arbitror *Chermichionum*, quamquam eadem hic servanda regula, quae in Chunis et Hunis, Lotario et Clotario, similibusque barbaris recipitur,) *qui positus est inter barbarorum gentem iuxta Oceanum.*

Pag. 21. B. [484, 8.] *Ne Abares reciperet obsecrantes.* Turcis olim subiectos fuisse Abaros sive Hunnos, plerique veterum scriptis prodidere, atque inprimis Menander in Excerptis non solum p. 99. et seqq., sed etiam 162. Corippus Grammaticus lib. 3. de laudibus Iustini Minoris, Avarum legatos ad Imperatoris praesentiam deductos, hac oratione usos fingit:

Crudus et asper Avar dictis sic coepit acerbis:
Rex Avarum Cagan debellans intima mundi,
Famosos stravit magna virtute tyrannos,
Innumeros populos, et fortia regna subegit etc.

Cui inter cetera respondit Iustinus, quae ostendant a potentioribus populis victos fugatosque in alias oras commigrasse:

Quid profugos laudas, famaque attollis inani
Extorrem populum? quae fortia regna subegit?
Effera gens Avarum proprias defendere terras
Non potuit, sedesque suas fugitiva reliquit,

Tu velut ignarus falsis rumoribus audes
Vana loqui, turpique dolo nova somnia fingis etc.

Quantum vero damnum Romanae rei publicae intulerit repudiata Abarum amicitia, docent tum ceteri illius temporis scriptores, tum Ioannes ex Biclariensi Abbate Gerundensis Episcopus, ad annum Iustini X. et Tiberii I. ac III. Nam quae sub Mauricio, Phoca et Heraclio postea contigerunt, ex Si-
P. 112 mocatta, Chronico Alexandrino, utroque Nicephoro, Theophane, aliisque vix cuipiam ignota esse arbitror.

Pag. 22. A. [484, 13.] *Bombycum originem homo quidam Persa Iustiniano imperante Constantinopoli ostendit.* Procopius Caesariensis monachis quibusdam ex India profectis inventum hoc tribuit lib. 4. de bello Gothico paginis 345. et 346., ubi vocat *σκώληκας τῆς μετάξης δημιουργοὺς, τῆς φύσεως αὐτοῖς διδασκάλου τε οὔσης, καὶ διηνεκῶς ἀναγκαζούσης ἐργάζεσθαι.* De bombycibus pauca admodum Theophylactus Simocatta cap. 9. lib. 7. p. 177. regiae edit.: in Excerptis apud Photium cod. 65. dicuntur *σκώληκες τίκτοντες τὴν ἐσθῆτα τὴν Σηρικὴν*, cum Simocatta scripsisset *ἐξ ὧν τὰ Σηρώων* (forte *Σηρῶν — Σηρικῶν?* N. — reponendum) *καθέστηκε νάματα*, quae pro more sublegit cum aliis plerisque Nicephorus Callisti l. 18. Historiae Ecclesiasticae cap. 30. De his videndus omnino Suidas in dict. *Σῆρες* et *Σηρική*. Nec omittendus Menander Protector pag. 106. edit. regiae, ubi Cantoclarus Interpres ubique vertit *purpuram*, cum *μέταξα sericum*, seu *bombycinum* pannum ex filis tenuioribus depexum, aut certe, quod alii malunt, sericum crudum, necdum lotum, neque tinctum, sed *αὐτοφυὲς* significet, vel ipsis Suida mox citato atque Hesychio testibus, ut plures non congeram. Quod insigne interpretationis mendum, plus quam duodecies intra duas paginas repetitum, miror viris doctis minime animadversum. Tanta porro ab eo tempore sericorum pannorum copia in urbe regia extitit, ut paulo post Corippus Africanus Grammaticus l. 4. de laudibus Iustini Imperatoris, Iustiniani nepotis ac successoris, canere vere potuerit:

Interea populus totas compleverat aedes,
Ornatas nexis diversa ex fronde coronis,
Serica per cunctas pendebant vela columnas,
Perque arcus vicosque omnes astabat utraque
Parte favens vulgus, palmasque sinusque parabat.

Pag. 22. B. [484, 23.] *Ephthalanus enim, Ephthalitarum rex, a quo appellationem universum genus traxit.* Quibusdam ergo codicibus corrupte dicuntur, litterula addita, *Nephthalitae:* de quibus consule Menandrum Protectorem pag. 106. et 137. editionis regiae, Theophylactum Simocattam lib. 7. cap. 7. pag. 174. editionis regiae: unde etiam, non secus atque ex

eius exscriptore Nicephoro, mendam, geminata per librarii
dormitantis socordiam consonante ortam, expungendam mone-
mus: *τῷ ὄντι γὰρ τὸν ἐθνάρχην τῶν Ἀβδελῶν (φημὶ δὴ
τῶν λεγομένων Ἐφθαλιτῶν) καταπολεμήσας αὐτὸς ὁ Χαγά-
νος ἐνίκησε, τήν τε τοῦ ἔθνους ἀρχὴν περιεβάλετο*: et utroque
antiquiorem Procopium, qui libri primi Persicorum initio haec
habet a nostro instituto non aliena: *Περόζης ὁ Περσῶν βα-
σιλεὺς πρὸς τὸ Οὔννων τῶν Ἐφθαλιτῶν ἔθνος, οὕσπερ λευ-
κοὺς ὀνομάζουσι, πόλεμον περὶ γῆς ὁρίων διέφερε. Ἐφθα-
λῖται δὲ Οὐννικὸν μὲν ἔθνος εἰσί τε καὶ ὀνομάζονται· οὐ
μέντοι ἀναμίγνυνται ἢ ἐπιχωριάζουσιν Οὔννων τισὶν, ὧν
ἡμεῖς ἴσμεν. ἐπεὶ οὐδὲ χώραν αὐτῶν ὅμορον ἔχουσιν, οὐδέ
πη αὐτῶν ἄγχιστα ᾤκηνται, ἀλλὰ προσοικοῦσι μὲν Πέρσαις
πρὸς βοῤῥᾶν ἄνεμον* etc., in quibus Gorgo dictam illorum
civitatem asserit, neque more aliorum Hunnorum, mutatis
in dies sedibus, vagari, sed civilem societatem legibus tueri,
suisque regibus subiici; quae maximam partem in codicem
suae Bibliothecae 63. retulit Photius Patriarcha CP.

Pag. 22. B. [485, 2.] *Perozem et Persas cum vicisset.*
Peruzus sive Perozes, avus magni Chosroae, regnabat Leo-
nis Macellae tempore, ut Isdigerdes et Varanes imperante
Theodosio Iuniore. Vide praeter citatum mox Procopium,
Priscum pag. 75. et Menandrum Protectorem pag. 146. edi-
tionis regiae.

Pag. 22. B. [485, 2.] *Zemarchum ad Turcos legatum mittit.*
Cilix genere fuit, teste Menandro pag. 151. edit. regiae. De
tempore, quo legatio ista contigit, dubium esse potest, sed
unius duntaxat anni. Qui anno Iustini quarto illigant, mendum
irrepsisse putant in indictionis notam, et pro *δευτέρῳ* legen-
dum edicunt: *τρίτῳ ἐνιαυτῷ τῆς πεντεκαιδεκαετηρίδος περι-* P. 113
φορᾶς. Qui vero in praecedentem annum reiicere malunt,
pro *τέταρτον ἔτος*, quod mox sequitur, procliviori, ita me
Deus amet, correctione substituunt *τρίτον*. Quam coniecturam
nostram suis postmodum in Chr. novae Romae momentis exa-
minabimus. Alteram ad Turcos legationem consignarat Me-
nander Prot. libro 8., ut ex eius Excerptis discimus pag. 61.
et sequentibus. Zemarchum Comitem Orientis exhibet Theo- V. 210
phanes ad annum Iustiniani Imp. 34.: *συνέβαλον κατ' ἀλ-
λήλων οἱ ὀρθόδοξοι καὶ Σεβηριανοὶ, καὶ πολλοὶ φόνοι γεγόνα-
σιν, καὶ ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς Ζήμαρχον τὸν κόμητα τῆς
ἀνατολῆς ἐκώλυσε τοὺς ἀτάκτους*: quae sic Latine reddit Ana-
stasius Bibliothecarius pag. 66. editionis regiae: *congressi sunt
adversus alterutrum Orthodoxi et Severiani, et multa homicidia
facta sunt, et misso Imperator Zimarcho, Comite Orientis, in-
hibuit inordinatos.* Cogitandum, an idem sit cum hoc nostro.
Certe et hic et ille diversus est ab altero, cuius meminit his

verbis idem Theophanes ad annum Iustiniani 35., quae ex nostro MS. codice repraesento ab Anastasio Bibliothecario praetermissa: καὶ τῷ Μαΐῳ μηνὶ γ' κατηγορήθη Ζήμαρχος ὁ κουράτωρ τῶν Πλακιδίας, ὃς κατὰ τοῦ βασιλέως πολλὰ λαλήσας etc.

Pag. 22. B. [485, 8.] *Aethiopas amicos populi Romani olim Macrobios, nunc Homeritas appellatos.* Marcianus in compendio Stephani Byzantii inter Aethiopas collocat: Ὁμηρῖται, ἔθνος Αἰθιόπων. Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ α'. Plinius ac Ptolemaeus in Arabia felice, sed eodem plane sensu. Arabes enim dictos Aethiopas sacrae profanaeque litterae persuadent. Diversos fuisse Macrobios Aethiopas, non inficiamur, de quibus Dionysius Periegetes, aliique, at de iis hic non est disputandi locus. Procopius libro primo de bello Persico plurima affert de Homeritis ultra Maaddenos sibi subditos ad litus Oceani habitantibus scitu dignissima, ad quae Lectorem curiosum amando, non secus atque ad Bibliothecam patriarchae Photii, cuius tmemate tertio habentur excerpta quaedam ex Nonnosi historia, qua legationem a se Iustiniani Imp. iussu susceptam ad Aethiopas, Auxumitas, Saracenos atque Homeritas fabulosis καὶ παραδοξοτάτοις narrationibus intertextam posterorum memoriae commendarat. Theophanes ad annum Iustiniani septimum revocati inter Romanos ac Persas belli causam hanc subiicit: πάλιν ὁ Περσικὸς ἀνεκαινίσθη πόλεμος διὰ τὸ πρεσβεῦσαι τοὺς Ὁμηρίτας Ἰνδοὺς πρὸς Ῥωμαίους, καὶ ἀποστεῖλαι τὸν βασιλέα Ἰουλιανὸν τὸν μαγιστεριανὸν τὰς σάκρας πρὸς Ἀρέθαν τὸν βασιλέα τῶν Αἰθιόπων etc., quae ex Anastasio sic Latine sonant: *iterum Persicum renovatum est bellum, eo quod Homeritae Indi legationem ad Romanos miserint, et Imperator Iulianum Magistrianum cum sacra destinaverit ad Aretham, regem Aethiopum.* Reliqua brevi in editione regia legere licebit, utque Hunni per illud tempus, quos Turcos dicere consuevimus, legationem direxere ad Iustinum per Alanorum regiones. An vero Arethas ille, sive Aretas, sit Sanaturces, Homeritarum rex, a Persis opera Meranis ducis vivus captus, ut noster recitat, aliis inquirendum relinquo: certe alius ab eo fuit Sanaturces, rex Armeniorum, cuius hoc elogium legitur apud Suidam: Σανατούρκης, Ἀρμενίων βασιλεύς, ὃς τὸ μὲν σῶμα ξύμμετρον εἶχε, τὴν γνώμην δὲ μέγας ἐτύγχανεν εἰς ἅπαντα, οὐχ ἥκιστα δὲ εἰς τὰ ἔργα τὰ πολεμικά. ἐδόκει δὲ καὶ τοῦ δικαίου φύλαξ ἀκριβὴς γενέσθαι, καὶ τὰ εἰς τὴν δίαιταν ἴσα καὶ τοῖς κρατίστοις Ἑλλήνων τε καὶ Ῥωμαίων κεκολασμένος. Quid si quis paulo audacior ἀντὶ τῶν Ἀρμενίων legat Ὁμηριτῶν, deceptumque notiori dictione amanuensem contendat?

Pag. 22. C. [485, 13.] *Armenii a Surina male accepti.* Euagrius lib. 5. cap. 7. Persarmenos vocatos fuisse docet Ma-

ioris Armeniae incolas Persis subiectos, qui sub Iustino ad Romanos defecerunt: *οἱ τῆς πάλαι μεγάλης Ἀρμενίας, ὕστερον δὲ Περσαρμενίας ὀνομασθείσης, ἡ πρώην Ῥωμαίοις κατήκοος ἦν· Φιλίππου δὲ τοῦ μετὰ Γορδιανὸν καταπροδόντος αὐτὴν τῷ Σαπώρῃ, ἡ μὲν κληθεῖσα μικρὰ Ἀρμενία πρὸς Ῥωμαίων ἐκρατήθη, ἡ δέ γε λοιπὴ πᾶσα πρὸς Περσῶν.* Inter Theodoreti, Cyrensis episcopi, a R. P. Iac. Sirmondo editas episto- P. 114 las exstant duae 77. et 78. scriptae ad Eulalium et Eusebium, *Περσικῆς Ἀρμενίας ἐπισκόπους.* Meminit quoque Persarmeniae Procopius paulo post citandus aliique.

Pag. 22. C. [485, 14.] *Surinam coniuratione facta per Vardanem.* Vardanem hunc apud Persarmenos cum ob generis honorisque splendorem, tum ob militaris scientiae peritiam singularem facile primas obtinuisse testatur loco mox citato Euagrius, quem vide, licet Surinae nomen, necemque reticuerit, de quo plura observavi scitu dignissima pag. 139. et 140. Excerptorum Menandri Protectoris de legationibus. Ceterum iustissimam fuisse defectionis causam edocent pacta conventa Iustinianum inter ac Chosroën utrumque Magnum, in quibus nominatim de religione Christiana non violanda cautum fuerat, ut habetur pag. 142.: *separatim pacta sunt interposita de Christianis, ut illis liceat templa construere, et sine ullo timore sacra peragere, et gratiarum actiones per hymnos Deo canere, neque cogi magicis caeremoniis interesse, aut invitos colere et venerari Deos, qui apud Medos Deorum numero habentur.* Vexatos fuisse religionis causa Armenos demonstrat etiam Nicephorus Callisti cap. 37. lib. 17. Historiae Eccles., sed in hoc non leviter peccat, quod pro Vardane, Persarmeniorum duce, Ardaamanem substituat, quem tamen capite sequenti a Persarum rege Chosroa adversus Romanos missum cum copiis refert. Theophanes conquerentem quidem de defectione Armenorum Chosroën inducit, atque ex eo Anastasius Biblioth. et Auctor Miscell. hist., at causam non aperiunt.

Pag. 22. C. [485, 17.] *Relictoque oppido Dubii nomine.* *Τὸ Δούβιος πόλισμα*, inquit Theophanes: a quo videtur dissentire Procopius lib. 2. de bello Pers.: *ἔστι δὲ τὸ Δούβιος χώρα τις, τά τε ἄλλα ἀγαθή, καὶ ἀέρων τε καὶ ὑδάτων εὐεξίαν τινὰ διαρκῶς ἔχουσα. Θεοδοσίου πόλεως δὲ ὁδῷ ἡμερῶν ὀκτὼ διέχει* etc., tum in ultimo versu p. 89.: *ἄλλῳ στρατῷ ἐς τὴν Περσαρμενίαν ἐλθὼν ἡσύχαζεν ἐν τοῖς ἀμφὶ Δούβιος χωρίοις* etc.

Pag. 22. C. [485, 20.] *Desciverunt Iberes, Gorgone eos ducente.* Persarmenis Iberes ab Euagrio praetermissos iungit Ioannes Biclariensis Abbas in Chron. ad annum Iustini Imp. 1. communemque utrique populo rebellandi causam tribuit: *Ar-*

meniorum gens et Iberorum, qui a praedicatione Apostolorum Christi susceperunt fidem, dum a Chosdra, Persarum Imp., ad cultum idolorum compellerentur, renuentes tam impiam iussionem, Romanis se cum provinciis suis tradiderunt: quae res inter Romanos et Persas pacis foedera rupit. De Iberibus eorumque primaria urbe, quam Noster Tiphlim seu Tiphilim appellat, ex Geographis plura alias: unum praemitto, longe dissitam fuisse a Tibrica, Armeniae urbe, de qua inter ceteros Petrus Siculus in historia de vana et stolida Manichaeorum haeresi, quam Matthaeus Raderus noster publicavit anno 1604.

Pag. 22. D. [485, 23.] *Marcianus, Imperatoris patruelis, Orientis dux renuntiatur.* Theophanes Confessor in Chronico ad annum Iustini Augusti septimum exeuntem haec habet in codice nostro MS.: *ὁ δὲ Ἰουστῖνος ἔλυσε τὴν εἰρήνην φάσκων ἐπονείδιστον εἶναι φορολογεῖσθαι ὑπὸ τῶν Περσῶν τοὺς Ῥωμαίους. διὰ τοῦτο χώραν ἀνέλαβεν ὁ μέγας οὗτος Περσῶν τε καὶ Ῥωμαίων πόλεμος, ὁ δὲ Ἰουστῖνος Μαρτῖνον* (corrige *Μαρκιανὸν*) *τὸν πατρίκιον καὶ συγγενῆ αὐτοῦ στρατηγὸν χειροτονήσας τῆς ἀνατολῆς, κατὰ Περσῶν ἐξέπεμψεν*: quae sic vertit barbare, ut ita loquar, Anastasius Bibliothecarius pag. 69. editionis regiae, atque ex eo Miscellae inseruit Ioannes Diaconus: *Iustinus pacem dissolvit, asserens opprobrium esse sub Persis solvere tributa Romanos: propterea locum magnum hoc Persarum Romanorumque reperit bellum. Porro Iustinus Martinum* (emenda similiter *Marcianum*), *patricium et cognatum suum, praetorem creans Orientis, contra Persas direxit.* De eodem Marciano videndi eiusdem temporis scriptores alii: Euagrius lib. 5. cap. 8. et sequenti, atque ex eo Nicephorus Callisti libro 17. Historiae Ecclesiast. capp. 137. et 138. vocant etiam *συγγενῆ*, quem Noster *ἐξάδελφον* dicit. Corippus libro secundo Panegyrici in Iustinum Iuniorem Marcellum, fratrem eius, memorat cum Baduario, genero eiusdem Iustini, quem tamen fratrem Imperatoris, *τὸν ἴδιον ἀδελφὸν*, appellat Theophanes, atque ex eo Anastasius et Miscellae Historiae Auctor.

P. 115 *Ipse inter primos vultu praeclarus honoro*
Fratris in obsequium gaudens Marcellus obibat;
Dispositorque novus sacrae Baduarius aulae,
Successor soceri factus mox Curopalates.
His aetas dispar, sed par votum atque voluntas,
Ambo patricii, dilecti Principis ambo.
Fulgebant geminis similes radiantibus astris.

Enimvero Marcianus, Marcellus et Martinus cognata valde nomina: quod tamen affirmare non ausim, nisi maior lux aliunde affulgeat. Certe proximus Corippo et Euagrio Theo-

phylactus Simocatta cap. 10. libri tertii Marcianum hunc patricium, ac propemodum de familia imperatoria appellat: Ἰουστῖνος ὁ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ βασιλεὺς εἰς τὴν ἔω ἐκπέμπει Μαρκιανὸν στρατηγὸν, ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν πατρικίων ὄντα, περίβλεπτον ἄνδρα, οὐκ ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ βασιλείου τυγχάνοντα, pag. 75. editionis regiae.

Pag. 22. D. [486, 3.] *Meranes*, *Persarum dux*, *qui et Baramaanes.* Ductorem hunc Persici exercitus Euagrius l. 5. cap. 9. Ἀδααρμάνην appellat, Theophylactus Simocatta libri tertii cap. 10. et 17. Ἀδορμαάνην, Nicephorus lib. 17. c. 138. V. 211 Οὐαρδαμαάνην, Theophanes Confessor ad annum Iustini 9. Ἀρδαβάνην, Auastasius Bibliothecarius *Ardanenum*, pag. 69. editionis regiae, Ioannes Diaconus sive Landulfus Sagax Miscellae libro 16. *Arimardanem*: ut merito hic exclamare possis: *tot capita*, *tot sententiae.* Quod vero maioris est ad rem nostram momenti, illi omnes non prope Nisibim a Romanorum duce Marciano victum, sed victorem describunt, ac de Romanis toto paene Oriente triumphantem Meranem, neque ob affectati imperii suspicionem revocatum a Iustino Marcianum, sed propter parum faustos in bello successus et captas a Persis nobilissimas civitates. Ceterum paene omiseram observare ex Procopio lib. 1. Persicorum, Meranem nomen dignitatis atque officii fuisse apud Persas, quemadmodum et *Chanarangem.* Quod enim in editione Hoescheliana pag. 19. corruptum videtur hoc modo: στρατηγὸς δὲ εἶς ἅπασιν ἐφειστήκει Πέρσης ἀνὴρ, Μιῤῥάνης μὲν τὸ ἀξίωμα, (οὕτω γὰρ τὴν ἀρχὴν καλοῦσι Πέρσαι,) Περόζης δὲ ὄνομα, in excerptis apud Photium codice 63. emendatius legitur: Καβάδης δὲ Περόζην, ἄνδρα Πέρσην, Μηράνην δὲ τὸ ἀξίωμα, τοῦ οἰκείου στρατοῦ ἡγεμόνα κατεστήσατο.

Pag. 22. D. [486, 5.] *Abasgi*, *et Saroës*, *rex Alanorum.* Anastasius Bibliothecarius aspirationem Habasgis praemittit pag. 93. editionis regiae, de quibus plura suo loco. Unum hic moneo, in Excerptis ex Theophylacti Simocattae lib. 7. apud Photium grave subesse mendum, quod ipsam etiam interpretationem inficit; quid enim Turcorum Chagano sive Imperatori per ea tempora potuit esse commercii cum Agarenis tota ferme Asia distantibus? ἔτι δὲ τοὺς Ἀγὰρ τὸ ἔθνος καὶ δὴ (καὶ τοὺς Κόλχους ἄχρι τριάκοντα μυριάδων διέφθειρεν. Vel enim legendum Ἀβασγῶν τὸ ἔθνος suadebat Colchorum Abasgorumque vicinia, vel quod ipsum Theophylacti caput octavum expressissimis verbis docet, Ἀβαρῶν subrogandum omnino fuerat. Quod Davidi Hoeschelio, qui sollicitus de accentu, Ἄγαρ legendum esse contendit, Pontano atque Schotto, interpretibus eruditis, fraudi fuisse saepe miratus sum De *Sabiris*, *Saberis* aut *Sapiris* plura alias ex Procopio,

Prisco, Menandro ceterisque historicis ac geographis, interim consule Notas Caroli Cantoclari ad Menandrum. *Daganees* nobis ignoti: quid si *Dabanees?* Equidem Dabanam sive Davanam, Osroenorum urbem, legi in Notitia utriusque imperii, et apud Ammianum Marcellinum libro 25. Pro *Dilmainis* non *Dilmaenos* substituo, sed *Dilimnitas*, quos Agathias Scholasticus Sabiris tanquam hostes obiicit libro tertio pag. 88. et sequentibus: *οἱ δὲ Διλιμνῖται μέγιστον ἔθνος τῶν ἐντὸς Τίγρητος ποταμοῦ τῇ Περσίδι χώρᾳ προσοικούντων μαχιμώτατοί τέ εἰσιν ἐν τοῖς μάλιστα.* Cetera curiosi loco a nobis indicato per otium legent. Urget quippe typographus,
P. 116 clamatque manum tollendam de tabula, ne primum hoc volumen a plurimis expetitum diutius sub praelo laboret.

Pag. 23. B. [486, 16.] *Iustinus Marcianum exercitus imperio submovit, Theodorumque substituit.* Euagrius lib. 5. cap. 9. Marcianum ab Acacio, homine superbo ac contumelioso, spoliatum dignitate narrat. Theophylactus Simocatta lib. 3. cap. 11. patrem Acacii designat Archelaum: unde occasio errandi data Theophani Confessori, qui Archelaum pro filio eius Acacio subrogat, et in aliis plerisque a vero deficit: *ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Ἰουστῖνος ἐπὶ τοῖς πραττομένοις δεινοπαθῶν τὸν μὲν Μαρτῖνον τῆς στρατηγίας ἀπελαύνει, Ἀρχέλαον δὲ χειροτονεῖ στρατηγόν. ὁ δὲ Ἀρδαμάνης τὸ Δάρας παρέλαβε, καὶ τοῦτο μαθὼν Ἰουστῖνος, καταπλαγεὶς τῷ μεγέθει τῆς συμφορᾶς νόσῳ παραφορᾶς περιβάλλεται.* Quem substituerit Marciani loco Iustinus, reticet Euagrius, neque Theodori huius meminit, sed Magni duntaxat cuiusdam, qui mensae argentariae praefuerat, unamque ex imperatoriis aedibus procurarat: eius haud dubie, de quo Corippus initio Panegyrici carminis mox citandus.

Pag. 23. B. [486, 16.] *Theodorum cognomento Tziron.* Multi per ea tempora occurrunt Theodori. Corippus Grammaticus initio libri primi senatores palatinosque prae ceteris insignes commemorans, Theodorum Magistrum non omittit cum Magno, Demetrio, Anastasio etc.:

Nec non magnanimus mentis, et nomine Magnus,
Mente placens Dominis, sacris rationibus aptus,
Rectorum Latii discussor providus orbis;
Successorque boni, recidivaque gloria Petri.
Hinc Theodorus adest patria gravitate Magister;
Hinc secreta sacrae tractans Demetrius aulae.

Theophylactus Simocatta lib. 3. cap. 15. missum ad Chosroën narrat *Θεόδωρον τῇ μαγιστερίᾳ ἀρχῇ παρὰ Ῥωμαίοις τιμώμενόν τε καὶ γεραιρόμενον.* Ad hunc, ut videtur, Theodorum scripsit Childebertus, Francorum rex, epistolam, quae est 33. inter Francicas a Marquardo Frehero editas, sicque

incipit: *Praelati magisterii vestri dignitas excolenda, quae, licet magna per se sit, magis facta sit* etc. De eodem Menander Protector pag. 120. edit. regiae: ἦσαν δὲ οἱ σταλέντες Θεόδωρος ὁ Πέτρου, ὃς τῶν ἐν τῇ αὐλῇ καταλόγων πρὸ τούτου γενόμενος ἡγεμὼν, τηνικαῦτα τῶν βασιλεῖ ἀνειμένων προειστήκει θησαυρῶν. Vide Notas Valesii. Idem Alexander pag. praecedenti, legationem a Theodoro quodam, Bacchi filio, ad Chosroëm ante haec tempora fuisse susceptam insinuat. Fuerunt et alii, sed paulo, ut arbitror, antiquiores Iustiniani Imp. tempore, de quibus hic nihil dicam, ut paucis complectar, ab his omnibus diversum videri nostrum hunc Theodorum, peculiari Tziri cognomento, et patris sui Iustiniani designatione ab historico abunde secretum.

Pag. 23. B. [486, 17.] *Iustiniani filium.* Satis hinc argumenti habuisse sibi visus est vir doctissimus Nicolaus Alemannus in Notis ad *Ἀνέκδοτα* Procopii, ut contra omnium opinionem ignotum hactenus Iustiniani filium patri suo superstitem obtruderet, spurium quidem illum, et ex concubina post obitum Theodorae Imperatricis genitum. Quae omnia gratis conficta sola inficiatione everti possunt: praesertim cum *ἄπαιδα* Iustinianum obiisse veteres affirment, ex quibus mutuatus est Constantinus Manasses, quae his versibus cecinit pag. 67. editionis regiae:

Ἀλλὰ τοιαύτας χάριτας τῷ βασιλεῖ πλουτοῦντι
Οὐκ ἦν θυγάτηρ, οὐχ υἱὸς, οὐ διαδόχων γένος·
Ἔνθεν τοι μέλλων τελευτᾷν, καὶ γῆθεν μεταβαίνειν,
Ἐπὶ τὸν ἀδελφόπαιδα βλέπει τὸν Ἰουστῖνον,
Καὶ τοῦτον Αὐσονάνακτα καὶ κράτορα δεικνύει.

Adde, quod, si quis fuisset Iustiniani superstes filius, eius nomen non tacuisset Corippus, cum Iustiniani funus tam operose describit: neque adeo diserte Alemanni opinationem P. 117
iugulasset his versibus:

Sustulit haec vox alma patrem: Fortissime surge,
Te exspectat, Iustine, dies, tu proximus heres etc.

Atenim a Theophane nostro Theodorus ille dicitur Iustiniani filius: quid ita? an nullus per ea tempora Iustinianus dictus fuit? certe, ut longius non recedam, ecce tibi in Chronico Ioannis Abbatis Biclariensis ad annum Iustini 9.: *Iustinianus, dux Romanae militiae et magister militum Orientis a Tiberio destinatus, bellum parat, castra Chosroïs pervadit, et provinciae Persidae fines victor vastat, exuviasque eorum pro triumpho Constantinopolim dirigit:* 24. *elephantos inter cetera, qui magnum spectaculum Romanis in urbe regia exhibuerunt.* De eodem Euagrius libri 5. capp. 14. et 19., Theophylactus Simocatta capp. 12. et 15. libri 3. Mauricianae historiae, alii-

que. Verum mihi temperandum, ne annotata nostra nimiam excrescant in molem.

Pag. 23. B. [486, 19.] *Chosroës Daras oppugnatam urbem cepit.* Biclariensis Abbas in Chronico praepostere expugnationem huius civitatis sub anno Iustini octavo collocat, postquam iam ab anno in morbum incidisset, *qui*, ut ait, *ab aliis quidem cerebri motio, ab aliis daemonum vexatio putabatur.* Euagrius enim, Simocatta et Nicephorus testantur, ex nimio dolore de Daris captis concepto, tam insolita infirmitate concussum fuisse. Vide et quae ex Theophane Confessore paulo ante in medium attulimus.

Atque haec schediasmata e multis electa aequi bonique consulat candidus lector, quae, currente praelo et urgentibus operis typographicis, inter varias occupationes et apparatus nostri delineationem primam raptim deproperavimus. Quid quod paratas etiam in Suidae Excerpta Byzantina annotationes emendationesque nostras modo praecidere, atque in aliud tempus differre cogimur, ne multorum votis exoptatam primi huius Constantinopolitanae historiae voluminis editionem diuturniore mora retardare videamur. Tu quisquis haec legis, fave, et suo demum, si Deus dederit, tempore plura maioraque a nobis exspecta.

I. B. C. ANSSII VILLOISONIS

NOTAE

IN PROCOPII PANEGYRICUM.

EX EIUSDEM DIATRIBA DE CODICIBUS GRAECIS,

ANECDOTORUM TOMI II. P. 27. SEQQ.

Quas Photius cod. 160. laudat Procopii orationes varii gene- Pag. 27
ris, Fabricius VI. p. 259. exstare vix putat: licet Nic. Ale- Ed. Ven.
mannus Praef. ad Caesariensis Procopii ἀνέκδοτα Declamatio-
nes Procopii Gazaei ineditas memorare videatur. Operae igi- Pag. 28
tur pretium facturum me credidi, si, hac occasione data, e Cod. S. Marci CCCCXXVIII. hic depromerem unam huiusce Procopii Gazaei Orationem, quae et inedita, et Fabricio ignota, et elegantissima est, et maximam habet cognationem cum dicendi genere, quo usus est Choricius, Procopii discipulus, et Anastasii Imperatoris, quem celebrat, vitam illustrat, ac de eo multa nobis tradit, quae nusquam leguntur apud Theophanem, Cedrenum, Zonaram, Euagrium, Theodorum Lectorem, Anastasium Bibliothecarium, Ioëlem, Victorem Tunnunensem, Malalam, Chronicon Paschale, Comitem Marcellinum, Procopium historicum, Iornandem, Suidam, Baronium, Pagi, Cangium, Tillemont, le Beau, aliosque omnes auctores, quos de Anastasii rebus gestis agentes diligenter evolvimus.

Pag. 490, 2. *ed. Bonn.* Eodem sensu Choricius in illa oratione funebri, qua eundem Procopium, suum magistrum, celebrat, apud Fabric. Bibl. Graec. T. VIII. p. 862.: *νῦν δὲ τίς οὐ κατόπιν χωρήσει τῶν εἰργασμένων, ὧν τί παρεὶς τίνος μνησθῶ;*

Pag. 491, 18. Euagrius Scholasticus, Ecclesiast. Histor. Pag. 29
L. 3. c. 29. p. 357. ed. Vales. Amstelodam.: *οὗτος ὁ Ἀναστάσιος πατρίδα τὴν Ἐπίδαμνον ἔχων, ἣ Δυῤῥάχιον νῦν προσηγόρευται, τήν τε Ζήνωνος βασιλείαν καὶ γαμετὴν τοῦ αὐτοῦ Ζήνωνος, τὴν Ἀριάδνην, ἐσοικίζεται.* Idem ibidem paulo supra: *ἡ Ἀριάδνη Ἀναστασίῳ τὸν στέφανον ἐπιτίθησιν, οὔπω μὲν ἥκοντι εἰς γερουσίαν, ἐν δὲ τῇ λεγομένῃ τῶν σιλεντιαρίων σχολῇ καταλεγομένῳ*: ex quo, ut ex iis, quae

infra notabimus, apparet Anastasium obscuro natum loco. Silentiarii autem, observante Iacobo Goaro p. 35. et 36. notarum in Cedrenum, Graecis sunt ἡσυχοποιοὶ, id est, qui ad Imperatoris latera silentium et quietem indicant, iuxta Agathiam ἐπιστάται τῆς ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς. V. et Fabrott. in Glossario Cedreni. Epidamnus vero, illius patria, erat ἐκ τῆς νέας Ἠπείρου ἐπαρχίας, ut ait Chronicon Paschale, de Anastasio videndum p. 329. et seqq.

Pag. 491, 20. In Cod. ἑκάτερον. Hic Venetiarum descriptionem legere tibi videaris.

Pag. 492, 8. Male in Cod. τὸ μέλον.

Pag. 492, 13. Male in Cod. φιτιμίαν.

Pag. 492, 118. In Cod. νικῶντες; forte νικῶντας, id est: *vicisti maiores tuos, qui et omnes alios sua virtute ipsi vincebant.*

Pag. 492, 20. Cangius Famil. Byzantin. p. 85.: ,,Anastasii Imperatoris patris nomen hactenus incertum manet apud scriptores: ex quibus duntaxat docemur, Dyrrhachio oriundum, ac religione Arianum fuisse ... mater vero Anastasii Manichaea et soror fuit Clearchi Ariani, uti habet Theophanes p. 117. Ex quo mirum videri haud debet, si haereticis parentibus natus, toto regni tempore haereticos ipsos (Eutychianos) tutatus, Catholicos tam acriter insectatus sit." V. Victoris Tunnunensis Chronicon p. 325. De Anastasii parentibus vide et Theodor. Lector. Histor. Eccles. L. 2. p. 558.

Pag. 30 *Pag.* 493, 7. Legere mallem ἡ βασιλὶς τῶν πόλεων, quemadmodum Constantinopolim vocant Eudocia Imperatrix in sua ad Romanum Diogenem epistola nuncupatoria, et Auctor anonymus poëmatis de capta Constantinopoli in Cod. S. Marci CCCCVIII. p. 198. Catalogi.

Pag. 493, 8. Ἀνήγου σχῆμα: mallem ἀνάγουσα. Scilicet Anastasius, quod Baronium, Tillemont, le Beau etc. fugit, antequam imperium adipisceretur, Antiochiae episcopus non quidem consecratus, sed populi suffragiis electus et designatus fuerat. Theophanes in Chronographia p. 116.: τούτῳ δ' αὐτῷ ἔτει Πέτρος ὁ Γναφεὺς (Antiochiae episcopus) τέθνηκεν, καὶ προεβλήθη ἐπίσκοπος Παλλάδιος, πρεσβύτερος τῆς ἐν Σελευκίᾳ ἐκκλησίας τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος Θέκλης, συνεψηφίσθη δὲ Παλλαδίῳ καὶ Ἰωάννης ὁ Κωνσταντίνου, καὶ Ἀναστάσιος ὁ σιλεντιάριος ὁ κακῶς βασιλεύσας. Quae ad verbum descripsit Cedrenus p. 354. et sic e Theophane, ut omnia fere, convertit Anastasius Bibliothecarius in sua Historia Ecclesiastica p. 48. Ed. Paris. ann. 1649. ed. Fabrotti: ,,Eodem anno, Petro Cnapheo mortuo, promotus est episcopus loco eius Palladius, presbyter Leucensis (lege Seleuciensis) Ecclesiae sanctae primae Martyris Theclae, cum quo

eiectus est et Ioannes Constantini, atque Anastasius Silentiarius, qui male posthac imperavit:" ubi pro *eiectus* emendo *electus*, cum textus Graecus Theophanis, quem semper κατὰ πόδα sequitur Anastasius Bibliothecarius, habeat συνεψηφίσθη, id est, *simul electus fuit*. Cl. Tillemont, qui Anastasium designatum fuisse Antiochiae episcopum ignorabat, graviter lapsus est, haec Theophanis verba sic vertens, *Histoire des Empereurs* T. VI. art. I. p. 532. Ed. Venet. 1739.: *Anastase étoit à Antioche avec cette dignité (de Silentiaire en 448.) lorsqu'il contribua à élever sur le trône de cette Église Pallade Eutychien comme lui;* scilicet per συνεψηφίσθη falso intellexit: *suum calculum addidit, ut Palladius crearetur episcopus;* cum potius significet, *simul cum eo electus fuit*. Idem *Histoir. Ecclesiast.* T. XVI. art. 51. p. 381. ed. Venet. 1732.: *On mit en sa place (de Pierre le Foulon) Pallade, prêtre de l' Église de S. Thécle à Séleucie, par la faveur de Jean fils de Constantin et d' Anastase qui fut bientôt après Empereur.* Scilicet non assecutus est vim vocis συνεψηφίσθη, quam optime declaravit Cangius in suo mediae Graecitatis Glossario, in Σύμψηφοι, quos dicit eos esse, qui populi clerique suffragiis simul ad episcopatum eligebantur seu proponebantur: nam, ut fieri solet in eiusmodi electionibus, alii alium postulabant, inquit Socrates L. V. c. 2. et L. VI. c. 11., tanquam τοὺς ἐπισκοπεῖν ἐπιτηδείους, ἢ προσδοκωμένους, ut loquitur Sozomen. L. VII. c. 3., donec, conspirantibus omnium suffragiis, unus eligeretur, vel e tribus ad Principem delatis horum unus ad episcopatum proveheretur; quod Cangius hoc ipso confirmat Theophanis loco, ubi observat tres hic συμψήφους appellari, licet plures forsitan essent; quod ex iis unum Princeps, vel certe Metropolita seligeret pro arbitrio; quippe, uti docemur e Novella 138. Iustiniani c. 2., mortuo episcopo, coibant κληρικοὶ καὶ πρῶτοι τῆς πόλεως, iique, propositis sanctis Evangeliis, ἐπὶ τρισὶ προσώποις ψήφισμα faciebant, ὡς ἐκ τῶν ψηφιζομένων τριῶν προσώπων ὁ βελτίων χειροτονηθῇ τῇ ἐπιλογῇ καὶ τῷ κρίματι τοῦ χειροτονοῦντος. Qui quidem tres electi invicem, sive, ut horumce temporum Latini dicebant, suffraganei, σύμψηφοι et interdum etiam ὑπόψηφοι appellabantur, quemadmodum apud eundem Socratem L. V. c. 5.: συναγαγόντες τοὺς ὑποψήφους εἰς ἐπισκοπὴν, εὑρίσκουσι τοὺς πάντας τὸν ἀριθμὸν ἕξ. In eundem ac Tillemontius errorem inciderunt doctissimi Bollandistae in Historia Chronologica Patriarcharum Antiochenorum p. 90. Col. 2. T. IV. Pag. 31
Actor. SS. Iulii, Ed. Venet. 1748., ubi sic loquuntur: ,,Hinc facile suspicari quis posset, imo deberet, non unum hic tantum electum esse Patriarcham Antiochenum, sed tres eodem tempore. Verum haec interpretatio omnino corrigenda est;

neque enim Anastasius Patriarchatum, sed imperium in ipsos etiam Patriarchas tyrannicum affectabat atque aliquanto post consecutus est. Seduxit interpretem vox illa *συνεψηφίσθη* passive posita. Sed exempla non pauca Grammatici proferunt, quibus tempus illud aoristum actionem significare ostendant. Sic igitur locus ille verti debuit: *Palladio vero suffragatus est et Ioannes, Constantini filius, et Anastasius Silentiarius,* (nomen est dignitatis, de quo vide Cangii Glossarium,) *qui postmodum pessime imperavit.* Uterque autem in aula, cuius primi erant proceres, valebat plurimum; unde nihil mirum fuit, si, invitis haud dubie Catholicis, sedem illam Palladius obtinuit, quam tam potenti fultus patrocinio affectabat."

Sic supra in annotatione ad p. 8. observavimus, eosdem Bollandistas lapsos fuisse, cum inter CPolitanos Patriarchas recensuerunt quendam Macarium, qui nunquam Patriarcha electus fuit, sed cum duobus aliis *συμψήφοις* Imperatori, qui Philotheum praetulit, indicatus et propositus fuit. Eundem autem Anastasium ante quam imperium adipisceretur, Patriarcha Euphemius, utpote haereticum et Eutychetis sectatorem, e templo eiecerat. Theophanes in Chronographia p. 115.: *Εὐφήμιος δὲ ὁ ὀρθοδοξότατος Ἀναστάσιον τὸν σιλεντιάριον τὸν κακῶς μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντα τῆς ἐκκλησίας ἐδίωκεν, ὡς αἱρετικὸν καὶ ὁμόφρονα Εὐτυχοῦς, ἐνοχλοῦντα ὁρῶν· τὴν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καθέδραν αὐτῷ ἀνέστρεψεν, ἀπειλήσας αὐτῷ, ὡς, εἰ μὴ παύσοιτο, ἀποκεῖραι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ τοῖς ὄχλοις αὐτὸν θριαμβεῦσαι:* ubi male Goar. *καθέδραν αὐτῷ ἀνέστρεψε* vertit: *eversa eius in Ecclesiae coetu sella;* male etiam Anastasius Bibliothecarius, Histor. Ecclesiastic. p. 48. hunc locum vertens, habet *sedile ipsius, quod erat in ecclesia, subvertit:* peius etiam Cl. Tillemont *Histoire des Empereurs* T. VI. art. 1. p. 552. ed. Venet. Nihil autem clarius; haec erat proprie cathedra in Ecclesia erecta, in qua publice docebat et suos errores spargebat Anastasius. Suidas, qui voce *Φατρία* omnino videndus, eadem fere de Anastasio narrat: *Ἀναστάσιος ὁ σιλεντιάριος ὁ μετέπειτα βασιλεύσας, ἐπὶ Εὐφημίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως καθέδραν κατασκευάσας,* (*cathedra sibi constructa*) *μετά τινων ἐφατρίαζεν κ. τ. λ.*, de quo vide et Georgium Cedrenum p. 354. Quae quidem Suidae verba male ibidem interpretatur summus homo, sed in quo accuratiorem Graecae linguae cognitionem desideres, Cl. Tillemont T. VI. art. I. p. 552. Magnam autem pietatis speciem prae se ferebat acerrimus ille Catholicorum persecutor. Cl. le Beau *Histoire du Bas-Empire* T. VIII. p. 310.: *Anastase étoit dévot sans être Chrétien; il alloit à l' église avant le jour, et n'en sortoit que quand le peuple s'étoit retiré; il jeû-*

nott, il faisoit de grandes aumônes. La multitude, toujours dupe de l'hypocrisie, admiroit sa vertu. De quo vide Cedrenum p. 357. et Cl. Tillemont *Histoire des Empereurs* T. VI. art. IV. p. 537. Multas ecclesias Constantinopoli restauravit, referente Theodoro Lectore Histor. Ecclesiast. L. 2. p. 561. De hoc Victor Tunnunensis in Chronico p. 326.: „Messala Consule, Constantinopoli, iubente Anastasio, saucta Evangelia, tanquam ab idiotis Evangelistis composita, reprehenduntur et emendantur;" de quo adeunda egregia Petri Wesselingii Dissertatio. Sic eodem fere tempore, teste Euagrio Histor. Ecclesiast. L. III. c. 31. p. 361. multi sanctorum Patrum libri corrupti sunt; multi quoque Apollinaris libri S. Athanasio et S. Gregorio Thaumaturgo falso adscripti sunt ab Haereticis, hac fraude multitudinem in sui erroris societatem inducentibus. Anastasius autem, cuius pietatem hic tantopere praedicat Procopius, non solis Eutychianismi, sed et Manichaeismi erroribus imbutus erat; de quo vide Cl. le Beau *Histoire du Bas-Emp.* T. VIII. p. 450. sq. Theophanem in Chronographia p. 128. etc.

Pag. 493, 18. Haec demonstrant, Anastasium ad Antiochiae episcopatum propositum quidem, sed non electum fuisse.

Pag. 495, 5. Hos omnes ab urbe abegit Anastasius, re- Pag. 32
ferente Cedreno p. 357.

Pag. 495, 15. Ariadna, quae, referente Cedreno p. 355., vivente Zenone, suo primo marito, iam tum Anastasium amabat, et de qua v. Cl. le Beau *Histoire du Bas-Emp.* T. VIII. p. 309. Theophan. p. 117. et Zonaram L. XIV. p. 53. et Cedrenum p. 357. Idem le Beau infra p. 311. et p. 318. sq.
Supra nostrum Procopium audivimus praedicantem, non Pag. 33
quidem Anastasii gentis, sed omnium eorum, qui Epidamni nati sunt, antiquissimum et nobilissimum genus. V. Euagr. Eccles. Histor. L. III. c. 29. p. 357.

Pag. 495, 16. Sic emendavi pro *κατάστα*, quod in Cod.

Pag. 496, 4. Sic (*ἀνᾶ*) in Cod. An *ἀναστάσει*, vel *ἀνατάσει?*

Pag. 496, 19. Mallem *περιφέροντες*.

Pag. 497, 10. Cf. Cl. le Beau *Histoire du Bas-Emp.*
T. VIII. p. 339. sq. Quam quidem adversus Scenitas expedi- Pag. 34
tionem ad annum 498. refert idem. V. Euagr. Histor. Ecclesiast. L. III. c. 36. p. 366. Theophan. in Chronographia p. 121.

Pag. 497, 12. Male in Cod. *βηθούντων*.

Pag. 497, 18. Hoc sic imitatur Choricius oration. in Summum ducem, apud Fabric. Biblioth. Graec. Vol. VIII. p. 871.: *οὐ γάρ ἐστι γλυκεῖαν ἄγειν εἰρήνην ὑποψίᾳ πολέμου· ἡ γὰρ*

ἐλπὶς εἰσιοῦσα τὸν λογισμὸν, κᾂν βούληταί τις αὐτὸς ἑαυτὸν ἀπατήσας ψυχαγωγεῖν, αὕτη παρακαθημένη, καὶ θύουσα, καὶ φοβερὰς ἀναπλάττουσα φαντασίας, γῆρας οὐδαμῶς ἑλκούμενον, κόρην ὑβριζομένην, ἑλκόμενον εἰς δουλείαν παιδίον, ἀγομένην ἐκ παστάδος γυναῖκα κ. τ. λ. Scilicet e communi fonte Il. IX. 592.

Pag. 497, 20. Sic ad marginem emendatum, *καὶ ἑλκομένην*; in textu *ἑλωμένην*.

Pag. 498, 4. Prius *μὴ*, ut supervacuum, mihi videtur tollendum; nisi vertas: *qui non passi sunt, tibi debent, quod nihil perpessi fuerint.*

Pag. 35 *Pag.* 498, 16. *Αὐτός.* An *ὁ στρατός?*

Pag. 499, 5. Forte hic intelligit seditionem illam, de qua loquitur Cl. le Beau, *Histoire du Bas-Emp.* T. VIII. p. 319. Deinde post duos annos alia etiam concitata fuit seditio, eo periculosior, quo saevius tunc incumbebat Isaurorum bellum; cf. eundem T. VIII. p. 326. De prima autem seditione hic loquitur Procopius. Ioannes Malala in sua Chronographia lib. ιϛ'. p. 38. ed. Venetae: *ἐφίλει δὲ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τὸ Ῥούσιον μέρος Κωνσταντινουπόλεως· τοῖς δὲ Πρασίνοις καὶ Βενέτοις πανταχῆ ἐπεξήρχετο στασιάζουσιν.* V. Victor. Tunnunens. p. 337.

Pag. 500, 4. Cf. Cl. le Beau T. VIII. p. 326.

Pag. 500, 6. Locus corruptus: forte post *προσταγμάτων* deest *σχῆμα*, vel *εἰκὼν*, vel quid simile; nam eos exhibet veluti actores tragicos, impositam regum personam in scena sustinentes. Hi autem horumce Isaurorum duces, *στρατηγῶν ὄχλος*, a Cl. le Beau recensentur *Histoire du Bas-Emp.* T. VIII. p. 323. sq. Huiusce belli originem vide ibidem p. 321 — 323.

Pag. 36 *Pag.* 500, 13. Cf. Cl. le Beau T. VIII. p. 334. post Marcellinum Comitem in Chronico pag. 284. T. 2. ed. Venet. Operum Sirmondi.

Pag. 500, 16. Choricius in oratione in Aratum ducem et in Stephanum: *ἡ τοῦ πολέμου φύσις σωμάτων μὲν ἴσως, γνώμης δὲ κρατεῖν οὐ φιλεῖ.*

Pag. 500, 17. Contra Cl. le Beau T. VIII. p. 335. et supra p. 324. Vid. Malalam in Chronographia p. 38 et 39. ed. Venet.

Pag. 500, 20. *Ταῖς ἀδελφαῖς*, id est *ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς.*

Pag. 501, 4. Male in Cod. *ὄντος.*

Pag. 501, 10. Lego: *οἷα πατὴρ ἀγαθὸς, ὡς σεαυτὸν ἐκάλεις, σωφρονεῖν μόνον παιδεύσας.*

Pag. 501, 11. Forte hic vox omissa est, ut *πόλιν*, vel quid simile; vel potius legendum *καὶ πόλιν* pro *καὶ πάλιν.*

Pag. 501, 13. Restitui τῇ, quod in Cod. ante τῶν ἄλλων exciderat.

Pag. 501, 16. Forte εἷλε pro εἶχε. Suspicarer Proco- Pag. 37
pium hoc Pori exemplum ideo potissimum protulisse, quod unus ex Isaurorum ducibus vocabatur Indus, nisi hic supplicio affectus et minime βασιλικῶς tractatus fuisset.

Pag. 503, 2. De hoc cf. Cl. le Beau T. VIII. p. 347. sq.

Pag. 503, 7. Vendebatur.

Pag. 503, 13. Lege διὰ τοῦτον, nempe ἔρωτα χρημάτων.

Pag. 503, 15. In Cod. ῥήματι, et alia manu supra τὸ ῥ scriptum est β.

Pag. 504, 9. Scilicet vocabatur χρυσάργυρος. Cf. Cl. Pag. 38
le Beau, T. VIII. p. 345., qui videndos indicat Euagr. L. 3. c. 39. p. 368., Theodorum L. 2., Theophan. p. 123., Anastas. p. 50., Cedren. p. 357. 358. 363., Zonar. p. 54., Glycam L. 4. p. 265. 266., Manass. p. 63., Suidam voce Τιμόθεος, Pagi ad Baronium, Asseman Bibliothec. Oriental. T. I. p. 268. 269.

Pag. 504, 14. Mallem παρὰ τὰ δένδρα, ut infra ὁ ἁλιεὺς παρὰ τὴν θάλασσαν.

Pag. 504, 15. Subauditur ἔστεψε; nisi potius legendum sit: παρὰ τὴν θάλατταν ἠφίει τὸ δίκτυον.

Pag. 504, 17. Male in Cod. δὲ τῆς, ut infra τῇ γῆς pro τῆς γῆς.

Pag. 504, 19. Imo singulis iumentorum, asinorum, pecorum, neque canum etiam exceptis capitibus impositum erat hoc tributum. V. Cedrenum p. 357. et Zonaram L. XIV. p. 54. Nescio cur Tillemont *Histoire des Empereurs* T. VI. art. V. p. 341. dicat: *Je me fierois peu à ce que Cédrène ajoute p. 357., qu' Anastase abolit vers le même temps deux sortes de Chrysargyres;* nam de uno eodemque Chrysargyro hic loquitur Cedrenus.

Pag. 504, 20. Hic, ut alibi passim, τὰ οἰκήματα significant lupanaria. Euagr. Histor. Eccles. L. III. c. 39. p. 368.

Pag. 505, 5. Fecit hoc Imperator persuasus a Timo- Pag. 39
theo poëta, ut narrat Cl. le Beau T. VIII. p. 346., auctoribus Suida in v. Τιμόθεος, et Scholiaste Aristophanis ad Plutum p. 20. ibidem a Kustero laudato. Conf. et Henricum Valesium p. 96. notar. ad Euagrium L. III. c. 39., ubi describit elegantem Libanii locum in Oratione contra Florentium p 427., quem hic ante oculos habuisse Procopius videtur. Ante Theodosium Iuniorem et Anastasium, Alexander Sever., referente post Lamprid. in ipsius vita Cl. Tillemontio T. VI. *Histoire des Empereurs* p. 539.

Pag. 505, 10. κέρδους. Male in Cod. κέρδος.

Pag. 505, 16. Forte ταύτας, id est, συγγραφὰς, pro ταῦτα.

Pag. 505, 17. Male in Cod. ἐχχαίειν. Cf. Cl. le Beau l. l. p. 346. sq.

Pag. 506, 2. Ἐριννὺν κοινὴν. Sic apud Virgil. *patriae communis Erinnys.* Hunc autem locum sic expressit Choricius oration. in Summum ducem apud Fabric. Biblioth. Graec. Vol. VIII. p. 871. : οἶσθα τὸν νέον, ὃν ἐναγχός μοι συνέστησας, ᾧ γνώρισμα μέγιστον ὁ πατήρ. οὗτος ἐμοῦ διηγουμένου ὅπως διένειμας τοῖς αὐτοῦ πολίταις τοὺς φόρους, ἀνέμνησέ με τοῖς περὶ σοῦ λεγομένοις Ἀριστείδου τοῦ Λυσιμάχου. ἐκεῖνος τοῖς νησιώταις τάξας τὸ σύμμετρον, ἣν ἐπεδείξατο τοῖς Ἕλλησιν ἀρετὴν, ταύτην ἔλαχεν ὄνομα· καὶ σὺ τῶν Ἀραβίων ἑκάστῳ τὴν ἐπιβάλλουσαν διώρισας οὕτω μοῖραν κ.τ.λ., ubi legere mallem οὗτος ἐμοὶ διηγούμενος, quam ἐμοῦ διηγουμένου; nam hic iuvenis ex Arabia redux Choricio narrabat, quomodo Summus suis civibus Arabibus tributa solvenda descripsisset. In eadem oratione Pausaniam et Lysandrum memorat Choricius, quemadmodum et in hac Procopius. Uterque eodem modo veteres heroas collatos deprimit, ut suum extollat; uterque eodem modo historias et fabulas nihil ad rem facientes attexere amat. Denique facile agnoscitur, Choricium sui praeceptoris dicendi genus semper expressisse, illiusque orationes in suum succum et sanguinem convertisse.

Pag. 40 *Pag.* 506, 23. Ἀπανθρώπους. Sic restitui pro ὑπ' ἀνθρώπους, quod in Cod. Cf. Cl. le Beau L. XXXVIII. T. VIII. p. 348. sq. Tillemont *Histoire des Empereurs* T. VI. art. IV. p. 558. ed. Venet.: *Il ôta des spectacles publics les combats des hommes contre les bêtes; à quoi je pense qu'on peut rapporter ce qu' écrit le Pape Gélase, qu' il employa son autorité à reprimer les folles passions du peuple pour des choses infames.* Quae quidem potius referenda viderentur ad haec turpia spectacula, quae ab Anastasio prohibita nullus alius auctor refert praeter nostrum Procopium, sic paulo infra dicentem: ἄῤῥενες γὰρ παῖδες, ὥσπερ τὴν ἰδίαν εἰς γυναῖκας ἀμειβόμενοι φύσιν ... δῆμον ὅλον πρὸς ἀσελγῆ θέαν ἐκμαίνοντες κ. τ. λ. Sed Papae Gelasii, Anastasio Imperatori scribentis, verba sic se habent p. 311. T. V. editionis Conciliorum curatae a doctissimo Nicolao Coleti, dignissimo doctissimorum Coletorum patruo: „Taceo quod pro rebus ludicris populares tumultus nunc etiam vestrae pietatis auctoritas refrenavit." Unde cum non in hac epistola de rebus turpibus, ut ait Tillemont, sed duntaxat de ludicris agatur, hic a Gelasio respici puto populares illos tumultus, factiones imo et caedes, ob aurigas eorumque ludicra certamina in

Circo obortas, de quibus Cl. le Beau ibid. p. 337. Cetera vide apud eundem p. 343. sq., ubi narrat horribilem in Circo stragem ex hac causa derivatam, in qua 3000. homines trucidati sunt. Conf. eundem p. 327. et 319.

Pag. 508, 3. Hierapolis. Pag. 41

Pag. 508, 16. De hoc altum apud omnes historiae Byzantinae scriptores silentium.

Pag. 508, 9. Hoc, ut et quae sequuntur de Alexandria, a nullo Byzantinae historiae scriptore tradita sunt.

Pag. 510, 4. Forte *ἀπέδωκας*, nisi *ἀποφραξάμενος* sit Pag. 42 nominativus absolutus.

Pag. 510, 6. Cf. Cl. le Beau T. VIII. p. 415—417., Malalam p. 46. ed. Venet. et Cangium in CPoli Christiana L. 2. pag. 114.

Pag. 510, 8. Cf. Cl. le Beau T. VIII. p. 433. — et v. Euagr. Histor. Ecclesiast. L. III. c. 39. p. 367., et Petrum Gyllium in L. I. de Topogr. Urbis Constantinop. c. 21. Hic autem murus, ut observat Henricus Valesius ad Euagrium, ex conditoris nomine dictus est Anastasianus. V. et Procopium Caesariensem de Aedificiis L. IV. c. 9. p. 86. et Zonaram p. 58.

Pag. 510, 12. Forte hic deest *καὶ* ante *πλάτους ἕνεκα*; vel potius legendum *φέρον* pro *φέρειν*, ut referatur ad *Θεμιστοκλέους τεῖχος*.

Pag. 510, 21. Contra Photius in Bibliotheca art. 69. p. 104. nescire se dicit, cur Hesychius Illustris, qui in sexto suae *καθολικῆς ἱστορίας* libro Anastasii gesta narraverat, cum multis aliis clementia et benignitate praestitisse scripserit: *ὃν οὗτος ὁ συγγραφεὺς πρᾳότητί τε καὶ ἡμερότητι, οὐκ οἶδ' ὅπως, πολλῶν ἀποσεμνύνει διενεγκεῖν*; quod quidem Chrysargyro sublato tribuendum suspicatur Andreas Schottus.

Pag. 511, 13. Cf. Cl. le Beau T. VIII. p. 320. Aliam Pag. 43 sapientissimam Anastasii legem vide ibidem p. 321. V. et Malalam in Chronogr. p. 42. ed. Venet.

Pag. 511, 15. Hinc Eudocia in sua Epist. nuncupatoria p. 11. nostrae ed.: *φιλεῖ τὸ ὑπήκοον φύσει τῇ τοῦ ἡγεμόνος γνώμῃ διαιτᾶσθαι, ἀεὶ πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐπὶ σκοποῦ, στοχαζόμενον.*

Pag. 511, 17. Scilicet Ariadnam, Zenonis Imperatoris, cui successit Anastasius, viduam. Cf. Cl. le Beau T. VIII. p. 317. sq. At idem ibidem Anastasii filium memorat, qui occisus est in seditione; ex concubina, *ἀπὸ παλλακῆς*, inquit Theophan. p. 126., natus erat ante huiusce Principis matrimonium; qui eum Ariadnam duxit, dicitur a Cedreno p. 357. et Theophane p. 117. *οὐ πρότερον γαμετῇ συνοικήσας*, id est, *qui nondum habebat legitimam coniugem.*

Pag. 511, 21. Male in Cod. *τοσοῦτον*.

Pag. 511, 22. Hoc, ut multa alia, sic e suo praeceptore Procopio imitando expressit Choricius in Declamatione avari patris, filio post rem fortiter gestam virginem amatam praemii loco petenti contradicentis: *ἄτοπον ἑτέρων κρατοῦντα, μόνον μὴ κρατεῖν ἑαυτοῦ.*

Pag. 512, 2. In Cod. *ὃν* per compendium.

Pag. 512, 4. In Cod. $\overset{\upsilon}{\text{ἡμῖν}}$, quod indicat variantem lectionem *ὑμῖν*.

Pag. 44 *Pag.* 513, 5. Forte *οἰκτροῖς*.

Pag. 513, 6. Forte *μετὰ ταῦτα*.

Pag. 513, 11. Hic mallem *ἀπήλλαξας*.

Pag. 513, 14. Lege *σεμνὸν*, quod refertur ad *φρονοῦντες*: ut supra: *Λύσανδρος εἰ καὶ Σπαρτιάτης ἦν, καὶ σεμνὸν ἐφρόνει.*

Pag. 514, 10. Male in Cod. *πρῶν*.

Pag. 514, 15. *κρείττονος*. Supra humanam naturam positae, divinae. Passim *τὸ κρεῖττον* pro numine dicitur.

Pag. 514, 16. In Cod. *ἄλλος*.

Pag. 514, 18. *τοσοῦτον*. Hoc tantum de hoc teneo.

Pag. 515, 8. Male in Cod. *ὁρῶν*.

Pag. 45 *Pag.* 515, 19. Sic et Choricius in fine orationis funebris, qua Mariam, Marciani, episcopi Gazae, matrem, celebravit, inscriptionem apposuit.

Pag. 46 Hactenus Oratio Procopii in laudem Anastasii, quem depingit Cl. le Beau T. VIII. p. 311. — 314. Vide et Collectanea Constantini a Valesio edita p. 853. et Suidam, qui haec in vocem *Ἀναστάσιος* descripsit; ab his enim hoc de Anastasio iudicium mutuatus est Cl. le Beau. Cf. idem p. 316. Procopius in Historia Arcana c. XIX. p. 57. eum ter centum et viginti millia librarum auri rudis needum signati in imperiali aerario reliquisse affirmat. Cf. Cl. le Beau Tom. IX. pag. 12 — 13.

INDEX
HOMINUM ET RERUM,
QUAE HOC VOLUMINE COMMEMORANTUR.

Littera C. Candidum significat, D. Dexippum, E. Eunapium, Ma. Malchum, Me. Menandrum, N. Nonnosum, O. Olympiodorum, Pe. Petrum, Pr. Priscum, Prisc. Priscianum, Proc. Procopium, Pro. Prooemium Eclogarii, Th. Theophanem.

INDEX
GRAECITATIS.

AD DEXIPPUM.

Vocabula, quibus asteriscus praefigitur, in lexicis desiderantur.

AD EUNAPIUM.

AD PETRUM PATRICIUM.

AD PRISCUM.

AD MALCHUM.

AD MENANDRUM.

AD PROCOPIUM.

CORRIGENDA AD EDITIONEM HOESCHELII.

P. 7. l. 6. *μὲν ἐπ' εὐσ.* p. 8. l. 11. ac p. 146. l. 20. *πρέσβις* (p. 389. l. 11. *πρέσβιν*) p. 12. l. 8. *ἀφ' ἵππων* p. 53. l. 12. *παρεγυμνοῦτο* p. 169. l. 14. *ἀλλὰ καὶ Μαξ.* p. 177. l. 9. *ὅς δὲ* p. 190. l. 11. *παράλου* p. 210. l. 1. *δεδεμένω* p. 216. l. 21. *οὔτε ὁ ἀπ.* p. 219. l. 15. *Ῥωμαϊκῇ μὲν π.* p. 221. l. 5. *αὐτῷ ἄνδρας τῶν* p. 235. l. 10. *κελεύοι* p. 242. l. 18. *Μαρτινιανὸς* p. 255. l. 16. *ἔνβως* p. 257. l. 16. *τοὺς μὲν εὖ* p. 294. l. 12. *τῇ τῶν ῥημ.* p. 301. l. 17. *Ὀρομουσχῶν* p. 324. l. 21. *ἀπισχυρ.* p. 334. l. 18. *οὔτε* p. 353. l. 7. *περὶ τοῦ τοιοῦδε* l. 14. *ᾧ τινι οἱ θεοὶ* p. 367. l. 16. *νικήσει.*

ALIA CORRIGENDA.

P. 13. in Schol. ad 1. *dele* mg. p. 21. (Arg.) l. 13. *Epistola ad cives oppidi a barbaris obsessi, qua monentur ne temere pugnam ineant* (5). *Oratio Dexippi ad eos* etc. p. 139. (Arg.) l. 14. pro *Marcellinus* scr. *Aegidius.* p. 145. dele Scholion ad 2. et 4. p. 166. (Arg.) l. 5. pro *Romano* scr. *Graeco.* p. 203. Schol. 3. ἐπόλικα. p. 242. vers. lat. l. 19. Martin*i*anus. p. 291. l. 3. *πρὸς τοῦ Περσ.* p. 295. in Scholio ad 1. 2. pro *vulg.* scr. *Val.* p. 305. l. 13. *κατηγορήσαντες.* p. 366. l. 12. *προτερήσας.* p. 612. col. 2. l. 40. 41. dele verba (*sed hic — videtur.*) p. 616. col. 2. l. 39 scr. Arethae *nepos.*

ADDENDA.

P. XXIX. l. 12. Postea, eodem Marciano Aug. superstite, ab Euphemio, magistro officiorum, adsessor adlectus fuit (p. 155. l. 12. ed. B.). ad p. 6. l. 7. *ἀπὸ ἐπάρχων* H., similiterque infra p. 48. l. 14. *μετὰ ὀλοφυρμῶν.* p. 124. l. 18. *μετὰ ὑπερηφανείας.* p. 154. l. 2. *κατὰ ἐκείνην.* p. 176. l. 21. *ὑπὸ ἑρμηνεῖ.* p. 188. l. 10. *ὑπὸ ἀθόναις*: quae cuncta in editione Parisina sublata sunt; mansit tamen, imo in nostram quoque editionem transiit p. 143. l. 8. *μετὰ αἰκισμῶν.* — ad p. 15. l. 15. *ὑμῖν* vulg. p. 19. l. 5. *βουλόμεθα* vulg. p. 127. l. 12. *παρὰ Ναρσαίου* H., *περάνας σαΐου* vulg. p 139. (Arg.) l. 15. post *gerit* add. *Legatio ad Marcellinum pacem confirmat.* ad p. 159. l. 13. *τὰ εἰς τῶν* vulg. p. 162. l. 17. *ἀφικουμένοις* vulg. l. 19. *ἔστιν ἀκοῖλον* vulg., *ἐς τὸν κοῖλον* H. p. 175. l. 16 *εὐλαβηθεὶς* H., *εὐλαβεῖσθαι* vulg. p. 182. l. 10. *Κατζίρων* vulg. at p. 191. l. 8. et

197. l. 11. Ἀχατήρων. p. 203. l. 1. παραγενόμεθα vulg. p. 207. l. 17. Ἀδάμει τῶν Val., Ἀδαμειτῶν vulg. p. 210. l. 8. ὡς τὸν vulg. p. 211. Pericopae, quae incipit a verbis ἀναζεύξαντα δὲ (l. 11.) apponitur in ed. Hoesch. lemmatis loco: λόγος δ. p. 215. l. 7. Κωνσταντίνῳ vulg. p. 219. l. 10. Κωνσταντῖνος vulg. p. 233. l. 1. ἐκθεῖν ed. H. p. 247. l. 11. et p. 258. l. 19. Ὀτριαρίου vulg. p. 249. l. 17. ἐκλιπόντας H., ἐκλιπόντα vulg. p. 250. l. 10. τῶν abest vulg. p. 266. l. 10. αὐτῶν vulg. p. 267. l. 19. αὐτοῖς H., αὐτοὺς vulg. p. 283. l. 9. κατηγωνίσαιτο vulg. l. 11. ἠφανίσθαι vulg. l. 21. ἐμφρονέστατοι vulg., ἐμφρονέστατος H. p. 296. l. 19. μὲν vulg. p. 298. l. 21., p. 396. l. 10. et p. 413. l. 11. εἴρετο vulg. p. 300. l. 8. ἀποστεῖλοι vulg. p. 302. l. 6. τῷ Πέρ. vulg. p 303. l. 5. διαχρῆμα ed. H. p. 307. l. 7. ὑμῖν vulg. p. 309. l. 17. οἷόν τε vulg. p. 319. l. 16. τὴν H., τῆς vulg. p. 321. l. 15. φόρον ed. H., φόρων ed. Par. p. 342. l. 1. αὐτῷ vulg. p. 345. l. 5. κατηγωνίσοιτο vulg. p. 356. l. 19. καταλόγου vulg. p. 358. l. 4. f. ὀνόματι περὶ τῆς Σ. N. p. 370. l. 4. ἡμεῖς vulg. p. 392. l. 7. πλέον vulg. p. 394. l. 15. ἀντικαθεσταμένου vulg. p. 419. l. 4. προεχώρησαν vulg. p. 428. l. 18. Coniungenda sunt haec cum fine narrationis de Petri legatione, supra p. 373. l. 11.

p. 612. ad vocem: Alamundarus senior — Almondar, Hirensium rex XVI. ap. Pocockium, Spec. hist. p. 69. N.

ibid. ad vocem: Alamundarus iunior — Almondar, Gassanensium rex XXVII. ap. eund. p. 77. N.

ibid. ad vocem: Ambrus — Amru ibn al Mondar, Hirensium rex XVIII. ap. Pocockium p. 72. N.

ibid. ad vocem: Amorcesus — Amru 'l Kais II. pater Alamundari, avus Ambri: Hirensium rex XVI. ap. Pocock. p. 69. N.

p. 613. col. 2. post l. 45. adde: Arethas, imperante Anastasio, regulus Saracenorum Chindenorum, ad quem avus Nonnosi legatus missus est. N. 478, 6 — Al Hareth, Ambri fil., rex Kendensis, a Cabade regno Hirensium ornatus, unde eum Chosroes deiecit: Pocock. p. 79. N.

p. 617. ad vocem: Chindeni — Kende, apud Arabas: Pocock. p. 79. N.

p. 621. ad vocem: Furdigan — 20. Sed Menandrum errare suspicor: certe *Fardchane* Persis ptochodocheum significat. N.

p. 624. ad vocem Iuroipaach — Apud Lydum de mag. III. 52. 53. Viriparach, vel Viraparach (Βιρ.) vocatur: id quod proxime ad veritatem accedere videtur: *barach* enim domum, sive mansionem significat, *viran* solitudinem, vel ruinas. N.

BONNAE
TYPIS C. F. THORMANNI.